




Evangelisk-Lutherska Kyrkans Dogmatik.

Med bilagor ur källorna

framstäld

af

Heinrich Schmid.

Öfwersättning.

Örebro,
N. M. Lindhs Boktryckeri.
1847.

Företal.

Behofwet af en Lärobok, hwilken på en gång lika fullständigt, som troget framstälde den Lutherska kyrkans Dogmatik i deß äkta gestalt, sådan den på Skriftens grund ur de Symboliska böckerna utwecklades och wetenskapligen genomfördes af de ortodoxa Theologerna, har wäl länge warit insedt och erkändt till och med af dem, som förmena att wår kyrkolära numera icke motswarar tidsandans och den moderna wetenskapens fordringar. Ty om man ock medgifwer, att den Dogmatiska lärobok, som begagnas wid nästan alla wåra elementar-lärowerk, i de flesta afseenden nöjaktigt fyller detta behof, hwad ynglingens första theologiska underwisning beträffar; så gör den dock ingalunda sjelf anspråk på att wara nog fullständig för den ytterligare presthildningen, och ännu mindre någon tillräcklig handledning för dem, som få mera uteslutande egna sig åt theologiska studier. Deßa sednare åtminstone hafwa derföre wanligen blifwit hänwisade till Hases **Hutterus redivivus**, såsom den enda skrift inom den Evangeliska kyrkans nyare litteratur, som synts motswara de flesta önskningarne i detta afseende. Men under ett flitigare begagnande hafwa wäl de flesta, så lärare, som lärjungar, funnit den, oaktadt alla deß förtjenster och innehållets rikedom, dock i flera afseenden mindre lämplig såsom Hand- och Lärobok i den Evangelisk-Lutherska Dogmatiken. Ty författarens afsigt med densamma war wäl icke så mycket att lemna en med historisk trohet, critisk noggrannhet och ett sannt lefwande intreße för wår kyrka utarbetad, lika grundlig och helgjuten expoſition af den äkta Lutherska Dogmatiken; som fastmera en comparativ framställning af de äldre och nyare uppfattningarne och bearbetningarne af hela den Evangeliska kyrkans lära, under det hans individuella ståndpunct och åsigter ofta framskymta i apologetiska och polemiska syften. Såsom Dogmatisk Handbok måste den derföre blifwa ofullständig, emedan wißa partier äro med förkärlek mera widlöftigt afhandlade, under det andra, i objectivt afseende och i rent Lutherskt anda lika wigtiga, allt för knapphändigt affärdas. Och såsom Lärobok måste den ock af samma skäl innehålla mera än som höfwes och kan af nybör-

jaren digereras. Den förtjenar derföre med större skäl att anses för ett "Dogmatiskt repertorium" som med mera nytta kan begagnas efter inhemtad curs i den comparativa Symboliken och de båda Evangeliska kyrkornas Troslärор, än för någon grundläggande Lärobok i den Lutherska kyrkans speciella Dogmatik.

Med glädje emottogs derföre den i Erlangen 1843 utkomna: Die Dogmatik der evangelisch-lutherischen Kirche dargestellt und aus den Quellen belegt von Heinrich Schmid, och under fortsatt studium af densamma har den befunnits uppfylla alla de fordringar, som hwarje nitälskare för den Lutherska kyrkans bekännelse i sin renhet kan hafwa af en Dogmatisk Hand- och Lärobok. Sjelf innerligt tillgifwen denna kyrkas lära, har Förf., med fullkomligen lyckadt undertryckande af hwarje möjligtwis egen twekan eller divergens, i texten lemnat en lika lättfattlig och jemn, som fullständig och trogen uppställning af hwarje Dogm med alla deß utwecklings-momenter och deß Bibliska grunder, samt i noterna anfört både ur wåra Symboliska böcker och wåra renlärige theologers skrifter (ifrån och med **Melanchton** och **Chemnitz**, såsom grundläggarne af den Lutherska Trosläransы wetenskapliga utbildning och ända till och med **Hollazius**, som anses för den siste representanten af Luthersk ortodoxi), så wäl walda och tillräckliga allegater, att de tillsammans, i och för sig sjelfwa betraktade, utgöra ett fullständigt ordnadt system och på samma gång det yppersta florilegium af äkta Dogmatisk litteratur. Fullkomligt öfwertygad således att den är på samma gång lika paßande till en lärobok för mindre för sig komne Theologie Studerande, som till en tillförlitlig handbok för sjelfständigare studier har man ansett sig böra genom utgifwandet af densamma med Swensk text, göra den allmännare känd och begagnad ibland oß, i det säkra hopp att den äfwen skall bära wälsignelserika frukter för wår Swenska kyrka.

Upsala, i December 1846.

F. Sjöstedt,
Acad. Adjunct.

Innehåll.

§§. 1—13. Prolegomena. S. 1—61.

§§. 14—22 Pars. I. S. 62—146.

§§. 23—28. Pars. II. De homine.
S. 147—183.

§§. 29—49. Pars. III. De principiis salutis.
S. 184—328.

§§. 50—61. Pars. IV. De mediis salutis et de ecclesia S. 329—409.

§§. 62—67. Pars. V. De Novissimis.
S. 410—430.

Prolegomena.

§. 1.

Prolegomena handla om 1) Theologien i allmänhet: 2) Theologiens object, Religionen; 3) Theologiens princip, Uppenbarelsen (och såsom bihang dertill: om Förnuftets bruk i Theologien); 4) den Heliga Skrift, uti hwilken Uppenbarelsen har blifwit oß öfwerlemnad; 5) Trosartiklarne, i hwilka innehållet af den H. Skrift delar sig, och om Symbolerna, hwilka framställa Kyrkans trosbekännelse.

Cap. I.

De theologia in genere.

§. 2.

Med theologi förstår man, enligt etymologien, wetandet eller läran om Gud [1]). Sedan tages ordet i widsträcktaste bemärkelse för wetandet om alla Gudomliga ting, hwilka wi hafwa af nöden att känna, för att finna wägen till saligheten [2]). Ett sådant wetande är för oß möjligt att winna, dels på den naturliga wägen genom förnuftets betraktelse, dels på öfwernaturlig wäg genom serskild uppenbarelse. I följd häraf delar sig theologien i naturalis et revelata [3]). Men i båda deßa hänseenden är theologien icke något blott yttre wetande, hwarigenom förståndet ensamt warder riktadt; utan ett sådant, som gör hela menniskan werkligen wis, emedan det bereder henne den rätta inre erfarenheten om Gud och Gudomliga ting, och wisar henne wägen, hwarpå hon kan ernå saligheten. Derföre bör theologien i egentlig mening så definieras: sapientia eminens practica, e verbo Dei revelato docens omnia, quae ad veram in Christum fidem cognitu, et ad sanctimoniam vitae factu necessaria sunt homini peccatori, aeternam salutem adepturo [4]). (Holl.) Först i härledd

(metonymiskt) bemärkelse förstås med theologien läran om Gud och alla religions-sanningar, hwilken skall tjena dertill, att underwisa menniskorna om de medel, genom hwilka de kunna winna Saligheten. Theologia systematice et secundario spectata est doctrina de Deo, hominem viatorem, e verbo divino, de vero Dei per Christum cultu, ad vitam aeternam informans. (Holl.) [5]).

1) Holl. Theologia, vi vocis, notat λόγον περὶ τοῦ θεοῦ, cum sermonem, tum inprimis scientiam de Deo, vel habitum de Deo disserendi.

2) De serskilda bemärkelser, i hwilka ordet warder taget, sammanställer Holl. så: Vox theologia accipitur sensu quadruplici: a) generalissime, pro quavis de Deo doctrina, licet falsa aut erroribus mixta sit. b) generaliter, pro theologia vera sive ea originalis sive participata, sive viatorum sive beatorum, sive naturalis sive revelata sit. c) specialiter, pro theologia revelata, hominem viatorem ad aeternam salutem perducente. d) specialissime pro doctrina de Deo uno et trino. —

I alla deßa betydelser är dock blott fråga om theologia creaturarum, således blott om det wetande, som creaturen hafwa om Gud, icke om det, som Gud hafwer om sig sjelf. DD. skilja mellan det ena och det andra, och kalla det sednare theologia ἀρχέτυπος, det förra th. ἔκτυπος, hwarmed de wilja antyda, att wårt wetande om Gud wäl är ett härledt och icke ursprungligt, men icke destomindre i allo sant, emedan det härflyter ifrån Gud och är blott ett aftryck af hans egen kännedom. Holl. Th. ἀρχέτυπος est cognitio, quam Deus de se ipso habet et quae in ipso est exemplar alterius, cum creaturis intelligentibus communicandae, theologiae. Th. ἔκτυπος dicitur scientia de Deo et rebus divinis cum creaturis intelligentibus a Deo ad imitationem theologiae suae, velut causae exemplaris, communicata. — Probamus assertionem nostram: 1) Homo integer conditus erat ad imaginem Dei. Imago autem ipsius consistebat in cognitione Dei sapientiae divinae conformi. Ergo ejus ἀρχέτυπον fuit infinita Dei sapientia. 2) Homo lapsus renovatur in cognitionem secundum imaginem Dei. Col. III, 10: E. illius πρωτότυπον est theosophia divina. Nam cognitio Dei rerumque divinarum, quam in hominum viatorum intellectu revelatio divina generat, dicitur ab apostolo agnitio juxta imaginem Dei, non alia de causa, quam quod ad imitationem cognitionis, quam Deus de se omnibusque rebus divinis habet, expressa est. — I afseende på Christus anmärktes: Th. ἀρχέτυπος competit Christo essentialiter et per naturam, quatenus aeternus Deus est: competit eidem personaliter et per communicationem idiomatum, vi unionis personalis, secundum humanam naturam. — Th. ἔκτυπος indelas efter sina subjecter i theologia angelorum och hominum. Theologia hominum post lapsum alia est viae sive viatorum, alia est patriae sive comprehensorum. Illa est hominum, in hoc mundo a Domino peregrinantium, et Deum per certa media imperfecte cognoscentium. Haec est beatorum, Deum immediate et perfecte cognoscentium.

3) Holl. Theologia viatorum est duplex, naturalis et revelata (supernaturalis). Illa est, qua Deus tum ex notitiis insitis, tum ex intuitu rerum creatarum innotescit. Haec est notitia de Deo et rebus divinis, quam Deus vel per immediatam revelationem sive inspirationem (prophetis et apostolis), vel per revelationem mediatam seu verbum divinum, literis consignatum, hominibus viatoribus communicat.

4) Oftare blifwer dock theologien betecknad såsom habitus practicus, emedan det synteś DD., att äfwen med ordet sapientia ett för stort eftertryck lades på wetandet allena. De sökte derföre efter en definition, som på det mest tydliga sätt skulle uttrycka, att theologien är en af Gud werkad kännedom, hwilken drifwer oß att i lifwet förwerkliga det kända. Quen. Disting. inter habitus theoreticos, qui in nuda veritatis contemplatione ultimato subsistunt, et practicos, qui quidem cognitionem rei alicujus agendae requirunt, sed in ea ultimato non acquiescunt, nec illam pro ultimo fine habent, sed ulterius ad praxin et operationem tendunt. Nos theologiam non theoreticis sed practicis habitibus annumerandam esse arbitramur.

Grh. definierar: Th. habitualiter et concretive (πρώτως) considerata, est habitus θεόςδοτος, per verbum a spiritu s. homini collatus, quo non solum in divinorum mysteriorum cognitione per mentis illuminationem instruitur, ut, quae intelligit in affectum cordis et executionem operis salutariter traducat, sed etiam aptus et expeditus redditur, de divinis illis mysteriis ac via salutis alios informandi ac coelestem veritatem a corruptelis contradicentium vindicandi, ut homines, fide vera et bonis operibus rutilantes, ad regnum coelorum perducantur. Cal. Th. est habitus practicus cognitionis e revelatione divina haustae, de vera religione, qua homo post lapsum per fidem ad salutem aeternam perducendus. — Holl. uppställer bewisningen härföre så: 1) quia finis theologiae intermedius est vera in Christum fides, cujus duplex est ἐνέργεια: interna, qua Christum cum ipsius beneficiis apprehendit; externa, qua bona opera, fructus justitiae parit. Finis theologiae ultimus est aeterna beatitudo, quae non tantum in intuitiva Dei cognitionae, sed etiam in ejusdem fruitione consistit. 2) quia theologia versatur circa hominem non theoretice, quatenus est subjectum demonstrationis, quemadmodum in physicis affectiones de homine demonstrantur, sed quatenus est subjectum operationis, seu in quantum peccator a miseria sua liberandus et in statum beatissimum transferendus est..... 3) quia ipse Paulus theologiam definit per cognitionem veritatis, quae est secundum pietatem. Tit. I, 1. —

5) Quen. Sumitur vox theologiae vel essentialiter, absolute et habitualiter pro notitia, quae in mente habetur, et animo hominis inhaeret, sive quatenus est habitus animi; vel accidentaliter, relate, systematice, quatenus est doctrina vel disciplina, quae docetur, et discitur, aut libris continetur. Illa vocis acceptio est primaria, haec secundaria.

Såsom materia theologiae systematice consideratae ex qua, anföres af Holl.: constat ex veritatibus theologicis, h. e. ex principiis aut conclusionibus ex supernaturali Dei revelatione cogni-

tis aut deducendis. Såsom **materia circa quam:** theologia **generatim** considerat Deum et res divinas, quatenus a prima veritate revelatae sunt homini peccatori, ad credendum. **Speciatim** docet, quibus principiis et mediis homo viator, peccato corruptus, ad aeternam salutem sit perducendus. —

Den warder enligt Kg. indelad i th. **catechetica**, seu rudior, qualis requiritur in omnibus Christianis, och i th. **acroamatica et accuratior**, quae est doctorum et ministrorum verbi. Den sednare delar sig quoad modum tractandi i th. **exegetica**, quae in explicatione textuum sacrorum occupata; i th. **didactica**, stricte sic dicta, quae locos theologicos ordine et systematice proponit; i polemica, quae controversias theologicas tractat; i **homiletica**, quae perorando in suggestu ad populum exercetur; i **casualis**, cujus est enodare casus conscientiae dubios; i th. **regiminis ecclesiastici**, quae versatur circa disciplinam ecclesiasticam, visitationem, synodos etc. etc. — Motswarande deßa båda definitioner af theologien är **theologus sensu speciali et excellentiori:** homo renatus, veritati primae, mysteria fidei revelanti, immotum praebens assensum, eique speciali fiducia innitens, aptus ad docendum alios et ad redarguendum contradicentes. **Theologus sensu laxiori:** qui munus theologi rite obtinet, veritates theologicas explicando, confirmando et defendendo, quamvis sincera voluntatis sanctitate destituatur. **Notitia theologica theologi vere renati atque renovati** blifwer derföre betecknad såsom notitia **spiritualis**, qua sensus dictorum biblicorum literalis ad usum a spiritu s. intentum transfertur; **Notitia theologi irregeniti** såsom en **notitia mere literalis**, quae in investigatione, evolutione et cognitione non ad usum a spiritu s. intentum transfertur. Men äfwen denna notitia literalis är icke naturalis aut carnalis sed supernaturalis: en supernaturalis a) ratione originis, nam ex lumine supernaturalis revelationis obtinetur. b) ratione objecti — quia objectum notitiae literalis sunt mysteria fidei; men mysteria fidei kunna icke blifwa begripne, utan gratia Christi supernaturalis. 1. Cor. 11, 14. Och således statueras ej heller någon notitia theologica literalis utan illuminatio spiritus s. imperfecta et quasi paedagogica. Så Hollaz, hwilken, dymedelst äfwen afsåg den på pietismens tid wäckta frågan, om en homo irregenitus kunde kallas en Theologus.

Cap. II.

De Objecto theologiae generali s. de religione.

§. 3.

Religionen är således theologiens object[1]). Religion är det sätt och wis, hwarpå Gud warder dyrkad, och huru den från Gud aflägsnade menniskan skall warda återförd till honom och wiß om sin salighet. Den Religion är en **falsk**, der Gud warder dyrkad på ett falskt, hans wäsende och wilja icke motswarande sätt; deremot den sanna och

rätta, der detta sker på ett rätt, d. ä. ett sådant sätt, som Han sjelf will [2]). Men detta rätta sätt lärer den Heliga Skrift, och således är den sanna Religionen, närmare bestämd, den, i hwilken Gud warder dyrkad på det uti Skriften föreskrifna sättet, och alltså är den Christna Religionen den sanna [3]). Men det rätta sättet att dyrka Gud, skall närmast yttra sig uti ett rätt, Gudi wälbehagligt sinnelag emot Honom, och sedan wisa sig werksamt i kärlek till nästan genom utöfwandet af alla af Gud föreskrifna dygder [4]). I sitt widsträcktaste omfång inbegriper således Religionen uti sig allt det, som Gud hafwer befallt att tro och att göra [5]).

1) Holl. Religionem alii a religando (Lactantius) alii a relegendo (Cicero) dictam volunt. — Secundum priorem derivationem religio est ad verum Dei cultum obligatio, seu ratio hominem obligans ad debitum atque officium. Secundum posteriorem etymologiam religio est diligens tractatio eorum, quae ad cultum Dei pertinent. Prior derivatio plerisque placet theologis. — Quen. Synonyma: θρήσκεια Jac. 1, 26. εὐσέβεια 1 Tim. IV, 8. λογικὴ λατρεία Rom. XII, 1.

2) Quen. Religio christiana est ratio colendi verum Deum in verbo praescripta, qua homo, a Deo per peccatum avulsus, ad Deum per fidem in Christum Deum et hominem, perducitur, ut Deo reduniatur eoque aeternum fruatur.

Holl. Religio improprie notat falsam, proprie veram rationem colendi Deum.

3) Holl. Vera religio est, quae verbo divino est conformis.

Såsom Affectiones verae religionis blifwa af Quen. uppgifne: 1) divina sublimitas (origine enim divina est et coelitus patefacta). 2) unitas (ut una veritas, ita et una ad salutem via et unica ratio ad Deum perveniendi — derföre säger han med afseende på religio Israelitica: una eademque est in V. et N. T. quoad substantiam religio — diversae religionis epochae blott äro: religio Adamitica, Abrahamitica, Mosaica). 3) veritas. 4) perfectionis singularitas (perfecte enim et sufficienter continet omnia, quae ad fidem et vitam christianam sunt necessaria). 5) sanctitas (docet agnoscere sanctum Deum, colere sanctam vitam, sancta praecepta tradit, sancta mysteria patefacit). 6) necessitas. 7) utilitas. 8) antiquitas (coepit enim statim post lapsum primi hominis). 9) invincibilitas. 10) perpetuitas. 11) spontaneitas (non cogi vult sed doceri expetit, liberam exigens assensionem). 12) sortis varietas (variis persecutionibus obnoxia est, obscuratur sed non exstinguitur, premitur sed non opprimitur.). 13) efficacitas (in gloria Dei illustranda, conscientia tranquillanda, in hominibus convertendis, in pietatis studio excolendo etc. etc.). —

Att den Christna religionen är den sanna, bewisar Calov: 1) ex requisitis verae religionis (non falsa, absurda, turpis est —

non nova est — non interiit nec interibit — homines in pristinis erroribus non relinquit¹. 2) e scripturae veritate. 3) e religione Ebraeorum. 4) e praemii dignitate (quod nulla religio ex omnibus saeculis ac nationibus proferri possit, aut praemio excellentior, aut praeceptis perfectior, aut mysteriis, quae tradit, sublimior, aut modo, quo propagari jussa est, admirabilior). 5) e praeceptorum sanctitate. 6) e mysteriorum sublimitate. 7) e christianae religionis propagatione. 8) e propagationis modo et qualitate. 9) e miraculorum celebritate. 10) e martyrum magnanimitate. 11) a testificatione extranearum religionum. 12) a doctrinae christ. efficacia et virtute. —

4) Quen. Religio christiana sumitur vel *μερικῶς* vel *ὁλικῶς*. *Μερικῶς* accepta notat *πρώτως* et praecipue cultum divinum immediatum, scil. *εὐσέβειαν* seu pietatem, quae ad cultum Dei secundum primam legis tabulam spectat: *δευτέρως* vero et secundario accipitur etiam pro aliis officiis, quibus mediate Deus colitur, quae secundam legis tabulam respiciunt. Amor proximi amorem Dei praesupponit, unde secundario, per analogiam, religionis nomine veniunt officia caritatis erga proximum.

Br. Denotat vox religionis, in significatione strictiore, vel habitum voluntatis, quo inclinamur ad devotionem et honorem cultumque Deo debitum, propter ejus excellentiam, vel actus ipsos honorandi aut colendi Deum, propter excellentiam ejus: et connotat ex parte intellectus agnitionem Dei rectam, ex parte voluntatis virtutes alias (aut actus virtutum), quae ad Dei honorem cultumque diriguntur. In laxiore vero significatione importat complexum omnium virtutum aut actuum, ad Dei cultum pertinentium.

5) Holl. Nomine religionis christianae comprehenduntur credenda et agenda, homini viatori peccatis corrupto, aeternam salutem adepturo. — Sicut Deus religiose colitur vera fide et sincero honorum operum studio, ita religio, quae est forma aut ratio colendi Deum, ambitu suo complectitur credenda et agenda. — Sensu generali dicuntur credenda, quae verbo Dei scripto revelata sunt; sensu speciali credenda vocantur, quae ob salutem hominum verbo Dei sunt revelata . . sensu specialissimo credenda appellantur mysteria, captu rationis superiora et ex sola revelatione divina ad salutem nostram cognoscenda. Derföre är materia, ex qua constat religio: fides et caritas erga Deum et proximum.

Cap. III.

De principio theologiae, s. de revelatione.

§. 4.

För att lära känna den sanna och rätta theologien måste wi fråga efter källan (principen, a quo aliquid quocunque modo procedit. Quen.) ur hwilken wi kunna

hemta kännedom om densamma. Denna är den af Gud gifna uppenbarelsen [1]). Med Gudomlig uppenbarelse förstå wi här icke den uti naturen, utan den uti ordet. (Revelatio supernaturalis till skilnad ifrån Revelatio naturalis [2]). Noggrannare uttryckt, bör det derföre heta: Theologiens kunskapskälla är den i den Heliga Skrift nedlagda uppenbarelsen [3]). Denna är äfwen Theologiens enda princip [4]). Ty hwarken är förnuftet [5]), eller traditionen, eller åberopandet på öfwerensstämmelsen med den äldsta kyrkans lära [6]) att ställa bredewid densamma; ej heller äro ifrån något håll nya uppenbarelser att wänta, hwilka skulle fullkomna henne [7]).

1) Cal. Revelationis vox accipitur vel sensu formali, pro actu patefactionis divinae, vel objectivo, pro eo, quod divinitus revelatum est. Prior sensus hic attenditur. —

2) Holl. Non hic sermo est de revelatione generali sive manifestatione naturali, qua Deus se patefacit tum per lumen naturae insitum, tum per effecta in regno naturae conspicua. Sed loquimur de revelatione speciali et supernaturali, quae duplex est, immediata et mediata. Prophetas et apostolos spiritus s. immediate illuminavit, iisdemque conceptus rerum et verborum de dogmatibus fidei et moribus suggessit. Hodie Deus se et voluntatem suam generi humano mediante verbo, a prophetis et apostolis scripto, revelat. — Revelatio definieras således såsom: actus Dei externus, quo sese humano generi per verbum suum patefecit ad salutarem ejusdem informationem.

Bewiset för den werkliga tillwaron af denna Gudomliga uppenbarelse, uppställer Calov så: Evicto, si id negatur, quod Deus sit quodque aliquam oporteat extare rationem, qua Deus ab hominibus colatur, docendum, fieri non posse, quin Deus rationem ipsam patefecerit, ut debito modo coleretur, tum Deum homines ad sui fruitionem perductos voluisse, ideoque modum etiam, quo perduci queant, revelandum fuisse hominibus; tandem patefecisse omnino sese Deum, ex historia docendum, quam revelationem Deus illis miraculis et documentis stipatam voluit, ex quibus infallibiliter certi reddimur, eam vere divinam esse. Rom. 1, 16. XV, 18. 2 Cor. XII, 12. Ut autem revelatio alia generalis est in natura facta Rom. 1, 19 sq. alia specialis per manifestationem verbi: ita prius e natura Deum esse docendum est, quomodo Deus sese omnibus patefecerit per creaturas, s. opificium hujus mundi; ac post modum demonstrandum demum, perfectiori etiam ratione Deum sese humano generi revelasse per verbum.

3) Quen. Theologiae principium (cognoscendi) est divina revelatio s. literis comprehensa. Noggrannare Holl. Theologia christiana nititur principio cognoscendi certissimo, nempe revelatione divina et quidem, pro hodierno ecclesiae statu, revelatione divina media-

ta, scriptis prophetarum et apostolorum comprehensa. Bewisen derföre: Joh. XX, 31. 2 Tim. III, 14, 15. Rom. XV, 4. 2 Tim. III, 16, 17. — Om de serskilda uppenbarelsesätten i de äldre tiderna: Br. Olim quidem multis ac variis modis Deus usus est ad revelanda ea, quae ad hominum salutem pertinent. Hbr. I, 1. Speciatim 1) alloquio vocis articulatae, in aëre, praeter naturae ordinem efformatae; prout patriarchis Gen. XVIII, 2. XIX, 1. XXII, 1; Mosi Ex. III, 2. Num. XII, 6; populo Israelitico exod. XIX, 10 contigit revelatio. 2) Somniis sive speciebus, phantasiae dormientium objectis. Gen. XXVIII, 12. Dan. II, 19. 3) Visionibus exstaticis vigilantium. Ez. 1, 4. Dan. X, 5. Act. X, 10. denique 4) immediata illuminatione intellectus, extra somnum et visionem. 2 Tim. III, 16. 2 Ptr. 1, 21. At nunc, postquam Deus ea, quae de rebus revelatis ad salutem cognitu sunt necessaria, certis libris comprehendi voluit, desinentibus novis revelationibus, theologiae habitus antiquis illis, quae ad prophetas et apostolos immediate factae atque ita in literas relatae sunt, revelationibus, tanquam principio unico, ordinarie nititur.

Då således den Heliga Skrift är Theologiens kunskapsprincip, så följer deraf den satsen: quidquid s. scriptura docet, infallibiliter certum est. Derföre tala DD. om en dubbel princip: en pr. incomplexum, quod est unus terminus simplex, och pr. complexum, quod est integra aliqua propositio. Incomplexum theologiae principium est s. scriptura. Complexum vero theologiae principium, ex quo dogmata christianae fidei deducuntur et in quod ultimo resolvuntur, est integra haec propositio: quidquid Deus in verbo suo revelavit, id infallibiliter verum est et reverenter credendum et amplectendum . . . Utur den Heliga Skrift såsom denna princip måste derföre alla dogmatiska sanningar härledas. Principium cognoscendi, ex quo conclusiones theologicae deducuntur, unicum est, verbum Dei, sive hoc: Dominus dixit. Conclusiones theologicae nihil aliud sunt, quam veritates fidei, quae eliciuntur et deducuntur verbo Dei. (v. gr. ex dicto illo 1 Joh. V, 7 tanquam ex principio probatur mysterium ss. trinitatis, et conclusio illa theologica deducitur: ergo datur in una essentia divina personarum trinitas). [Quen.]

4) Quen. Theologiae totiusque religionis christianae unicum, proprium, adaequatum et ordinarium cognoscendi principium est divina revelatio, sacris literis comprehensa; sive quod idem est, sola scriptura canonica est principium theologiae incomplexum, utpote ex qua sola dogmata fidei probanda et deducenda.

Widare: Divina revelatio est primum et ultimum s. theologiae principium, ultra quod in discursu theologico inter Christianos non datur progressus. Omnis enim de religione dubitatio revelatione divina, in animo hominis vere christiani, terminatur et in ea fides ejus ita tandem vincit, subsistit et fundatur, ut animum assentientis ab omni metu ac suspicione deceptionis liberet et certum reddat.

5) Quen. Non ratio humana seu naturalis theologiae et rerum supernaturalium principium est.

6) Calov. Nos (contendimus,) extra et praeter verbum Dei scriptum nullum hodie in ecclesia verbum Dei non scriptum su-

peresse, de ullo dogmate ad fidem et vitam christianam necessario, in scripturis non comprehenso, quod inde quidem ab apostolis profectum, per traditionem propagatum, ab ecclesia custodiatur ac pari pietatis affectu suscipiendum sit.

Quen. Nec consensus primitivae ecclesiae aut patrum priorum post Christum seculorum, principium christianae fidei est, sive primarium sive secundarium nec divinam sed tantum humanam et probabilem fidem gignit. Wid den sednare satsen anmärker Holl.: (Consensus patrum) non parvi ducendus sed magni aestimandus est, ut motivum credibilitatis, principium quarundam theologicarum conclusionum topicum (scl. quod opinionem seu notitiam verisimilem parit) et probabile, atque insigne testimonium, priscos ecclesiae catholicae antistites, dicta s. scripturae eodem sensu, quo hodierna ecclesia evangelica intelligit, intellexisse et exposuisse.

7) Holl. Post completum scripturae canonem nulla datur nova et immediata revelatio divina, quae sit fundamentale principium cognoscendi doctrinam fidei. 1 Cor. IV, 6. Hbr. I, 1. — Quen. Antithesis est Fanaticorum variorum statuentium, Dei et omnium credendorum dogmatum cognitionem non ex verbo Dei scripto, sed ex propria unicuique peculiariter facta revelatione et congenita luce, ex raptibus, somniis, angelorum colloquiis, ex verbo interno, ex inspiratione patris coelestis, informatione interna Christi, essentialiter cum ipsis uniti, ex magisterio spiritus s. intus loquentis et docentis, sapientiam altiorem, quam quae scripturis sacris continetur, petendam esse. —

Bihang.

§. 5. Om Förnuftets bruk i Theologien.

Med förnuft förstår man antingen själens uppfattningsförmåga i allmänhet, och denna är oskiljaktig ifrån menniskan, emedan hon blott i kraft af denna förmåga, som skiljer henne ifrån djuren, mäktar uppfatta christendomens sanningar. Om förnuftet i denna mening kan det således icke blifwa någon fråga uti undersökningen, huruwida den Heliga Skrift är den enda kunskapskällan för Theologien [1]). Eller ock förstår man med förnuft den naturliga insigten och kännedomen af tingen och förmågan att på grund deraf bilda sig omdömen och slutsatser [2]). I denna sednare betydelse är förnuftet wäl kunskapsprincipen för naturliga ting, men icke för theologien, som sysselsätter sig med de gudomliga tingen. Deßa hade, före menniskans fall, icke blifwit af förnuftet motsagda [3]); likasom de öfwerhufwud icke strida emot förnuftet, i och för sig sjelft betraktadt [4]). Ty såsom sådant wet

det allt förwäl med sig gränsorna för sitt område, will ingalunda mäta Gudomliga ting efter måttstocken af sin naturliga kännedom, och wet, att sanningar finnas, hwilka wäl icke äro emot det blotta förnuftet, men dock wida öfwerstiga detsamma 5). Men efter menniskans fall förhåller det sig annorlunda; nu uppträder förnuftet i strid med den Gudomliga sanningen. Fördenskull har det ocksä ingen rättighet, att pröfwa uppenbarelsens sanningar; ännu mindre den, att förkasta sådant, hwilket icke synes stämma öfwerens med deß kännedom. Fastmera är det deß pligt, att underkasta sig uppenbarelsen och att lära af henne. I sednare fallet skall då mycket blifwa för detsamma klart, som tillförne syntes motsägande, och det skall mer och mer närma sig åter det tillstånd, hwari det befann sig före fallet. — Men såsom menniskan, om ock pånyttfödd, likwäl aldrig blifwer syndfri, såsom hon ursprungligen war; så kan äfwen den pånyttföddes förnuft aldrig helt och hållet hinna till sin förra förmåga, och kan alltså, äfwen i detta tillstånd, deß omdöme aldrig wara af någon bewisande kraft för en Gudomlig sanning 6). Då således förnuftet icke kan döma om trossaker; så följer det af sig sjelft, att, när frågan är om sådana, inget normatiwt anseende tillkommer detsamma. Men wäl kan det wara theologien till mångfaldig tjenst. Det bruk, som i theologien bör göras af detsamma, måste inskränka sig dertill, att genom deß tillhjelp theologiens sanningar i allmänhet blifwa af själen uppfattade, att det bidrager till uppställandet af bewis för en gudomlig sanning, så mycket det af naturlig kunskap förmår, och att det dymedelst tillika gifwer ett medel wid handen till motståndarenas wederläggning, under det att i samma mån, som det är upplyst af den Gudomliga uppenbarelsen, det ådagalägger den Gudomliga sanningens öfwerensstämmelse med den naturliga kunskapen 7).

1) Cal. Ratio humana vel intellectum notat hominis, facultatem animae rationalis (Holl. facultatem hominis intellectivam), qua opus esse in cognitione rerum quacunque nullum dubium est, quum non nisi ratione seu intellectu homo intelligat. Holl. Sine usu rationis dogmata theologica neque percipere, neque confirmare, neque a strophis adversariorum vindicare possumus. Certe non brutis sed hominibus, sana ratione utentibus, Deus aeternae salutis sapientiam in verbo suo revelavit et serio iis injunxit mandato, ut verbum suum legerent, audirent, meditarentur. Requiritur itaque intellectus, ut subjectum recipiens, aut instrumentum apprehendens. Sicut enim sine oculis nihil videmus, sine auri-

bus nihil audimus; ita sine ratione nihil intelligimus. = Interim tamen ratio humana non est fons aut primordiale elementum, ex quo propria et proxima fidei principia deriventur.

2) Cal. Vel notat ratio (ipsam philosophiam seu) principia e natura (e lumine naturae) nota, et discursum seu ratiocinationem e principiis notis exstructum. Dessa principer indelas: in principia organica, quae ad disciplinas instrumentales, grammaticam, rhetoricam et logicam pertinent. (Quen. illa in theologia adhibenda sunt, cum sine illis nec sensus aut significatio vocum erui, nec figurae modique loquendi nec expendi connexiones et consequentiae percipi, nec discursus institui possint) och: in principia philosophica (stricte dicta.) De sednare skiljas såsom principia philosophica absolute et illimitate universalia (generalia seu transcendentia), quae constant nexu terminorum essentiali et simpliciter necessario, ut nullâ instantiâ neque ex scriptura labefactari queant, v. gr. impossibile est, idem simul esse et non esse, och såsom pr. philos. limitate universalia (specialia seu particularia), quae in certo genere, ex hypothesi aut secundum naturalis cognitionis sphaeram, vera quidem sunt, attamen limitationem admittunt et instantia quadam, si non ex natura, certe ex scriptura petita, infringi possunt, v. gr. quot sunt personae, tot sunt essentiae etc. etc.

3) Grh. Distinguendum inter rationem in homine ante lapsum et post lapsum. Illa, quatenus talis, nunquam adversata fuisset divinae revelationi: haec vitio corruptionis adversatur saepissime. — Ratio humana naturalis post lapsum 1) est coeca, errorum caligine obfuscata, ignorantiae tenebris implicata, vanitati et errori obnoxia. Rom. 1, 21. 1 Cor. III, 1. Gal. IV, 8. Eph. IV, 17. 2) ad percipienda mysteria eademque dijudicanda inepta. Mth. XI, 27. XVI, 17. 1 Cor. II, 14 sq. 3) iisdem est adversa. Rom. VIII, 6. 1 Cor. II, 11 sq. III, 18 sq. proinde sub obsequium Christi captivanda 2 Cor. X, 4 och 5. 4) et ab ejus seductione jubemur cavere. Col. II, 8. Ergo ratio humana naturalis non potest esse norma judicii in rebus fidei, et pronuntians juxta illius dictamen non potest esse judex controversiarum theologicarum. —

4) Quen. Disting. inter philosophiam (i. q. rationem) abstracte et ratione suae essentiae consideratam et philosophiam concrete et ratione existentiae in subjecto per peccatum corrupto spectatam: priori modo veritati divinae nequaquam opponitur (non enim nisi unica et ratione objectorum sibi invicem subordinatorum harmonica datur veritas), posteriori vero modo, ob intellectus ignorantiam et voluntatis perversionem, non raro ad depravationem et inanem deceptionem a philosopho praepostere adhibetur. Col. II, 8.

En ytterligare distinktion af wäsendtligen lika innehåll:

Grh. Disting. inter rationem rectam vere et proprie sic dictam et inter rationem rectam ex adversariorum sensu definitam. Ratio recta si vere et proprie sic dicta accipiatur, pro ea scilicet, quae intra terminos sui objecti sese continet, nec judi-

cium de fidei mysteriis sibi arrogat, vel quae verbi luce collustrata et a spiritu s. rectificata in mysteriis fidei non sua sectatur principia sed verbi lucem et spiritus s. ductum, illa non adversatur fidei. Sed adversarii rectae rationis nomine accipiunt eam, quae de fidei mysteriis judicat ex suis principiis, ut ipsa praxis ostendit. — För att häfwa den skenbara motsägelsen mellan förnuft och uppenbarelse, fästas uppmärksamheten på skilnaden mellan contrarietas och diversitas: Quen. Philosophia et principia rationis non contraria quidem sunt theologiae, nec haec illis: diversa tamen magnopere sunt ea, quae revelata sunt divinitus in scriptura et quae naturae lumine constant: derföre beswaras den inwändningen "ut parva lux magnae, sic ratio scripturae non est contraria" så: (Grh.) per se nulla hic contrarietas, sed per accidens. Ratio intra sphaeram suam sese continens non est scripturae contraria, sed quando sphaeram suam vult μεταβαίνειν καὶ ὑπερβαίνειν et de summis fidei mysteriis ex suorum principiorum dictamine judicare, tunc per accidens scripturae, de fidei mysteriis nos informanti, adversatur. Quemadmodum magna lux saepius revelat ea, quae in luce parva fuerunt abscondita; sic lux gratiae, in verbo nobis accensa, manifestat ea, quae sunt abscondita in luce naturae. Quod si igitur quis negare velit ea, quae in luce majore conspiciuntur, ideo quia ea non conspexit in luce minore, is abutitur officio et beneficio lucis minoris; ita quoque, qui fidei mysteria in lumine gratiae revelata negat vel impugnat ex eo, quod non congruant cum ratione et lumine naturae, is itidem beneficio et officio rationis ac luminis naturalis abutitur. — Quen. Ratio corrupta vel corruptus ejus usus repugnat theologiae, quando ex finitis infinita metitur vel pro universalibus axiomatibus venditat, quae talia non sunt v. gr. dum creationi opponit κυρίαν δόξαν suam, ex nihilo nihil fieri. Neque enim ista vere universalia sunt, quum verificari nequeant in omnibus singularibus. Sic totum esse majus sua parte, scl. naturaliter, verum manet in philosophia; nihilominus tamen, partes totius benedicti et miraculose aucti possunt superare totum nondum benedictum Joh. VI, 9 och 13. —

5) Grh. Articuli fidei in se ac per se non sunt contra rationem, sed duntaxat supra rationem. Per accidens vero contingit, ut sint etiam contra rationem, quando scilicet ratio judicium sibi de illis sumit ex suis principiis nec sequitur lucem verbi, sed eosdem negat et impugnat. Deinde articuli fidei non sunt contra, sed tantum supra rationem, quatenus ratio ante lapsum nondum fuit corrupta et depravata, sed post lapsum sunt non tantum supra sed etiam contra rationem corruptam, quippe quae, quatenus talis, non potest sibi temperare, quo minus de illis ex suis principiis velit judicare.

Dit hörer ock förklaringen öfwer den satsen: "verum theologice non potest esse falsum philosophice, quia veritas est una." Per se et in se nulla contrarietas, nulla contradictio inter philosophiam et theologiam, quia quae de summis mysteriis theologia proponit ex revelatione, illa philosophia sanior ac sincera novit non esse discutienda et aestimanda ex principiis rationis, ne fiat μετάβασις εἰς ἄλλο γένος, neve confundantur distinctarum disciplinarum

principia distincta. Sic quando theologia docet, Mariam peperisse et virginem mansisse, sanior philosophia non dicit, hoc assertum repugnare suae conclusioni, quod virginem parere sit ἀδύνατον, quia novit conclusionem illam necessario cum hac limitatione accipiendam, quod virginem naturaliter parere et talem manere sit ἀδύνατον, cujus contrarium theologia non asserit, dicit enim, supernaturali et divina virtute esse factum, ut virgo pareret. Quando vero philosophaster aliquis sua axiomata et effata vult esse tam generalia, ut ex illis etiam de summis fidei mysteriis sit judicandum et sic fines alienos invadit; tunc ex accidenti contingit, ut verum theologice, falsum dicatur philosophice, respectu scilicet habito non ad verum sanioris philosopiae usum sed ad turpissimum ejusdem abusum. Sic justitia et juris ratio est ubique una, in conceptu scil. generali, interim tamen jus hujus provinciae non est idem cum jure alterius provinciae, sed quaelibet respublica suis specialibus vivit legibus. Ita veritas est una in conceptu generali, interim quaelibet disciplina sua habet axiomata, quae non sunt trahenda in aliud forum sed in sua sphaera relinquenda. —

6) Quen. Distinguendum inter rationem hominis nondum renati et rationem hominis regeniti. Illa fidei mysteria judicat stultitiam, haec vero, quatenus talis, iisdem non obluctatur. Tunc vero et tamdiu talis est, quando et quamdiu verbi lucem sequitur, et de fidei mysteriis non ex suis principiis, sed ex sacris literis judicat. — Non rejicimus rationem renatam, renovatam, verbo Dei illustratam, restrictam et sub obsequium Christi captivatam, verum haec non sumit sibi judicium de rebus fidei ex sese, sed ex scriptura depromit, haec non impugnat articulos fidei sicut ratio corrupta, sibi relicta etc. etc. — Dist. porro inter rationem rectificari in hac vita coeptam et plene rectificatam in vita altera. Illa nondum ita plene renovata, illustrata et rectificata, ut ἀδύνατον sit, eam fidei articulis adversari eosque impugnare, si suum sequatur ductum. Quemadmodum enim in renatis manet lucta carnis et spiritus, per quam sollicitantur ad peccatum: sic manet in illis lucta fidei et rationis, quatenus ea nondum plene est renovata; haec vero omnem repugnantiam fidei et rationis excludit.

7) Quen. Disting. inter rationis ejusque principiorum usum organicum seu instrumentalem, quando ut instrumenta adhibentur in interpretanda et explicanda s. scriptura, in refutandis adversariorum argumentis ex natura et ratione petitis, in vocum significationibus et constructionibus, itemque figuris modisque loquendi rhetoricis expendendis, et usum principiorum philosophicorum normalem, quando pro principiis, unde dogmata supernaturalia probanda sint, habentur. Illum admittimus, hunc repudiamus. Detta upplyses och utföres widare i följande satser af Quen. Aliud est, principia et axiomata philosophica in theologia adhibere illustrationis, declarationis et secundariæ probationis gratia, ubi res e scriptura definita est; et aliud, adhibere eadem decisionis et demonstrationis causa, vel principia philosophica et ratiocinationes, ex illis factas, pro principio in theologia agnoscere, aut ex illis de rebus fidei judicium ferre. Illud etiam nostrates faciunt,

non hoc. — Disting. inter consequentias, rationis beneficio ex s. scriptura deductas, et inter conclusiones ex naturae et rationis principiis collectas. Illae cum his non sunt confundendae. Aliud enim est, uti consequentiis (legitimis, necessariis) et aliud, uti principiis rationis. Aliud est, ex scripturae dictis, juxta regulas logicas, conclusionem inferre et consequentias nectere, et aliud, conclusiones ex naturalibus principiis colligere. — Illustratio quaedam rerum coelestium peti potest e rebus, quas ratio suppeditat, sed demonstratio inde desumi nequit, quia eam oportet procedere non ἐξ ἀλλοτρίων sed ἐξ οἰκείων. — Disting. inter rationis ministerium, cum instar ancillae cedit herae seu dominae et rationis magisterium, cum sibi judicium arrogat de rebus ignotis et supra captum positis. — Theologia non damnat usum sed abusum et affectationem directorii, sive usum magisterialem, normativum et decisivum rerum divinarum. —

Denna lära om usus rationis utförer Gerhard på ett annat sätt, dock i samma mening, under det han uppställer följande indelning (i art.: usus rationis in regula fidei): 1) usus organicus est, si grammaticam vocum proprietatem, dialecticam ordinis observationem, rhetoricam figurarum expositionem, et physicam rerum naturalium cognitionem, ex disciplinis philosophicis haustam, ratio nostra secum afferat ad eruendum divinæ sapientiae thesaurum in scripturis reconditum. Usum hunc commendamus quam maxime, imo vero necessarium esse dicimus. 2) Quod ad usum κατασκευαστικὸν attinet, ita habendum. Est quaedam naturalis Dei notitia Rom. 1, 19. 20. illa vero subordinari debet illi, quae divinitus in verbo revelata est: sicubi dissentit, illi cedat: in quibus consentit, robur et certitudinem ab ea accipit. Breviter tanquam famula et ministra illi dominae inserviat et reverenter assurgat. 3) ἀνασκευαστικὸς seu ἐλεγκτικὸς usus, ut legitimus sit, ita comparatus esse debet. Confutandae prius sunt erroneae doctrinae ex scripturae s. fundamentis, tanquam unico et proprio theologiae principio, postea etiam addi possunt rationes philosophicae, ut ostendatur, falsum illud dogma repugnare non solum lumini gratiae sed etiam lumini naturae. Verum ubi dogmatis alicujus veritas ex immotis scripturae s. fundamentis firmiter demonstrata fuerit, nullis rationibus philosophicis, quantumvis speciosis, ab ea nos deduci patiamur. —

Quamvis quaedam in theologia tradantur, quae ex lumine naturae et rationis quodammodo cognosci possint, tamen ad fidei mysteria, proprie sic dicta, pernoscenda humana ratio ex suis principiis assurgere nequit et quaecunque per naturam nota in theologia traduntur, ea non cogitur aliunde emendicare sed ex proprio suo principio, videl. ex Dei verbo, sufficienter ea potest demonstrare. . . . Posteriori hoc modo theologus a philosopho quaedam accipit, non quasi absque principiis philosophiae ex scriptura, tanquam proprio et οἰκείῳ scientiae suae principio, illud cognoscere non possit, sed quia in examine ad normam sui principii veritatem ejus animadvertit. —

Hwad Gerhard blott antyder med detta sista, afhandla de sednare DD., såsom Quen. Br. Holl. utförligare i läran om articulis pu-

ris et mixtis. Med de förra förstås sådana, hwilka innehålla de sanningar, som blott ur uppenbarelsen kunna inhemtas; men med de sednare åter sådana, hwilka man åtminstone till en del kan äfwen ifrån annat håll få någon kunskap om: Holl. Ex principiis philosophicis articuli fidei mixti quadantenus innotescunt. Articuli autem fidei puri unice ex s. scriptura, tanquam ex domestico, fundamentali et primordiali principio demonstrantur et cognoscuntur. Men dock måste man noga gifwa akt på Quenstedts anmärkning: In articulis mixtis principia specialia non quidem decisionis et demonstrationis sed tantum illustrationis aut secundariae probationis causa, ubi e scriptura res definita est, adhiberi posse concedimus. Hit hörer ock följande sats: Principia rationis formalia nemo rejicit, materialia, quae sunt mysteriorum norma, nemo sanus recipit. Nullum principium materiale rationis, ut sic sed ut simul revelationis pars est, fidem probat theologice. Deum esse ex natura scimus, ex sola scriptura credimus. Non sequitur: "pars revelationis nonnunquam sunt axiomata natura nota. Ergo ratio est controversiarum theologicarum norma." Denna sats uttalar detsamma, som Gerhards sista, och will förekomma, att en afgörande domsrätt i articulis mixtis skulle förnuftet inrymmas, fastän det får sig tillerkänd förmågan att befatta sig med dem. Desamma DD., hwilka följa de i not 2 angifna indelningar in princip. organica och philosophica, tillåta äfwen anwändandet af pr. absolute universalia uti theologien. Men huruwida deßa så noga kunna skiljas ifrån pr. limitate universalibus, hwilka de icke wilja tillåta, kunde wäl sättas i fråga. Br. utlåter sig så derom: Etiam principia rationis materialia recte usurpantur; modo, cum particularia aut singularia sunt, principio universali theologico subjungantur: universalia vero rationis principia non alia adhibeantur, quam quae absolutae necessitatis sunt, ita ut oppositum manifestum importet contradictionem. (alias enim, si adhibeantur principia rationis non absolute, sed secundum quid; aut in certo genere universales ac necessariae, facile contingit, ut inferatur conclusio mysteriis vel articulis fidei, etiam primariis, repugnans.)

Cap. IV.

De Scriptura Sacra.

I läran om den H. Skrift, såsom den hwaruti Guds uppenbarelse är nedlagd, handlas: 1) om den H. Skrifts begrepp och Inspiration; 2) om den H. Skrifts egenskaper; 3) om den H. Skrifts Canon.

§. 6. Notio Scripturae Sacrae et Inspiratio.

Gud wille, att hans uppenbarelse skulle warda skrifteligen upptecknad, på det densamma skulle blifwa för alla tider bewarad ren och oförfalskad [1]): derföre har han nedlagt den i Gamla och Nya Testamentet af den Heliga

Skrift [2]). Denna blifwer derföre definierad såsom det skriftligen upptecknade Guds ord [3]). Scriptura S. est verbum Dei in scripturis sacris propositum. Grh. Emellan henne och Guds ord är derföre ingen real åtskilnad, då hon ingenting mera innehåller än just detta Guds ord, hwilket äfwen mundtligen blifwit förkunnadt [4]), och tillika detta Guds ord helt och hållet fullständigt; så att utom henne intet Guds ord mera är att finna [5]). — Men i och med detsamma den Heliga Skrift är Guds ord, skiljer den sig derigenom ifrån alla andra böcker, ty dymedelst är hon till sin hela mening och innehåll i allo gudomlig. Men det är hon derigenom, att hon af Gud är worden Profeterna och Apostlarne ingifwen [6]). Gud är således hennes upphofsman (causa principalis); Profeterna och Apostlarne äro blott causa instrumentalis; af hwilka Gud wid densammas utfärdande betjente sig [7]). Wi hafwa derföre att tillskrifwa den Heliga Skrifts uppkomst en synnerlig Guds inwerkan, i kraft hwaraf Han dref Profeterna och Apostlarne till den H. Skrifts nedskrifwande [8]) och ingaf dem, hwad skrifwas skulle, så till form, som innehåll [9]). Denna Guds inwerkan, genom hwilken den H. Skrift då uppstod, kalla wi Inspiration [10]). Br. Divina inspiratio est actio ejusmodi, qua Deus non solum conceptus rerum scribendarum omnium, objectis conformes sed et conceptus verborum ipsorum atque omnium, quibus illi exprimendi essent, supernaturaliter communicavit intellectui scribentium ac voluntatem eorum ad actum scribendi excitavit. Deraf följer, att allt, som är innehållet i den H. Skrift, är fullkomligen och i alla sina enskildheter sant och fritt ifrån all willfarelse [11]).

1) Chmn. ex. c. Trid. Ostendimus . . . qua occasione et propter quam causam instituta fuerit scriptura s., quia scil. per traditiones non conservabatur puritas doctrinae: sed illo titulo et praetextu multa peregrina et falsa admiscebantur.

Grh. "Quare Deus verbum suum, prius viva voce propagatum, in scripturas redigi voluerit?" Causae videntur fuisse praecipuae et primariae: 1) vitae humanae brevitas. 2) hominum numerositas. 3) custodiae a traditione exspectandae infidelitas. 4) memoriae humanae imbecillitas. 5) coelestis doctrinae stabilitas. 6) hominum improbitas. 7) (in N. T.) haereticorum perversitas, quae fuit reprimenda. —

2) Grh. Scriptura sic vocatur a formali externo, scribendi scilicet actione, qua verbum Dei, viva voce antea propagatum,
Dei

Dei jussu in literas est redactum. Hujus scriptionis Deus ipse augustissimum fecit initium, quando legem suam in monte Sinai tabulis lapideis inscripsit, quae ob id dicitur scriptura Dei. Ex. XXXII, 16. — Differentiae causa vocatur scriptura sacra, appellatione ex Rom. I, 2. et 2 Tim. III, 15 petita. Rationes appellationis petendae: 1) a causa efficiente principali, ab auctore summo, qui est Deus sanctus ille sanctorum, imo ipsa sanctitas. Es. VI, 3. Dan. IX, 24. 2) a causa instrumentali, quae sunt sancti Dei homines 2 Ptr. I, 21. 3) a materia, continet enim sacra et divina mysteria, sancta vitae praecepta. Ps. CV, 42. 4) a fine et effectu, quia spiritus s. per scripturae lectionem et meditationem hominem sanctificat. Joh. XVII, 17. 5) ab adjuncto, quia ab omnibus, non solum profanis sed etiam ecclesiasticis scriptis est separata et in sublimi canonicae auctoritatis sede constituta, cui serviat omnis fidelis et pius intellectus. —

Synonyma s. scripturae sunt *γραφή* vel *γραφαί* Joh VII, 38 och 42. Act. VIII, 12. Rom. IV, 3. *γραφαὶ ἅγιαι* Rom. 1, 2. *ἱερὰ γράμματα* 2 Tim. III, 15. *γραφὴ θεόπνευστος* v. 16. — Honorificae appellationes, quae verbo Dei in scripturis tribuuntur: דִּבְרֵי־יְהוָֹה *λόγια τοῦ θεοῦ* Rom. III, 2. *ζῶν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ* Hbr. IV, 12. *ῥήματα τῆς ζωῆς αἰωνίου* Joh. VI, 68. — Compages literarum vocatur: סֵפֶר הַתּוֹרָה Jos. I, 8. ס״ יְהוָֹה Es. XXXIV, 16. מִקְרָא Neh. VIII 8. (Grh.)

3) Grh. Scrpt. s. est verbum Dei, ejusdem voluntate a prophetis, evangelistis et apostolis in literas redactum, doctrinam de essentia et voluntate Dei perfecte et perspicue exponens, ut ex eo homines erudiantur ad vitam aeternam. Holl. In definitione s. scripturae verbum Dei formaliter notat sententiam Dei, sive conceptum mentis divinae, de salute hominum immediate prophetis et apostolis, atque mediante eorum ministerio, universo generi humano manifestatum.

Till en ännu noggrannare beteckning af uttryckets åtskilliga betydelser, har man gjort följande distinktioner:

Grh. Scripturae nomine non tam formale externum sive signa h. e. apices literarum, scribendi actus et dictiones, quibus divina revelatio est descripta, quam ipsum materiale sive signatum, adeoque illud ipsum, quod scribendo notatur ac significatur, ipsum scilicet Dei verbum de essentia et voluntate Dei nos instruens, est intelligendum. Ut enim in omni scriptura ab intelligente causa perfecta, ita quoque in hac prophetica et apostolica scriptura duo sunt consideranda, videl. primo ipsae literae, syllabae, et dictiones, quae scribuntur, et sunt externa symbola animi notiones significantia et exprimentia; secundo ipsae sententiae, quae sunt veluti signatum, externis illis literarum, syllabarum et dictionum symbolis expressum, proinde scripturae nomine hic utrumque complectimur et posterius quidem principaliter. — Alltefter som ordet warder taget uti den ena eller andra betydelsen, blifwer förhållandet mellan Skriften och Kyrkan olika uttryckt. Grh. Ex quo *πορισματικῶς* colligimus: quaedam praedicari de scriptura respectu materialis, utpote quod sit antiquior ecclesia, quod sit

ipsum illud Dei verbum a prophetis et apostolis viva voce olim praedicatum; quaedam respectu formalis, quod sit temporis ratione ecclesia posterior, quod in die novissimo sit desitura, cum tamen ratione materialis non solvi nec interire possit. Joh. X, 35.

4) Grh. Inter verbum Dei et scripturam sacram, materialiter acceptam, non esse reale aliquod discrimen, probatur 1) ex scripturae materia. Idem ac nihil aliud prophetae et apostoli scripserunt, quod divina inspiratione edocti prius viva voce praedicarunt. 1 Cor. XV, 1. 2 Cor. 1, 13. Phil. III, 1. 2 Thss. II, 15. 1 Joh. I, 3. 2) ex phrasium *ἰσοδυναμίᾳ*. Vaticinia prophetica V. T. in N. T. quandoque allegantur his verbis: ut impleatur, quod dictum est per prophetam. Mtth. I, 22. II, 15. IV, 14 etc. etc. — — Ergo, quod prophetae dixerunt vel praedixerunt, idem est cum eo, quod scripserunt. 3) ex regula logica: "Accidens non mutat rei essentiam." Accidit Dei verbo, sive voce enuncietur sive in literas redigatur. Unum idemque Dei verbum est, sive praedicationis sive scriptionis modo nobis innotescat, cum nec causa efficiens principalis, nec materia, nec forma interna, nec finis mutetur, sed tantum modus patefactionis in usu organico consistens variet. 4) ex *δεικτικῇ* particula ab apostolis usurpata. Paulus de scriptura Mosaica et homogeneis V. et N. T. libris *δεικτικῶς* inquit: *τοῦτ᾽ ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως*. Rom. X, 8. Petrus 1 Ptr. I, 25.

Holl. Antithesis est Quakerorum opinantium, s. scripturam non esse verum et vivum Dei verbum, sed tantum testem de verbo Dei et literam mortuam.

5) Grh. 1) posse hanc distinctionem (Pontificiorum inter verbum Dei scriptum et non scriptum) certo modo ac respectu admitti, videlicet si nomine verbi non scripti intelligatur divina revelatio viva voce a patriarchis ante exaratos libros Mosaicos propagata, sed post editum scripturae canonem nullum statui potest verbum Dei non scriptum, a scripto contradistinctum. 2) distinguendum esse inter capita divinae revelationis principalis necessaria, essentialia etc. etc. atque inter uberiorem eorundem explicationem. Prophetae et apostoli literis consignarunt capita doctrinae suae principalia, quae sunt omnibus scitu necessaria, quae viva voce latius ab eis exposita fuisse non negamus.

6) Quen. Forma interna, seu quae dat esse scripturae, ut scil. sit Dei verbum h. e. eam constituit et a quavis alia scriptura distinguit, est sensus scripturae *θεόπνευστος*, qui in genere est conceptus divini intellectus de mysteriis divinis et salute nostra ab aeterno formatus, et in tempore revelatus atque scriptione nobis communicatus, sive ipsa *θεοπνευστία* i. e. divina inspiratio 2 Tim. III, 16. utpote qua verbum divinum constituitur et ab humano distinguitur.

7) Quen. Causa efficiens script. s. principalis est Deus unitrinus, 2 Tim. III, 16. (et quidem pater Hbr. I, 1 filius Joh. I, 18. et spiritus s. 2 Sam. XXIII, 2. 1 Ptr. I, 11. 2 Ptr. I, 21); 1) mandato antecedente. 2) inspiratione subsequente sive jubendo, ut scribant sancti Dei homines, et inspirando scribenda. —

Grh. Causae instrumentales scripturae s. fuerunt sancti Dei homines. 2 Ptr. I, 21. h. e. homines peculiariter atque immediate a Deo ad id vocati et electi, ut divinas revelationes scripto consignarent, quales fuerunt prophetae in Vet. et evangelistae et apostoli in N. T., quos propterea merito Dei amanuenses, Christi manus et spiritus s. tabelliones sive notarios vocamus, cum nec locuti fuerint nec scripserint humana sive propria voluntate, sed φερόμενοι ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἁγίου, acti, ducti, impulsi, inspirati et gubernati a spiritu s. Scripserunt non ut homines, sed ut Dei homines, h. e. ut Dei servi et peculiaria spiritus s. organa. Quando igitur liber aliquis canonicus vocatur liber Mosis, Psalterium Davidis, epistola Pauli etc. etc. illud fit duntaxat ratione ministerii, non ratione causae principalis.

Quen. Solus ergo Deus, si accurate loqui velimus, scripturae s. auctor dicendus est, prophetae vero et apostoli auctores dici non possunt, nisi per quandam catachresin. — Hwad det menas med att Prophet. och App. äro att anse såsom amanuenses Dei, förklarar Quen.: Non ac si citra et contra voluntatem suam inscii ac inviti scripserint divini amanuenses, sponte enim, volentes scientesque scripserunt. — Dicuntur autem φερόμενοι, acti, moti, agitati a spiritu s. nequaquam, ac si mente fuerint alienati, uti prae se ferunt Enthusiastae, et qualem ἐνθουσιασμὸν in suis prophetis fingunt gentiles: nequaquam etiam, ac si ipsi quoque prophetae suas prophetias aut ea, quae scripserint, non intellexerint, qui Montanistarum . . olim error fuit; sed quia nihil ex suo sensu scripserunt, sed omnia spiritus s. dictamine. — Då det gäller om alla de Bibliska skriftställarena att de äro inspirerade; blifwa äfwen de ibland dem så ansedde, hwilka icke i egentlig mening warit Herrans Apostlar. Holl. Apostolorum nomine hic designantur sancti Dei homines, qui post natum Christum scripturam N. T. adornarunt: quamvis non omnes fuerint e collegio apostolorum, a Christo ante ascensionem ad docendum omnes gentes electorum; sed post Christum, in coelos evectum, apostolis annumerandi sunt, quales fuerunt Matthias (cujus tamen scripta non habemus) et Paulus. Quin et apostoli sensu latiori hic nuncupantur viri apostolici, apostolis munere ac dignitate proximi, quales fuerunt Marcus et Lucas, evangelistae. cf. Rom. XVI, 7.

8) Holl. θεοπνευστία notat tum antecedentem motum divinum sive peculiarem impulsum voluntatis ad scribendum, tum immediatam illuminationem, qua intellectus scriptoris sacri supernaturali eoque extraordinario lumine gratiae divinae collustratur et conceptus rerum scribendarum ipsi a spiritu s. immediate suggeruntur. — Den medwerkan, som härwid å Guds sida äger rum, beskrifwes af Quen. såsom concursus specialissimus et extraordinarius, solis s. scriptoribus proprius och måste noga skiljas ifrån concursus Dei generalis et communis, quo Deus in omni actione cum quovis operante concurrit, och ifrån conc. D. specialis seu gratiosus, quo adest Deus omnibus fidelibus, sacra et honesta meditantibus et scribentibus. Holl. skiljer Inspiratio från Gubernatio divina så: Nam hac tantum cavetur, ne quidquam scribatur, quod non sit ex vero, decoro, congruo; illa autem a dictante spiritu s. conceptus rerum scribendarum suggeruntur. Illa

praestare potest scripturam s. infallibilem sed non θεόπνευστον. — Då impulsus ad scribendum med rätta räknas till inspirationen; så följer deraf, att alla de H. Skrifterna äro på Guds befallning författade, emedan de alla äro inspirerade: Quen. Omnes libri s. canonici non tantum V. sed etiam N. T. sunt a Deo, sacros scriptores ad scribendum peculiariter movente et impellente, conscripti ac proinde scriptura N. T. jussu et voluntate Dei ab evangelistis et apostolis est consignata. —

Såsom Antithes anföres Papisternas lära, qui nugantur evangelistas et apostolos nullo divino mandato ad scribendum accessisse, sed incidenter, ex occasione quadam accidentaria aliunde oblata, aut necessitate coactos. Derwid blifwer wäl medgifwet, att icke ett mandatum Dei expressum et externum finnes att åberopa för alla de enskilda böckerna; men det anmärkes dock, att ett sådant icke saknades, då impulsus fanns för handen. Grh. In sanctis Dei hominibus mandatum exterius et impulsus internus aequiparatur. Quid enim aliud est divinus ille impulsus, quam mandatum internum et occultum ejusdem omnino auctoritatis ac ponderis cum mandato externo et manifesto? Detta sednare bewisas dock hafwa funnits wid alla böckerna: 1) ex mandato Christi generali. Mtth. XXVIII, 19. (Grh.) qui jubentur docere omnes gentes, illi etiam jubentur doctrinam suam scripto complecti, neque enim omnes gentes, etiam secuturi temporis, viva voce absque scripto docere poterant). 2) ex impulsu spiritus s., quem docet Petrus 2 ep. I, 21. 3) ex divina s. literarum inspiratione, quam inculcat Paulus 2 Tim. III, 16. 4) a munere apostolico, in quo sancti illi viri fuerunt legati Dei. 2 Cor. V, 20. Legati ad mandatum principis adstricti sunt. Petrus legatus Dei absque mandato divino evangelium praedicare gentibus non sustinuit: ergo minus epistolam conscribere, a Deo non jussus, ausus est. — Att derföre de yttre anledningarne, hwilka åberopas i Papisternas Antithes, icke uteslutas, anmärkte redan Grh. Occasiones scribendi apostolis exterius oblatae non tollunt internum scribendi mandatum, sed illud potius stabiliunt, cum mirabili divinae providentiae dispositione occasiones illae apostolis oblatae fuerint, et ad eas interior spiritus s. impulsus postea accesserit, quo permoti manum scriptioni adhibuerunt. —

9) Dermed uttalas en real- och en verbal-inspiration, och deraf följer, att ingenting finnes i den H. Skrift, som icke är inspireradt. Dessa utsagor innehållas i de båda satserna: (Holl.)

I. Conceptus omnium rerum, quae in s. literis habentur, prophetis et apostolis a spiritu s. immediate inspirati sunt.

II. Omnia et singula verba, quae in s. codice leguntur, a spiritu s. prophetis et apostolis inspirata et in calamum dictata sunt.

Dessa båda satser förklaras än widare genom följande anmärkningar af Quen. och Holl. Ad I. 1) Med inspirationen antages en assistentia et directio divina, quae includit spiritus s. inspirationem et dictamen, men såsom otillräcklig förkastas: en assistentia et directio div. nuda, qua tantum cavetur, ne scriptores s. in loquendo et scribendo a vero aberrent . . . In scribendo etiam alios regit spiritus. s. . :

adeoque discrimen est in eo, quod viros θεοπνεύστους spiritus s. ita direxerit, ut simul illis omnia indiderit et inspiraverit, in quantum quidem illa in scripturas relata sunt. (Quen.) — 2) Inspirationen sträckte sig till alla saker och följakteligen derföre ock till sådana, som äfwen redan förut woro Propheterna och Apostlarne bekante, emedan i detta fall, dessa saker just nu, och öfwerhufwud blott då blefwo uttalade, när Guds afsigt så fordrade. **Holl.** Res, quae scriptoribus s. fuerunt notae, considerantur vel absolute et in se, vel respective, quatenus ex voluntate Dei fuerunt scribendae. Priori modo jam ante scriptoribus s. fuerunt cognitae, non vero posteriori modo. Tametsi enim amanuenses s. res quasdam, quae ab ipsis descriptae sunt, habuerint cognitas ante actum scriptionis, per se tamen ipsis non fuit cognitum, an res illae ex voluntate Dei essent describendae, quibus circumstantiis, quo ordine et quibus verbis essent literis mandandae. 3) Äfwensá sträcker sig inspirationen till sådana ämnen, hwilka icke äro af andligt innehåll. **Holl.** Continentur in s. scriptura res historicae, chronologicae, genealogicae, astrologicae, physicae et politicae, quae, licet cognitu ad salutem non sint simpliciter necessariae, sunt tamen divinitus revelatae, quia illarum notitia ad interpretandam s. scripturam et illustranda dogmata fidei morumque praecepta haud parum facit. — Si tantum mysteria fidei, quae in s. literis habentur, a divina inspiratione, reliqua autem ductu luminis naturae cognoscibilia, tantum a directione divina pendent, tota scriptura non est θεόπνευστος. At teste Paulo tota scriptura est divinitus inspirata. Ergo non tantum mysteria fidei sed et reliqua ductu luminis naturae cognoscibilia, quae in literis habentur, divinitus suggesta et inspirata sunt. Derföre äro 4) äfwen till utseendet obetydliga ämnen icke desto mindre att anse såsom inspirerade. **Quen.** Aliud est, rem aliquam esse leviculam, si in se spectatur et juxta aestimationem hominum et aliud, eandem esse leviculam, si finem attendas et sapientissimum Dei consilium. Multa in scripturis levia videntur (2 Tim. IV, 13), ad quae existimant indignum esse, ut deducamus spiritus s. majestatem, quae tamen magni momenti sunt, si finem spectamus Rom. XV, 4 et sapientissimum Dei consilium, quo etiam talia divinis literis inserta sunt. Såsom Antithes häremot afses i synnerhet Calixti mening (hos **Quen.**): "neque scriptura dicitur divina, quod singula, quae in ea continentur, divinae peculiari revelationi imputari oporteat, sed quod praecipua sive quod primario et per se respicit ac intendit scriptura, nempe quae redemtionem et salutem generis humani concernunt, nonnisi divinae illi peculiari revelationi debeantur: in caeteris vero, quae aliunde sive per experientiam sive per lumen naturae nota, consignandis, divina assistentia et spiritu ita scriptores sint gubernati, ne quidquam scriberent, quod non esset ex re, vero, decoro, congruo." — Bewiset för den fullständiga inspirationen härledes: a) ur 2 Tim. III, 16. (**Quen.** sive vox πᾶσα accipiatur distributive pro singulis scripturae libris et partibus, sive collective h. e. pro omnibus libris simul sumtis, ita ut πᾶσα idem sit quod ὅλη, nobis hic perinde est — πᾶσα γραφὴ scil. est θεόπνευστος.) Dädan argumentationen hos Cal.: si omnis scriptura θεόπνευστος est, nihil in scriptura s. esse potest, quod non sit scriptoribus divinitus suggestum et inspiratum. Nam si ulla tan-

tum particula scripturae esset e notitia et memoria vel revelatione humana depromta, non omnis scriptura dici posset universaliter divinitus inspirata. 2) ex 2 Ptr. I, 21. (quamvis Petrus non praecise de scriptione sed de locutione . . . loquatur, per λαλίαν tamen et locutio et scriptio hic significatur, et sub illa haec simul comprehenditur. vid. Act. II, 31, III, 24. Rom. III, 19. uti enim a spiritu s. acti et impulsi locuti sunt sancti Dei homines, ita etiam ab eodem acti et impulsi scripserunt.). 3)a Christi promisso Joh. XIV, 26. 4) ex 1 Cor. II, 10. — Till desßa tillägga wi efter Cal. följande bewisningsgrunder: a causa principali scripturae, si quidem s. scriptores fuerint tantum calamus, manus vel amanuenses spiritus s. — a modo directionis spiritus s. qui talis designari solet, quod dictante spiritu s. scriptae sunt literae, unde scripturam s. universam nil nisi epistolam quandam Dei creatoris ad creaturam suam dixit Gregorius M. — ab aequali omnium auctoritate, quae in scripturis habentur. Non enim illa tantum, quae fidem et salutem directe concernunt, sed quaecunque in s. literis inveniuntur, Dei verbum sunt. Rom. IV, 12. et eadem ratione nominis istius dignitatem sustinent, ut pro immediato Dei verbo haberi debeant.

Ad II. Holl. Fuit necessaria (et verborum, ex communi loquendi usu notorum, inspiratio div.) ad mentem spiritus s. rite exprimendam. Neque enim liberum fuit prophetis et apostolis, sensum divinum in ea conjicere verba, quae ipsi pro arbitrio suo eligerent; sed ipsorum erat haerere et pendere ab ore dictantis spiritus s., ut huic grato et probato verborum ordine et contextu scripturam s. consignarent, quo ea menti spiritus s. evaderet prorsus conformis. — Stilens olikhet förklarar Quen. så: Magna est inter sacros scriptores quoad stilum et genus dicendi diversitas, quae ex eo esse videtur, quia spiritus s. accommodavit se ordinario dicendi modo, unicuique suum dicendi genus relinquens: propterea tamen non negandum, spiritum s. ipsa verba in individuis ipsis inspirasse. — Verum haec sententia non omnibus placet . . . . causamque diversi sermonis esse existimant: "quia spiritus s. unicuique dat eloqui, prout ipse vult" (Act. II, 4.) et quod non tam auctorum dicendi facultatem, quam materiarum, de quibus dicere aut scribere voluit, indolem respexerit. — Till verbal-inspirationen blefwo ock vocalerna i G. T:ts Ebreiska text räknade. cf. Grh's bewis ex absurdo: sequeretur, scripturam non esse a Deo per prophetas traditam quoad singula verba . . proinde non totam scripturam esse θεόπνευστον. Så följde äfwen af verbal-inspirationen att: stylus N. T. ab omni barbarismorum et soloecismorum labe immunis est. (Quen.) — Bewisen för verbal-inspirationen hemtades ur: 1) 2 Tim. III, 16. quaecunque scriptura est tota θεόπνευστος, illius non tantum sensus aut res significatae sed et voces tanquam signa rerum divinitus sunt inspiratae. Ergo etc. etc.). 2) 1 Cor. II, 13. Exod. XXXIV, 27, 28. Matth. V, 18.

10) Inspirationen är således en Gudomlig werksamhet, som sträcker sig till det skriftliga uppteckrandet, och skiljer sig uti flera än ett afseende ifrån revelationen.

Ty tager man denna i kyrklig mening, då den omfattar hela innehållet af den christliga lären; så har den att tacka inspirationen för sin tillwaro.

Cal.: divina inspiratio consideratur vel ut principium et causa efficiens revelationis, qua est actus Dei inspirantis, vel ut forma revelationis aut verbi revelati. Men tages revelationen efter ordalydelsen, att den gör kunnigt det förut obekanta; så åtskiljer sig revelationen ifrån inspirationen derigenom, 1) att den sednare äfwen kan innehålla det som redan är bekant, detta bekanta, sagdt i ett wißt moment och i en wiß form och 2) att revelationens innehåll på serskilda sätt kan tillfalla menniskan; men inspirationens innehåll blott under den enda formen af den omedelbara Gudomliga ingifwelsen. Quen. Revelatio formaliter et vi vocis est manifestatio rerum ignotarum et occultarum, et potest fieri multis et diversis modis, scil. vel per externum alloquium, vel per somnia et visiones. Inspiratio est actio spiritus s., qua actualis rerum cognitio intellectui creato supernaturaliter infunditur; seu est interna conceptuum suggestio seu infusio, sive res conceptae jam ante scriptori fuerint cognitae sive occultae. Illa potuit tempore antecedere scriptionem, haec cum scriptione semper fuit conjuncta et in ipsam scriptionem influebat. — Deßutom anmärkte man äfwen: Interim non nego, ipsam divinam inspirationem dici posse revelationem secundum quid, quatenus scil. est manifestatio certarum circumstantiarum, item ordinis et modi, quibus res consignandae et scribendae erant. (distinguendum inter revelationem divinam, quae ideo fit, ut res cognoscatur, et eam, quae ideo fit, ut res his et non aliis circumstantiis, hoc et non alio tempore, modo et ordine in literas referatur) Quandoque etiam revelatio cum ipsa inspiratione divina concurrit, atque coincidit, quando scil. divina mysteria inspirando revelantur, et revelando inspirantur, in ipsa scriptione. Hinc recte monet Calovius: omnia et singula, quaecunque in s. literis habentur, non quidem revelationi peculiari novae — sed singulari spiritus s. dictamini, inspirationi et suggestioni accepta ferenda esse. —

11) Holl. Inspiratio divina, qua res et verba dicenda non minus, quam scribenda, prophetis atque apostolis a spiritu s. immediate suggesta sunt, ipsos ab omni errore immunes praestitit tam in praedicatione quam in consignatione verbi divini.

Calov. Nullus error, vel in leviculis, nullus memoriae lapsus, nedum mendacium nullum locum habere potest in universa scriptura s.

Quen. Disting. inter apostolorum conversationem et eorundem praedicationem et scriptionem: sive inter infirmitates vitae et errores doctrinae. In doctrina nequaquam errare potuerunt apostoli post acceptum spiritus s. donum . . . in vita vero et conversatione externa non fuerunt ἀναμάρτητοι sed propter ingenitam originalem corruptionem infirmitatibus et lapsibus adhuc obnoxii . . .

§. 7. Affectiones scripturae s.

Enär den H Skrift werkligen är Guds ord; så följer deraf, att wi äro förpligtigade att egna henne obetingad tro och hörsamhet. Enär hon allena är Guds ord och det utom

henne icke finnes någon sanningens källa; så måste hon fullkomligen innehålla densamma, och deßlikes wara tydlig nog, att wi ur henne skola kunna werkligen hemta sanningen. Enär hon ändtligen såsom Guds ord är det enda medel, hwarigenom wi kunna komma till tro; så måste hon ock wara mäktig nog att hos oß werka denna tro. Detta allt uttryckes genom affectionerna: **auctoritas, perfectio seu sufficientia, perspicuitas** och **efficacia** [1]).

§. 8. 1) Auctoritas.

Br. Auct. scripturae s. est dignitas manifesta, movens intellectum humanum ad assensum dictis ejus et voluntatem ad obsequium ejus mandatis praebendum. — Wi hafwa nu först att fråga efter grunden, hwarföre den H. Skrift kan göra anspråk på ett sådant synnerligt anseende, och sedan att derifrån sluta, huru hon just fördenskull är att skilja ifrån alla andra böcker, såsom en sådan, den der allena är normen för wår tro och för wårt lif, och enligt hwilken alla de stridsfrågor, hwilka uppstå om Gudomliga ting, måste blifwa afgjorde. Derföre delar sig **auctoritas scripturae s.** i **a) auctoritas causativa, qua scriptura assensum credendorum in intellectu hominis generat et confirmat; b) auctoritas normativa, seu canonica, qua tum scriptura authentica ab aliis scripturis et versionibus, tum verum a falso dignoscitur** [2]).

a) **Auctoritas causativa.** Detta grundar sig derpå, att wi erkänna Gud såsom den H. Skrifts upphofsman [3]). Och att så är, bewisa wi med den H. Skrifts inspiration [4]). Bewisen för inspirationen äro wißerligen närmast blott hemtade utur den H. Skrift, och giltigheten af deßa bewis förutsätter således redan tron på den H. Skrift. Men för kyrkan och deß medlemmar behöfwes i allmänhet intet bewis för den H. Skrifts auctoritet; ty hela kyrkans existens beror på denna tro och denna tro föregår alla bewis [5]); utan densamma skulle man aldrig hafwa kommit derhän att hemta några lärosatser ur den H. Skrift [6]). Således blott för dem, hwilka ännu stå utom kyrkan, eller för dem, hwilkas tro, ehuru inom densamma, under anfäktningarne ännu icke är stadgad, utan swag, har man att bewisa, att den H. Skrift är inspirerad, eller hwilket will säga detsamma, att hon är af gudomligt ursprung och att derföre full auctoritet

i trossaker tillkommer henne. Men i sakens natur ligger det, att äfwen för deßa intet bewis kan anföras, hwilket de med sitt otrogna sinnelag icke skulle kunna göra owerksamt; ty det enda fullkomligt bindande bewiset ligger blott deruti, att den H. Ande wittnar om sin närwaro i de enskildas hjertan, och att den enskilde således warder af den dragande kraft, som Guds ord på honom sjelf utöfwar, förwißad om detsammas gudomlighet [7]). Men om det skall komma derhän, så fordras dertill, att den enskilde hängifwer sig åt den H. Andes dragning, och förrän detta sker, kan ingalunda den H. Andes witnesbörd för honom hafwa någon bewisande kraft [8]). På denna erfarenhet är således den enskilde hänwisad och blott genom densamma skall han hinna till orubbelig wißhet om den H. Skrifts gudomlighet. Alla andra s. k. bewis äro derföre mera intyg för den H. Skrifts gudomlighet, hwilka kunna göra densamma sannolik för den enskilde och inbjuda honom att hängifwa sig åt den H. Andas werkan för att äfwen på sig sjelf göra densamma erfarenhet, som kyrkan har gjort [9]). Sådana intyg äro af twåfaldigt slag. Om denna den H. Skrifts gudomlighet witnar nemligen dels den H. Skrift sjelf genom deß inre förträfflighet och wärde (κριτήρια interna); dels witna om densamma de werkningar, den H. Skrift har frambragt på andra (κριτ. externa [10]). Deßa intyg förehåller kyrkan den enskilde, och will derigenom ägga honom att hängifwa sitt hjerta åt den H. Ande, hwilken skall hos honom werka den fulla wißheten om den H. Skrifts gudomlighet [11]).

b) **Auctoritas canonica s. normativa. Holl.** Auct. scripturae canonica est eminentissima scripturae dignitas, qua illa tam ratione sensus, quam idiomatis divinitus inspirati, infallibilis et adaequata norma est, ad quam omnia, homini aeternam salutem adepturo credenda et agenda, sunt exigenda, omnes controversiae fidei dirimendae et omnia alia scripta dijudicanda [12]). Alltså måste wi erkänna den H. Skrift för den enda normen och rättesnöret för wårt lif, hwarefter alla stridsfrågor om gudomliga ting måste blifwa afslutade [13]), så att i intet fall någon annan auctoritet behöfwer anlitas, genom hwilken desamma skulle afgöras [14]. Men enär således den H. Skrift är den enda judex controversiarum; så uppstår widare den frågan, huru detta domslut kan ur henne blifwa frambragdt? Det ligger i sakens natur, att

icke hwar och en kan med lika följd utöfwa detta kall, ty härtill erfordras wißa wilkor, utan hwilka den H. Skrift icke kan blifwa förstådd och utlagd. Äfwenledes föreskrifwer den i kyrkan nödwändiga ordningen, att en yttre kallelse hörer åtminstone till den offentliga uppställningen af det ur Skriften utgående domslutet. Derföre tillkommer det företrädeswis kyrkan i det henne representerande ståndet (Läroståndet) att offentligen affäga det i den H. Skrift funna utslaget öfwer en stridig punkt[15]. Men häraf följer dock icke, att ett pröfwande omdöme icke skulle wara tillständigt för hwarje enskild inom kyrkan[16]. Skulle derföre uti enskilda fall afslutandet af en Controvers icke kunna ernås; så ligger skulden icke i den H. Skrift, utan deruti, att den icke blifwit rätt utlagd, eller att den rätta utläggningen icke blifwit antagen[17]. Men städse, då en sådan stridsfråga skall afgöras, måste man gå tillbaka till den H. Skrifts grundtext. Ty en riktig öfwersättning kan wäl bringa oß den H. Andes witnesbörd; men är dock aldrig så noggrann, att, i stridiga fall, då ofta allt beror på den noggrannaste utforskning af enskilda ord uti grundtexten, wi med säkerhet kunna betjena oß deraf[18].

1) Alla **DD.** räkna icke affectionerna på lika sätt. **Calov** och **Quen.** tillägga till de anförda äfwen: **infallibilis veritas, se ipsam interpretandi facultas, normativa et judiciaria potestas,** hwilka dock af andra **DD.** blifwa inlagde uti de af oß uppgifna.

Såsom **affectiones secundariae** tillägga äfwen några **DD.: necessitas, quod necessarium fuerit, ut verbum Dei scripto traderetur ob puritatem doctrinae coelestis conservandam. 2) integritas et perennitas, quod canon scripturae integer conservatus sit ac conservandus sit perenniter. 3) puritas et sinceritas fontium, quod textus hebr. in V., graecus in N. T. sincerus, nullamque sive per malitiam sive per incuriam corruptelam quoad omnia exemplaria passus, sed divina providentia a corruptelis immunis conservatus sit. 4) authentica dignitas, quod solus textus hebraeus in V. T., graecus in N. pro authentico haberi debeat, nec ulla versio ad hoc sublime auctoritatis fastigium admittenda sit. 6) legendi omnibus concessa licentia.** —

2) **Br. Auctoritas scripturae, quatenus spectat assensum dictis ejus praebendum dupliciter considerari potest: partim praecise in ordine ad causandum assensum credendorum, per quem scriptura habet, quod est principium cognoscendi et objectum formale fidei ae theologiae revelatae: partim in ordine ad dignoscendas ab ipsa scriptura θεοπνεύστῳ et verace scripturas et doctrinas alias, quae de rebus fidei ac morum agunt: qua ratione scriptura habet, quod est canonica seu quod**

est norma ac regula discernendi verum a falso. — — Quamvis enim una et eadem sit auctoritas scripturae, in Dei veracitate ac dependentia scripturae a Deo fundata, per quam ipsa, cum in ratione formali ad causandum fidei assensum, tum in ratione normae ad examinandas ac dijudicandas quaslibet scripturas et doctrinas alias constituitur: sicuti tamen scriptura paulo aliter adhibenda est per modum motivi formalis ad causandum assensum fidei, aliter per modum normae ad dignoscendum verum a falso: ita de auctoritate scripturae ratione utriusque habitudinis merito distincte agendum est. —

3) **Br.** Scripturae auctoritas in se et absolute, seu quoad rem spectata, ab auctore scripturae Deo unice dependet et ex ejus veracitate ac potestate summa et infinita resultat. — **Grh.** Quia enim scriptura s. Deum auctorem habet, cujus immediata inspiratione prophetae, evangelistae et apostoli scripserunt, inde atque ideo divinam auctoritatem obtinet; quia est *θεόπνευστος*, ideo est *αὐτόπιστος, τὸ πιστὸν ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἔχουσα.*

4) **Br.** Quoad nos, seu ut nobis constet scripturam s. dignam esse, cui fides et obsequium praestetur, notas esse oportet non solum ipsas perfectiones Deo, verum etiam scripturae a Deo dependentiam seu *θεοπνευστίαν.* Men wår öfwertygelse grundar sig på de twänne satserna: 1) quaecunque scriptura Deo inspirante consignata est, illa certo et infallibiliter vera est. 2) scriptura s. Deo inspirante consignata est. —

5) **Grh.** Homines qui intra ecclesiae pomoeria sunt, de scripturae auctoritate non quaerunt, est enim principium. Quomodo possent esse veri discipuli Christi, si doctrinam Christi velint in dubium revocare? quomodo vera ecclesiae membra, si de fundamento ecclesiae dubitare velint? quomodo id sibi probare petent, quod ad probanda alia semper assumunt? quomodo de eo dubitarent, cujus efficaciam in cordibus persentiscunt? Spiritus s. in ipsorum cordibus testatur, quod spiritus sit veritas, i. e. quod doctrina a spiritu s. profecta sit immota veritas.

6) Med rätta derföre anmärkes det af **Grh.**, att läran om den H. Skrifts auctoritet icke är någon trosartikel, utan fastmera principium articulorum fidei. — Dogma de canone proprie loquendo non est articulus fidei, siquidem Moses, prophetae, evangelistae et apostoli sua scriptione non fabricarunt novum articulum fidei, prioribus, quos viva voce docuerunt, de novo superadditum.

7) **Grh.** Primum (testimonium) est internum spiritus s. testimonium, qui, ut reddit testimonium spiritui credentium, quod sint filii Dei Rom. VIII, 16. ita quoque efficaciter eos convincit, quod in scripturis vox patris coelestis contineatur ac solus Deus est idoneus et authenticus testis. Ad hoc testimonium pertinet vivus piorum sensus in quotidiana invocatione et exercitiis poenitentiae ac fidei, virtus consolandi et roborandi animum adversus omnis generis adversitates, tentationes, persecutiones etc. etc. quam in lectione et meditatione scripturae pii quotidie experiuntur.

Quen. Ultima ratio, sub qua et propter quam fide divina et infallibili credimus, verbum Dei esse verbum Dei, est ipsa intrinseca vis et efficacia verbi divini et spiritus s. in scriptura et

per scripturam loquentis testificatio et obsignatio. Quia fidem largiri, non tantum quâ credimus articulis, sed etiam quâ credimus scripturae articulos exhibenti et proponenti, est opus a spiritu s. ceu causâ supremâ promanans. —

Holl. Per internum spiritus s. testimonium hic intelligitur actus supernaturalis spiritus s. per verbum Dei attente lectum vel auditu perceptum, virtute sua divina, scripturae s. communicata, cor hominis pulsantis, aperientis, illuminantis et ad obsequium fidei flectentis, ut homo illuminatus ex internis motibus spiritualibus vere sentiat, verbum sibi propositum a Deo ipso esse profectum, atque adeo immotum ipsi assensum praebeat. — Skriftbewiset för testimonium spiritus s. anföres ur 1 Joh. V, 6. Thss. I, 5, 6. 1 Thss. II, 13. Den så ofta framställda inwändningen, att Dogmatiken dymedelst gör sig skyldig till en cirkel i bewisningen möter Holl. på följande sätt: "Si quaeram, unde scis, scripturam esse divinam? respondent Lutherani: quia spiritus s. in unoquoque per scripturam hoc testatur et obsignat. Si autem quaeram: unde probas, spiritum illum esse divinum? respondent iidem: quia scriptura testatur, illum esse divinum et obsignationem illius esse infallibilem." Resp.: disting. inter circulum sophisticum et regressum demonstrativum. In circulo sophistico probatur ignotum per aeque ignotum; regressu vero demonstrativo a cognitione confusa ad distinctam procedimus. Nempe scripturae dignitas divina probatur per effectum supernaturalem spiritus s., per scripturam efficaciter operantis, illuminantis, convertentis, regenerant renovantis. Si autem quaeras: estne ille spiritus divinus an malignus? Tunc ab effectu, qui est divinus et salutaris, regredimur ad probandum, spiritum interius testantem de divina scripturae origine esse divinum, sanctissimum et optimum. Quen. tillägger ytterligare: Male ergo nobis affingunt Pontificii, ac si hic circulum committamus, dum ex testimonio spiritus s. scripturam s. et ex scriptura s. testimonium spiritus s. probamus. Hac enim ratione etiam circulus esset, quando Moses et prophetae probant Christum et Christus Mosen et prophetas, vel etiam, quando Joannes baptista Christum Messiam et rursus Christus Joannem baptistam prophetam esse testatur. —

8) Derföre skiljer Grh. mellan twänne claßer af dem, hwilka stå utom kyrkan: Quidam sunt sanabiles, qui afferunt animum moderatum ac discendi cupidum, quidam vero insanabiles, qui afferunt animum praefractum et obstinatum ac contumaciter veritati resistunt Act. XIII, 46. XIX, 28. Insanabiles, perinde ut desperati aegroti, prognosticis sunt relinquendi. Tit. III, 10. — Detsamma gäller om dem, qui intra ecclesiae pomoeria sunt, si in tentationibus de scripturae auctoritate dubitare incipiant.

9) Quen. Motiva illa tam interna quam externa, quibus in notitiam auctoritatis scripturae deducimur, faciunt scripturae s. θεοπνευστίαν probabilem, et pariunt certitudinem non conjecturalem tantum sed moralem, ita ut eam in dubium vocare dementis sit; non faciunt vero scripturae divinitatem infallibilem et omnino indubitatam nec mentem intrinsecus ἀμεταπτώτως καὶ ἀμετακινήτως convincunt, h. e. non gignunt fidem divinam sed tantum humanam, non certitudinem immotam sed credibilitatem saltem vel opinionem admodum probabilem. —

10) **Grh.** I. Interna κριτήρια ipsi scripturae insita, quorum quædam petuntur ex causis, quaedam ex effectis, quaedam ex subjecto, quaedam ex adjunctis; talia κριτήρια sunt antiquitas, rerum majestas, sermonis singularitas, perpetua conformitas, prophetiae de rebus futuris dignitas, complementi veritas, miraculorum, quibus doctrina illa confirmata est divinitas, diabolici adversus eam furoris immanitas, ipsius scripturae in persuadendo et permovendo efficacitas. — II. Testimonia externa (quae possunt ex omnium hominum genere proferri) inter quae eminet ecclesiae testificatio, ad quam accedit martyrum obsignatio, illi enim doctrinam in scripturis traditam sanguine suo confirmarunt. Item, poenae blasphemorum et persecutorum, qui doctrinam illam contumaciter oppugnarunt.

De sednare DD. uppställa deßa bewis nästan på lika sätt, som: **Holl.** *Κριτήρια* externa (quae extra scripturam aliunde assumuntur) sunt: a) scripturae antiquitas; b) amanuensium sacrorum singulare lumen, notitiae veritatisque studium; c) miraculorum, quibus doctrina coelestis scripturarum firmatur, claritas; d) ecclesiae per universum terrarum orbem diffusae, consentiens testimonium de divinitate s. scripturae; e) martyrum constantia; f) testimonia reliquorum populorum perhibita doctrinae in s. codice contentae; g) doctrinae christianae felix et subita per totam orbem propagatio, ejusque admiranda inter tot persecutiones conservatio; h) inflictae contemtoribus et persecutoribus verbi divini poenae gravissimae. Wid deßa anmärker *Holl.*: *Κριτ.* externa praemisimus ideo, quod animi hominum infidelium convertendorum iisdem praeparantur ad scripturam s., cum studio et desiderio discendi legendam atque meditandam . . . necesse est, ut primo omnium per adducta externa κριτήρια . . infideles moveantur, ut non improbabile esse censeant, s. scripturam a Deo ducere originem, atque adeo eam aestimare, legere et meditari incipiant.

Κριτήρια interna (ex intrinseca scripturae natura ac proprietatibus ejus desumta. *Br.*) sunt: a) Dei de se ipso in s. codice testantis majestas; b) stili biblici simplicitas et gravitas; c) mysteriorum divinorum, quae scriptura pandit sublimitas; d) omnium assertionum biblicarum veritas; e) praeceptorum s. literis comprehensorum sanctitas; f) s. scripturae ad salutem sufficientia. — Om deßa anmärker äfwen *Holl.*: κριτ. haec interna in suum fasciculum collecta et conjunctim sumta validius suppeditant argumentum, quam si sumantur seorsim et sigillatim. —

11) **Grh.** Quamvis spiritus s. testimonium sit praecipuum ac summum, tamen ab eo non faciendum in conversione talium hominum initium i. e. non jubeantur exspectare, donec spiritus s. in ipsorum cordibus immediate de scripturae auctoritate testetur sed deducendi sunt ad testimonium ecclesiae, quae hac in parte fungitur officio praeceptoris pagani discipuli. Quemadmodum igitur discentem primo oportet credere, donec ipsemet postea de praeceptis judicium ferre possit, ita oportet paganum ecclesiae testimonio assensum praebere, qui primus est ad autoritatem scripturae inquirendam gradus: addenda deinde sunt interna illa κριτήρια antiquitatis, vaticiniorum etc. etc. Etenim solum et unicum ecclesiae

testimonium non est sufficiens ad persuadendum pagano scripturarum divinam auctoritatem, cum adhuc ipse dubius sit, an ecclesia illa sit vera Dei ecclesia. Quemadmodum igitur praeceptoris est, non solum praecepta proponere, sed etiam eorum veritatem corroborare, ita non sufficit, si ecclesia affirmet, has esse divinas scripturas, nisi sui affirmati proferat rationes. Tum demum sequetur ut spiritus s. in corde ipsius ferat testimonium et suorum verborum veritatem obsignet.

Kyrkans witnesbörd är äfwen af olika wigt, allt efter som det härleder sig ifrån den äldre eller sednare kyrkan. **Grh.** Ecclesia **primitiva**, quae ipsos audivit apostolos, prima acceptione librorum, voce apostolorum et numero miraculorum ad canonis auctoritatem probandam excelluit: **proxima**, durantibus adhuc apostolorum autographis, primitivam antecelluit ampliori prophetiarum N. T. complemento et versionum utriusque testamenti in varias linguas frequentia et exarato variis libris fidelium de scriptura s. testimonio; **sequentem**, apostolorum et evangelistarum manu, primitivae ecclesiae auditione et miraculorum numero superavit. **Postrema**, autographis apostolorum sublatis, majori saltem prophetiarum complemento primitivam et mediam ecclesiam antecedit. —

Här tog man sig anledning att protestera emot den Catholska satsen: omnem scripturae autoritatem ab ecclesia dependere, och att undanröja en dylik tydning af det förut framställda. **Holl.** Auctoritas s. scripturae neque ratione divinae et eminentissimae dignitatis, qua pollet, ab ecclesia dependet, neque ratione cognitionis indiget testimonio ecclesiae, ut ratione praecipua et ultima cognoscendi divinam scripturae auctoritatem, neque ut argumento unico et absolute necessario. — **Grh.** anmärker: 1) Aliud est ecclesiam testari de scriptura et ejus auctoritate ministerialiter, aliud, eam conferre scripturae suam auctoritatem praetorie et judicialiter. Ecclesiae ministerio et testificatione deducimur ad agnoscendam scripturae auctoritatem sed ex eo inferri nequit, quod auctoritas scripturae sive in se sive quoad nos ab ecclesiae auctoritate unice pendeat, quia quando jam cognovimus, scripturam esse divinam et verbum Dei continere, non amplius credimus scripturae propter ecclesiam sed propter se ipsam, quia scil. est vox Dei, qui est *αὐταλήθεια* ac proinde *αὐτόπιστος*, cui per se, propter se et immediate credendum esse novimus. 2) Aliud est, ex ecclesiae testimonio innotescere nobis scripturae auctoritatem, aliud vero, ex solo ecclesiae testimonio omnem scripturae auctoritatem quoad nos unice dependere. Prius concedimus, posterius negamus, quia praeter ecclesiae testimonium aliae duae classes testimoniorum auctoritatem scripturae demonstrantium dantur, et in illa ipsa classe, quae ecclesiae testimonium continet, etiam alia externa testimonia ex omni scil. hominum genere proferri possunt; interim non negamus eccesiae testificationem in hac classe reliquis externis testimoniis praeferendam. 3) Aliud est loqui de testimonio ecclesiae primitivae, quae ab apostolis s. librorum autographa accepit et fidele testimonium de illis posteritati tradidit, aliud vero de auctoritate praesentis ecclesiae.

Quen. affer äfwen den Catholikernas inwändning: ecclesia est antiquior scriptura, ergo majorem habet auctoritatem, och swarar derpå så: Disting. inter verbum Dei in scripturis propositum et ipsum scribendi actum, sive inter scripturae substantiam, quae est verbum Dei et hujus accidens, quod est scriptio. Ecclesia prior est scriptura, si spectes scriptionis opus et actum, non vero prior est ipso verbo Dei, per quod ipsa ecclesia est collecta. Sane scriptura seu verbum Dei est ecclesiae fundamentum, Eph. II, 20. at fundamentum antiquius est aedificio. —

12) Holl. S. scriptura suam potissimum exserit auctoritatem canonicam, quando de veritate doctrinae exoritur controversia et veritas confirmanda, falsitas vero confutanda est: auctoritatem vero motivam fidei exserit scriptura, quotiescunque vel infideles ad fidem christianam convertendi sunt vel fidelium infirma fides confirmanda est. —

13) Grh. Scriptura s. est norma fidei vitaeque nostrae, proinde et judex controversiarum theologicarum. — Adde quod omnes proprietates normae proprie sic dictae conveniunt scripturae. Norma enim debet esse certa, immota, invariabilis, prima, omnibus adaequata, sibi semper similis. Atqui talia nec traditionibus nec rationis humanae placitis, nec patrum scriptis, nec pontifici aut conciliorum decretis, sed soli scripturae conveniunt. Form. conc. (Förerdet I.) docemus, unicam regulam et normam, secundum quam omnia dogmata, omnesque doctores aestimari et judicari oporteat, nullam omnino aliam esse, quam prophetica et apostolica scripta cum V. tum N. T. (Cf. äfwen anmärkningen af Quen: quando dicimus, s. scripturam esse unicam fidei ac vitae, secundum voluntatem Dei instituendae, normam, non loquimur de omni ecclesiae tempore, fuit enim tempus quoddam, quo ecclesia instituta et gubernata fuit sine verbo Dei scripto, tempus scil. ante Mosen; sed de illo tempore, quo primus canon scriptus fuit constitutus ac imprimis de tempore N. T., quo omnia ad fidem et cultum Dei necessaria scripta et salubri vigilantia collecta in canonem redacta sunt.).

Holl. Norma cognitionis duplici fungitur munere, directivo et correctivo. Dirigit enim cogitationem humanae mentis, ut intra metas veritatis se contineat et corrigit errores, si quidem rectum est norma sui et obliqui. Dicitur itaque scriptura s. canon, sive norma, partim ob directionem, quia secundum eam veritas fidei et honestas morum dirigitur; partim ob correctionem, quoniam controversiae fidei ad eam examinantur et quidquid rectum piumque est, retinetur, quidquid erroneum impiumque est, rejicitur.

Andre, såsom Cal. och Quen. uttrycka detta i en egen affection: potestas normativa et judiciaria. Cal. Norma est scriptura s. ad quam exigi possunt et debent omnes controversiae fidei et morum in ecclesia (Ps. XIX, 5. 2 Cor. V, 33. Gal. VI, 16. Phil. III, 16.) adeoque norma non partialis sed totalis et adaequata, quia extra scripturam s. nulla alia norma infallibilis dari potest in rebus fidei: quaecunque adducuntur praeter Dei verbum fallibilia sunt, ideoque unice ad scripturam s. normam (Deut. IV, 2. XII, 28. Jos. XXIII, 6. Es. VIII, 19. Luc. XVI, 19. 2 Ptr. 1, 19.) ad

quam etiam ceu regulam provocarunt unice Christus et apostoli. (Mtth. IV, 4. XXII, 29, 31. Mr. IX, 12. Joh. V, 43. Act. III, 20. XIII, 33. XVIII, 28. XXVI, 23).

14) Däban de båda porismata hos Quen.:

1) non itaque necessarius est in ecclesia summus, ordinarius et universalis judex, qui in visibili cathedra sedens, exortas inter Christianos de fide et religione lites et controversias peremtorie dirimat, sententiamque de illis viva voce et distincte pronunciet. Nec pro tali judice agnoscere possumus Romanum pontificem, aut patres, aut concilia.

2) nec rationi humanae judicium de mysteriis ac controversiis fidei committendum nec interno instinctui aut spiritui privato. —

15) Chmn. Trid. Habet ecclesia jus et libertatem dijudicandi. — Grh. Si ecclesia est firmamentum et columna veritatis, eamque jubemur audire (1 Tim. III, 15. Mtth. XVIII, 17.) utique aliquod judicium in controversiis fidei illi competit. —

Men den rätt, som dymedelst blifwer kyrkan tillerkänd, är dock att noga skilja ifrån den, som tillkommer den H. Skrift. Så uppställes wanligtwis denna skilnad: 1) Judex principalis est spiritus s.; j. instrumentalis s. scriptura, j. ministerialis (äfwen inferior) est ministerium ecclesiasticum. Men om den sednare (qui vocem supremi illius judicis in scripturis propositam debet repetere, et ex ea, quid sit agendum docere, eandem interpretari et secundum eam dirigere) gäller: judicem illum non debere pro suo arbitrio sententiam pronunciare, sed juxta normam a supremo judice praescriptam, videl. juxta scripturam s., quam propterea vocem judicis supremi et normam judicis inferioris et judicem directivum appellamus.

Quen. Judicium inferius (scil. doctoris ecclesiae s.) nihil aliud est, quam judicii divini decisivi et definitivi interpretatio, declaratio, annunciatio, et ad certas personas et res applicatio. Hwaraf följer widare: judicis inferioris judicio standum est, non absolute, sed si ex praescripto legis divinae sive scripturae pronuntiat, et in quantum ostendit, se secundum verbum Dei judicare, Deut. XVII, 10. unde et ab hoc judice inferiore provocari potest ad supremum, non vero vicissim a supremo ad illum. Est itaque subordinatus judex non absolutus sed ad judicis summi vocem in scriptura sonantem adstrictus et alligatus. — I följd häraf kallas den H. Skrift judex judicans s. judex ad quem, ecclesia judex judicandus s. judex a quo.

Kyrkan är således wäl judex visibilis, men blott j. discretivus, qui, adhibito judicio intellectus, verum a falso dignoscit; men icke är hon judex specialiter et stricte dictus, nempe auctoritativus et decisivus, qui pro auctoritate ferat sententiam et vi auctoritatis, qua polleat, litigantes obliget ut in lata a se sententia citra ulteriorem inquisitionem acquiescant — (Holl.).

16) Grh. Quod est spiritualis hominis proprium, illud omnibus ecclesiae filiis et membris competit. Ratio est, quia per spirituales homines

homines non intelliguntur tantum clerici, ut habet Pontificiorum nomenclatura, sed omnes ecclesiae filii, qui spiritu Dei reguntur Rom. VIII, 10. Jam vero spiritualis hominis proprium est omnia judicare. 1 Cor. II, 15.

Quen. Unumquemque fidelem pro mensura doni Dei, non quidem de quibuslibet controversiis, attamen de fidei dogmatibus ad salutem necessariis judicare, et quid distent aera lupinis, discretionis judicio dignoscere posse et debere asserimus. Non ut spiritum suum quisque sequatur, ut Pontificii ecclesias nostras criminantur, sed ut spiritus s. in scripturis proposito judicio attendat et ad ejus tenorem omnia examinet, publicam vero decisionem controversiarum doctoribus peragendam relinquat. 1 Cor. X, 15. XI, 31. 1 Thess. V, 19. —

Derföre skiljer man mellan: judex ministerialis publicus et privatus. Publicus judex est ministerium ecclesiasticum; privatus est membrum aliquod ecclesiae, persona scil. privata.

17) Grh. Distinguendum est inter potentiam et actum. Scriptura potentia quidem suaque natura propter perfectionem et perspicuitatem ad controversias dirimendas est sufficiens et idonea, sed vitio humanae improbitatis contingit, ut effectus actu non semper nec apud omnes sequatur, quemadmodum evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti Rom. I. 16. licet non omnes per praedicationem evangelii actu convertantur et salventur. Br. Possent sane controversiae, quae ipsa fidei et morum dogmata, definitu scituque necessaria, attinent, omnes hac ratione dijudicari et finiri: modo exorta controvertendi occasione, mentes pias, veritatis amantes atque eruditas afferrent, qui disputaturi sunt. Sic enim, sepositis praejudiciis studioque partium et pravis affectibus, argumentis vero utriusque partis ad scripturae normam expensis, facile appareret, quaenam vera, quae falsa sententia sit: propter ipsam scripturae, de his ex instituto agentis, perspicuitatem. Quod autem caeteras quaestiones attinet, quae salva fide in utramque partem disputari possunt, harum dijudicatio et finis non aeque postulari aut exspectari debet. —

Hit hörer äfwen den anmärkningen: (Holl.) Spiritus s. in scripturis loquens non quidem vi externa cogit, tamen efficaciter movet persuasione interna atque hoc sufficit ad illuminationem, conversionem et informationem eorum, qui non resistunt pertinaciter spiritui s.

18) Holl. Auctoritas caussativa fidei ab auctoritate s. scripturae canonica differt: a) quod scriptura fidem divinam generat per sensum θεόπνευστον, qui sensus scripturae unus et idem est, ac manet sive idiomate scripturae primigenio, sive versione aliqua, textui originali conformi, exprimatur. Ideo vis illuminatrix, scripturae sensui conjuncta, ad generandam fidem non tantum per scripturam primigeniam sed et per versionem scripturae se efficaciter exserit, modo versio perspicua sit et textui authentico conformis: qualis est versio biblica Lutheri, qua utuntur homines fideles in nostris ecclesiis; quae lecta vel auditu percepta, tam efficax est ad caussandum assensum fidei, quam si textum hebraeum

veteris et graecum N. T. legissent, vel voce docentis propositum et explicatum audivissent, quamvis verba illius versionis a Deo immediate non sint inspirata. At vero ut scriptura valeat auctoritate canonica, non tantum sensum sed et verba a Deo immediate profecta esse oportet. Ad canonem enim sive normam doctrinae et morum requiritur etiam ex parte verborum certitudo et infallibilitas absoluta, quae non datur nisi in primigenio scripturae s. textu, quippe qui a Deo inspirante immediate descendit. Versiones concinnatae sunt studio hominum, qui in transferenda scriptura aliquid humani pati et errare potuerunt.

§. 9. 2) Perfectio seu sufficientia.

Då den H. Skrift är Guds ord, följer det af sig sjelft, att allt, hwad i henne innehålles, måste wara fullkomligt sant. Men deraf, att hon är det enda Guds ord till oß, följer widare, att, om wi skulle få känna wägen, som leder till lifwet, denna äfwen måste wara i den H. Skrift fullkomligen utwisad [1]), och det är detta, som skall uttryckas med perfectio, s. sufficientia. Quod scriptura de omnibus, quae ad salutem consequendam sunt necessaria, plene et perfecte nos instruat [2]). Grh. Och äfwen så fullständigt måste allt, som wi hafwa af nöden att weta till wår salighet, innehållas i den H. Skrift, ware sig antingen med uttryckliga ord uttaladt, eller ock måste det kunna utur sådana härledas, att wi aldrig hafwa orsak att anstäldes ifrån supplera detsamma [3]). Derföre äro alla läror att förkasta, hwilka man will härleda ifrån mundtlig tradition. (Grh. Praetermissis traditionibus uni scripturae esse adhaerescendum [4]).

1) Holl. gör skilnad mellan perfectionem scripturae: a) ratione materiae, quoniam nullus liber θεόπνευστος, relatus in perpetuum fidei canonem, intercidit. b) ratione formae, eo quod nullus error in textum autenticum negligentia aut perfidia amanuensium irrepsit. c) ratione finis, quoniam omnia fidei dogmata, morumque praecepta, homini aeternam salutem adepturo sufficienter tradit. Om denna sednare, perfectio finalis är här frågan: Br. Perfectionem scripturae in ordine ad finem ejus spectandam esse, modo diximus et constans est nostratium sententia. Dicuntur autem perfecta ad finem, quibus nihil deest eorum, quae ad consequendum finem sunt necessaria. Finis autem scripturae ultimus est salus nostra aeterna: intermedius, fides in Christum. — Perfectionen i den andra meningen är redan afhandlad i läran om inspirationen. Wid densamma i första meningen anmärker Br. Non tam respectus habetur ad numerum librorum, quotquot unquam ab hominibus sanctis scripti fuerunt, ex quibus aliqui, quoad nomina auctorum aut titulorum in superstitibus libris scripturae citati, ipsi vero libri periisse pu-

tantur; sed spectatur perfectio scripturae superstitis in ordine ad finem. Quamquam etiam de libris illis, quos nonnulli deperditos dicunt, observandum est, aliquos revera non periisse; verum adhuc, sub aliis quidem titulis extare . . . Quod si vero aliqui a viris sanctis scripti libri revera perierint, eos tamen 1) non ex divina inspiratione sed studio humano consignatos; 2) historicos etiam potius, quam doctrinales fuisse: imo, si vel hoc, 3) concederetur, periisse libros ϑεοπνεύστους; dogmata ipsa tamen in aliis libris superstitibus non minus recte et plene tradita comparere, certe 4) nullum librum, qui semel ex intentione spiritus s. in partem canonis aut normae venerat, cum detrimento scripturae canonicae sive, ut ea desineret esse adaequatum principium et norma doctrinae fidei et morum, interiise, statuendum est.

Gerhard gör slutligen den anmärkningen, att den H. Skrift icke först nu är att betrakta såsom fullkomlig, sedan G. och N. T. uppenbarelse är afslutad. Perfectionem scripturae aestimandam esse non ex numero librorum sed ex sufficientia dogmatum ad salutem scitu necessariorum. Id quod scriptura fuit, quovis ecclesiae tempore perfectum canonem exhibuit, cum divina revelatio in illis libris respectu illius temporis perfecte fuerit exposita. Sic cum soli libri Mosaici extarent, perfecta erat scriptura, respectu scil. habito ad illud ecclesiae tempus, quo nondum extabant plures revelationes, quas Deus in literas redigi voluerit . . .

2) Quen. S. Scriptura perfecte, plene et sufficienter continet omnia, quae ad fidem et vitam christianam atque adeo ad vitae aeternae consecutionem scitu sunt necessaria.

Bewisen härleder Grh.: 1) ex diserta appellatione et nomenclatura. Ps. XIX, 8. 2) a causa efficiente principali, quae est Deus sapientissimus et perfectissimus. 3) a materia . . . . — scriptura s. ϑεόπνευστος, propheticis et apostolicis libris comprehensa, omne consilium Dei de salute nostra proponit et omnes christianismi partes ita explicat ut nec addi nec detrahi quicquid debeat. Probatur ex Act. XX, 27. XXVI, 22. 2 Tim. III, 14, 17. Deut. IV, 2. XII, 32. Gal. I, 8. Ap. XXII. 18. 4) a fine et effectu.

3) Calov. Nos scripturam s. sufficienter et adaequate continere omnia, quae ad fidem et vitam christianam necessaria sunt, asserimus, ita tamen, ut ea etiam in scripturis aperte haberi, ac quantum satis est, censeamus, quae αὐτολεξεὶ et quoad verba κατα τὴν διάνοιαν et secundum sententiam in ea comprehensa sint, ac luculenta consequentia ex iis, quae expresse scripta sunt, deducuntur, ut opus non sit traditione quadam non scripta, ad scripturam supplendam, vel ad ea, quae virtute continentur in scriptura, ex eadem colligenda et deducenda: quia sine illa traditione sufficienter omnia haberi possint e sola scriptura sacra. —

Grh. Nos nequaquam eo sensu scripturam vocare perfectam, quod omnia, quae ad fidem et mores scitu necessaria, αὐτολεξεὶ sive κατὰ ῥητὸν secundum literam et totidem verbis in scripturis extent, sed quaedam secundum rem, quaedam secundum literam, vel quod idem est, quaedam explicite, quaedam voro implicite in

illis contineri dicimus, ut per legitimam et immotam consequentiam ex illis deduci possint. Quen. anmärker likwäl, för att undgå allt mißförstånd: Non dicimus cum Pontificiis, scripturam esse perfectam implicite vel continere omnia ad fidem necessaria, veluti in radice, semine, in principio universali vel tanquam in indice, ita ut ipsa quidem non contineat omnia, ostendat tamen unde vel ubi ea petenda sint, remissione facta ad ecclesiam ejusque traditiones, ex quibus defectus illorum dogmatum, quae desiderantur, suppleri possint. — —

4) Dermed är den catholska läran om traditionen förkastad, hwilken Chem. exam. Trid. beskrifwer så: Fingunt, multa quae ad fidem moresque necessaria sunt, ab apostolis tradita esse, quae scriptura non comprehenduntur. Et mox attexunt aliud αἴτημα: ea quae in ecclesia Rom. traduntur et observantur, quae nullo scripturae testimonio probari possunt, esse illa ipsa, quae ab apostolis viva voce sunt tradita et scriptis non comprehensa.

Dädan Holl. Traditio est doctrina a Christo et apostolis oretenus tradita, quae nec quoad rem nec quoad ipsa verba in scripturis continetur, continua autem successione in ecclesia conservata est. Deremot den satsen: ex scripturae perfectione colligimus, eam in fidei articulis ad salutem scitu necessariis traditionum supplemento minime indigere. (Grh.)

Då ordet traditio förekommer i den H. Skrift uti så olika betydelser, taga sig DD. deraf anledning, att noga uppgifwa den mening, hwari de förkasta traditionen, och att ifrån denna förkastade betydelse skilja de andra, hwilka de på wißt sätt gilla. I Ex. c. Trid. uppräknar Chemniz 8 serskilda betydelser:

1) Primum genus traditionum illud constituimus, quod ea, quae Christus et apostoli viva voce tradiderunt, quae postea ab evangelistis et apostolis literis consignata sunt, saepe vocantur traditiones.

2) . . . quod libri scripturae s. non interrupta serie temporum et certa connexionis successione ab ecclesia custoditi, et fideliter ad posteros transmissi, nobisque quasi per manus traditi sunt.

3) Irenaeus et Tertullianus celebrant traditionem apostolicam . . . non aliquod aliud dogma fidei ex traditione proferunt et probant praeter illa, quae in scriptura continentur, sed eadem et illa ipsa dogmata, quae in scriptura comprehenduntur, ostendunt et probant etiam ex traditione.

4) de expositione, vero sensu seu nativa sententia scripturae.

5) . . quod Patres aliquando ita vocant illa dogmata, quae non totidem literis et syllabis in scriptura ponuntur sed bona, certa, firma, et manifesta ratiocinatione ex perspicuis scripturae testimoniis colliguntur.

6) quod de catholico patrum consensu dicitur. Usitata enim est illa forma loquendi: Patres ita tradiderunt.

7) quod ubi veteres mentionem faciunt traditionum non scriptarum, proprie non intelligunt dogmata fidei sine scriptura, extra

et praeter scripturam recipienda, etiamsi nullo scripturae testimonio probari possunt, sed de ritibus et de consuetudinibus quibusdam vetustis loquuntur, quos propter antiquitatem ab apostolis retulerunt.

8) traditiones tam ad fidem, quam ad mores pertinentes, quae nullo scripturae testimonio probari possunt, quas tamen pari reverentia et pietatis affectu synodus Trident. suscipiendas et venerandas imperat sicut ipsam scripturam.

Derefter indelar Holl. traditionerna i ecclesiae rituales, historicas, exegeticas, testificatorias et dogmaticas. Blott om de sednare är här fråga: Holl. Neque enim improbamus omnes ecclesiae traditiones rituales, modo observetur regula theologica observata a Chemnitio in ex. conc. Trid. "Caerimoniae in ecclesia sint genere indifferentes, numero paucae, sint piae et utiles ad aedificationem, ordinem et decorum; habeant extra casum scandali liberas observationes", ut pro ratione aedificationis, temporis, loci et personarum institui, mutari et abrogari possint. Admittimus traditionem historicam de canone scripturae, ut argumentum non infallibile sed probabile. Traditiones exegeticas grata mente recipimus, si nempe interpretatio patrum a scripturae phrasi, verborum proprietate, contextu et analogia fidei non discrepet. Traditionem testificatoriam magni facimus, et fatemur cum Chemnitio, nos ab illis dissentire, qui fingunt opiniones, quae nulla habent testimonia ullius temporis in ecclesiae. Sentimus etiam, nullum dogma in ecclesia novum et cum tota antiquitate pugnans recipiendum. Endast om traditionibus ecclesiasticis seu ceremonialibus handla de Symb. Böckerna. Conf. Aug. XV. Apol. VIII. och Form. Conc. X. afhandla frågorna: 1) huruwida desamma äro tillåtliga; hwilken de bejaka, och 2) om uti kyrkan, lika litet något får läras, som tros, hwilket icke har ett Skriftens uttryckliga ord för sig; hwilken fråga de med affeende på den kristliga friheten med nej beswara.

§. 10. 3) Perspicuitas.

Då den H. Skrift innehåller allt, som till saligheten är nödwändigt att weta och då den allena innehåller det, så måste den ock nödwändigt innehålla allt detta så klart och tydligt, att det är fattligt för hwars och ens kunskapsförmåga. Derföre tillkommer den H. Skrift predikatet **Perspicuitas.** Quod in his, quae scitu sunt necessaria ad salutem, per se satis evidens sit ac luculenter scriptura ex intentione Dei autoris, et vi propria verborum, ut externa et adscititia luce non indigeat. Cal. [1]). Men under det en sådan perspicuitas tillegnas den H. Skrift, är dock icke meningen den, att alltsammans, som den H. Skrift innehåller, skulle wara klart och tydligt för hwar och en; utan blott den, att allt det, som nödigt är att weta till saligheten, är i henne tydligt och klart inne=

hållet [2]), och att, om detta ock icke på alla ställen är lika klart uttaladt, det dock genom jemförandet med andra hithörande ställen kan blifwa kändt [3]). — Äfwen förutsättas wißa wilkor, såsom oundgängliga, för att man skall kunna rätt förstå Skriften. Såsom sådana fordras nödig mognad i förståndet, nödiga språkkunskaper, en fördomsfri sinnesstämning wid utforskandet af den Heliga Skrifts innehåll och wiljans böjelse att uppfatta innehållet af den H. Skrift rent och oförfalskadt [4]). När deßa icke förefinnas, kan wißerligen en djupare uppfattning af den H. Skrift icke ernås. Men då ligger äfwen icke skulden i den H. Skrift [5]). Ty om deßa äro för handen, då kan äfwen en tydlig och klar insigt i de uti Skriften innehållne salighetssanningarne winnas. Men äfwen denna är då wißerligen en blott yttre och naturlig, till deß genom den H. Andes upplysning en närmare insigt [6]) blifwer åstadkommen, jemte förmågan att äfwen i hjertat tillegna sig de i den H. Skrift innehållne trossanningarne [7]). Ändtligen är äfwen den H. Skrifts perspicuitas icke så att förstå, som skulle den christliga trons hemligheter genom henne warda upplåtne; twertom förblifwa de, hwad de äro, hemligheter. Perspicuiteten består blott deri, att den H. Skrift låter oß känna mysterierna helt och hållet så, som Gud will, att de skola kände warda [8]).

Af det hittills sagda följer slutligen äfwen af sig sjelft, att i alla de fall, då ett ställes utläggning är twifwelaktig, afgörandet aldrig kan winnas ifrån något annat håll, än ur sjelfwa den H. Skrift. Härmed warder således facultas se ipsam interpretandi den H. Skrift tillerkänd [9]). Men wid utläggningen gäller det såsom den högsta grundsats, att den H. Skrifts dunklare ställen böra förklaras efter andra hennes tydligare utsagor [10]). Då nu alla de läror, som äro af nöden att känna till saligheten, tydligen äro i den H. Skrift uttalade, så att wi ur den kunna winna hela innehållet af den christliga salighetskunskapen; och då man widare med full rätt kan utgå ifrån den förutsättningen, att den H. Skrift icke kan innehålla några motsägelser; så böra wi granneligen tillse, att wi icke ur deßa dunklare ställen härleda en sådan mening, som skulle wara emot innehållet af de tydligen kände sanningarne. Wi måste således utlägga dem secundum analogiam fidei, (Analogia fidei est conformitas doctrinae fidei, scripturis sacris luculenter expositae. Cal. [11]). Men för all utläggning så wäl

af den H. Skrifts dunkla, som tydliga ställen gäller den allmänna regeln, att hwarje ställe har blott en ursprunglig och egentlig mening, som omedelbart härflyter ur orden (sensum literalem), hwilken genom de ofwan angifna hjelpmedeln städse kan påträffas [12].

1) Den fullständigaste beskrifning af Perspicuitas finnes hos Br. . . perspicuitas, seu quod ea, quae creditu et factu homini ad salutem tendenti sunt necessaria, verbis et phrasibus ita claris et usu loquendi receptis, in scriptura proponuntur, ut quilibet homo, linguae gnarus, et vel mediocri judicio pollens, verbisque attendens, verum verborum sensum, quoad ea, quae sibi sunt scitu necessaria, assequi et capita ipsa doctrinae, simplici mentis apprehensione amplecti possit: prout ad assensum fidei, verbo apprehenso et rebus significatis praebendum, intellectus hominis per scripturam ipsam, ejusque lumen supernaturale, seu virtutem divinam illi conjunctam, perducitur. —

Bewis efter Quen. 1) ex Deut. XXX, 11 et 12. Rom. X, 8. — 2 Petr. I, 19. — Ps. XIX, 9. CXIX, 105. Prov. VI, 23. 2) ex scripturae conditione. a) quia scriptura Deum habet autorem, qui perspicue loqui potuit, obscure noluit. Perspicue loqui potuit, est enim linguae et vocis artifex. Voluisse autem obscure loqui citra blasphemiam dici nequit. b) affert sapientiam parvulis seu imperitis. Ps. XIX, 9. 2 Tim. III, 15. c) revelat mysteria abscondita. Rom. XVI, 25. 1 Cor. II, 9, 10. Col. 1, 26, 27. d) eo fine est a Deo proposita, ut voluntas Dei inde cognoscatur, et homines informentur ad vitam aeternam. Joh. XX, 31. Rom. XV, 4. e) quia omnibus legenda est praecepta. Deut. XVII, 19. Joh. V, 39.

2) Grh. . . Observandum est, quando scripturam dicimus esse perspicuam, non hoc nos velle, quasi omnia omnino, quae uspiam in s. literis proponuntur, ita comparata sint, ut primo intuitu a quovis plene et plane intelligantur. Quin potius fatemur, quaedam in scripturis obscurius dicta et intellectu esse difficiliora. . . Hoc vero est quod dicimus, et modis omnibus approbare contendimus, tantam esse scripturae perspicuitatem, ut ex ea certa aliqua et constans sententia de dogmatibus, quorum cognitio ad salutem cuivis necessaria est, haberi possit. — Deraf följer den satsen: quae in scripturis nuspiam diserte et perspicue exposita habentur, eorum cognitionem non esse ad salutem absolute necessariam.

Quen. Non dicimus, universam scripturam et quasvis ejus particulas esse claras et perspicuas. Concedimus namque quaedam obscuriora et δυσνόητα sive intellectu difficilia 1 Ptr. III, 16. non solum quoad rerum sublimitatem sed etiam quoad spiritus s. dictionem in s. l. reperiri, quae doctoribus exercendis toto vitae cursu materiam praebent, et quorum exacta cognitio in coelesti academia demum expectanda est; sed quod fidei dogmata et vivendi praecepta, ita ubique obscure proponantur, ut nullibi clare et perspicue extent, id est, quod negamus. Articuli enim fidei et praecepta morum in propriis suis sedibus non obscuris aut ambiguis sed per-

spicuis, propriis et ab omni ambiguitate alienis verbis in scriptura proponuntur, ut quilibet sedulus scripturae lector, qui devote et pie scripturam legit, ea possit intelligere — Br. saltem in iis locis, ubi ex professo, quod ajunt, de certo dogmate fidei aut morum agitur, seu ubi sedes ejus continetur: ita ut nullus sit fidei articulus, nullum vitae praeceptum, quod non alicubi verbis propriis, claris, et perspicuis in scriptura proponatur. —

Quen. skiljer: inter onomastica, chronologica, typographica, allegorica, typica, prophetica seu vaticinia nondum impleta, et inter historica, dogmatica et moralia. Si vel maxime in illis, quoad stilum et λέξιν, aliqua difficultas sive obscuritas occurrat, illa tamen nihil derogat perspicuitati scripturae in his. Habet scriptura elementaria (quae summa et necessaria religionis nostrae capita continent). Habet sublimia . . habet mystica, — habet onomastica . . Elementaria voluit Deus clarissime in s. l. proponi, quia omnibus ad salutem scitu necessaria sunt, quae per illa confirmantur. Reliqua habent aliquam difficultatem. —

3) Grh. Observandum est: alia aliis in scriptura esse clariora, et quae in uno loco dicuntur obscurius, alibi explicari manifestius.

Quen. Aliud est, in propositione mysteriorum fidei et eorum, quae ad salutem creditu necessaria sunt, haerere aliquando aliquam difficultatem et obscuritatem, et aliud, illam obscuritatem nullibi in ipsa scriptura illustrari, collatione instituta cum locis parallelis, et observata ἀναλογίᾳ τῆς πίστεως in scripturis tradita. Sane quod in uno loco obscure, id alibi planissime proponitur, et quod alicubi latet sub tropis, et figuris, id alibi patet in verbis apertis et propriis; atque ita plerisque difficilibus scripturae locis lux affertur ab aliis apertioribus. —

4) Grh. Observandum est, non excludi a nobis per affectionem perspicuitatis pium studium in lectione et meditatione scripturae adhibendum, nec adminicula ad scripturae interpretationem necessaria. Quen. Disting. inter homines, quibus ab aetate linguaque, in qua legunt scripturam, imperitiâ et ignorantiâ objicitur impedimentum vel qui praeconcepta opinione erronea occupati sunt; et homines, in quibus tale quid non reperitur. Praesupponimus enim linguae illius sufficientem cognitionem, aetatis maturitatem, animum a praejudiciis et erroneis opinionibus non occupatum, itemque legitimam ac bonam textus ex authentico versionem.

Br. Nempe qui non ad verba ipsa attendit, sed praejudiciis suis indulget, et verba scripturae ad ea detorquet, etiam in locis perspicuis ac sensu genuino investigando errare potest. Derföre säger Holl.: perspicuitas scripturae non est absoluta sed ordinata, si quidem ad eam intelligendam ordo divinitus institutus accurate observandus est. Requiritur enim 1) invocatio Dei patris luminum. 2) notitia idiomatis, quo s. scriptura legitur sive in fonte sive in versione. 3) attenta consideratio phrasium, scopi, antecedentium et consequentium. 4) depulsio praeconceptarum opinionum et pravorum affectuum, ambitionis, odii, invidiae, audaciae etc. etc. —

5) Derföre skiljer Quen. inter obscuritatem, quae est in objecto cognoscendo et obscuritatem, quae inest subjecto cognoscenti.

Scriptura, praesertim in necessariis ad salutem, non est obscura in se et per se sive ex defectu nativae claritatis et evidentiae sed dilucida et perspicua. Fit vero obscura per accidens ob incapacitatem et coecitatem humani intellectus et malitiam haereticorum et heterodoxorum, qui naturali coecitati voluntariam superaddunt et ad clarissimum scripturae jubar oculos mentis malitiose concludunt. 1 Cor. IV, 3. Såsom ett exempel derpå anföres Nattwardsstriden: Verba testamenti sunt in se maxime perspicua, interpretationum autem diversitas inde oritur, quod multi, neglecto sensu literali et proprio, peregrinum studiose quaerunt et non tam Christi magisterium, quam coecae rationis consilium et dictamen sequuntur. Elenchus ergo causae committitur, quando discrepantia expositionum scripturae obscuritati tribuitur, cum causa ejus sit vel perversitas, vel imbecillitas hominum. Obscuritas, quae inest in subjecto, non est transferenda in objectum. . . Si nihil perspicue dictum est, nisi quod a nemine perverse accipi et pravo sensu exponi potest, nihil in universum perspicue et plane dici poterit. —

6) Grh. Duplex est scripturae claritas ut ait Lutherus: "una externa in verbi ministerio posita, altera in cordis cognitione sita. Si de interna claritate dixeris, nullus homo unum jota ex naturalibus ingenii sui viribus in scripturis videt, nisi qui spiritum Dei habet, omnes obscurum habent cor. Spiritus s. requiritur ad totam scripturam et ad quamlibet ejus partem intelligendam. Si de externa claritate dixeris, nihil relictum est obscurum et ambiguum sed omnia per verbum in lucem producta sunt clarissima."

Grh. Possunt quidem nondum a spiritu s. collustrati cognita habere scripturarum dogmata, fidemque historicam tenere per externum verbi ministerium, at πληροφορίαν certam solidam ac salutarem notitiam habere non possunt sine spiritu s. interius mentem illuminante. — Derföre skiljes mellan sensus grammaticus (literalis) et externus och sensus spiritualis, divinus et internus. Perspicuitas i deß första betydelse består: (Br.) in ipsorum verborum delectu et congruentia cum rebus significatis eorumque inter se connexione et ordine, juxta communem usum loquendi. — Non solum enim renati et fideles sed etiam irregeniti et impii, vi ipsius claritatis verborum ex instituto significantium, quae ad omnes lectores aequaliter se habent, assequi possunt notitiam sensus per verba significati, literalem quidem seu historicam, non autem salutarem aut fidei. — It. (ur det Jenensiska och Wittenbergska utlåtandet till wederläggandet af den Rathmannska motskriften 1629) . . . "Will motskriften dermed mena, att ingen oomwänd kan winna den rätta meningen, hwilken orden i den H. Skrift hafwa och gifwa ifrån sig, i. e. sensum grammaticum et literalem, äfwen om den H. Ande skulle biträda med sitt nådaljus; så gå wi icke in derpå, utan förblifwa faste i wår mening. Ty vocabula och lexica, dictionaria, såsom ock libri grammatici i latinska, hebreiska och andra språk, hwilka äro förfärdigade för att utlägga sjelfwa orden och utrusta med erforderlig insigt i deras rätta bruk äro humani ingenii inventa, höra under dona naturae, men icke under dona spiritus s. gratiosa. Ty Han är icke dertill sänd och utgjuten, att han skulle afhandla praecepta grammatices och lära att hos Hebreerne söka radices; utan att han skulle ur Skriften fram-

ställa för oß trosartiklarne och instruera oß uti den saliggörande sanningen. Mången har derföre det rätta förståndet af orden; men icke den saliga insigten i hemligheterna, hwilken tillfaller tron." —

7) Grh. Non sufficit ad salutem notitia literalis articulorum fidei, sed accedere oportet notitiam spiritus, ad quam requiritur interior spiritus s. illuminatio per pias preces obtinenda.

Br. . . quia ad id, ut homo viam salutis recte cognoscat, duo requiruntur; unum, ut quae sibi ad salutem tendenti sunt cognitu necessaria, simplici apprehensione mentis percipiat; alterum, ut illa apprehensa, tanquam vera ac divinitus revelata amplectatur, et fidei assensum commodet: ita scripturam, quae in hoc negotio instar luminis ac lucernae lucentis se habere debet, duo haec praestare oportet: unum, ut quae cognoscenda sunt, intellectui, verbis ex instituto significantibus ac perspicuis, repraesentet, ut simplici mentis apprehensione percipi possit; alterum, ut quando res significata sublimior est, et intellectus ipse debilior aut plaue corruptus, ita ut non possit suis viribus recte judicare de eo, quod verbis illis significatur, neque assensum, quem debet, ipse praebere aut elicere; scriptura ipsa virtute sua, tanquam illuminatrice intellectum eo perducat et facultatem cognoscendi atque assentiendi largiatur. Endast på det sednare syftar det, som Holl. säger: Homo irregenitus, gratiae spiritus s. illuminanti impedimentum objiciens, verum sacrarum literarum sensum non capit. At hominem irregenitum docilem, attente legentem scripturam s., vel hanc voce docentis propositam audientem, spiritus s. per ipsam scripturam illuminat, ut genuinum verbi divini sensum percipiat, perceptumque ad salutares effectus recte applicet. Ty fastän äfwen Holl. fordrar såsom nödwändig för homini irregenito docili gratiam spiritus s. praevenientem et praeparantem ut pertingere possit ad notitiam s. scripturae externam et literalem; så menar han dock dermed ingenting annat, än att det behöfwes en sådan nåd, om det hos menniskan skall komma till ett inre tillegnande af salighetskunskapen; ty han säger på ett annat ställe: verba prophetarum et apostolorum considerantur vel extra contextum vel in contextu propositionis biblicae. Priori modo analogiam habent cum verbis humanis et ab irregenito citra supernaturalem spiritus s. gratiam intelligi possunt: at si spectantur in contextu, quatenus accomodantur mysteriis fidei et eorum quasi δοχεῖα, receptacula aut vehicula, et verba vere divina sunt, citra praevenientem et praeparantem spiritus s. gratiam, solidus de ipsis conceptus, conformis menti spiritus s. formari nequit. —

8) Holl. Clara dicitur scriptura s. non ratione rerum sed verborum; quia res inevidentes etiam claris et perspicuis verbis proponi possunt.

Quen. Disting. inter evidentiam rerum, quae in scripturis revelantur, et claritatem verborum, quibus res revelatae significantur; non de illa sed de hac nobis sermo est: agnoscimus enim, tradi in scripturis multa mysteria . . . abstrusa et humano intellectui, in hac praesertim vita, impervestigabilia; sed negamus, illa obscuro sermone et verbis ambiguis in scriptura proponi. Annorlunda uttrycker sig Luther derom: Res Dei sunt obscurae, res scri-

pturae sunt perspicuae . . . Dogmata in se sunt obscura, sed quatenus in scriptura proponuntur, sunt manifesta, si velimus illa cognitione esse contenti, quam Deus ecclesiae in scripturis proponit. —

9) Quen. Non aliunde, quam ex ipsa s. scriptura certa et infallibilis scripturae interpretatio haberi potest. Scriptura enim, vel potius spiritus s. in scriptura vel per scripturam loquens, est sui ipsius legitimus et ἀνυπεύτυνος interpres.

Och widare: Quen. Non itaque antiquiorum ecclesiae doctorum consentientes sententias aut conciliorum definitiones pro certa ac indubitata regula et mensura interpretandae scripturae, nec Rom. Pontificem pro summo infallibili s. literarum interprete agnoscere possumus. —

10) Quen. Obscuriores sententiae, quae explicatione indigent, per alias scripturae sententias clariores explicari possunt et debent, atque ita locorum obscuriorum interpretationem scriptura ipsa largitur, facta eorundem cum clarioribus collatione, ut ita scriptura per scripturam explicetur.

11) Grh. Ex perspicuis illis scripturae locis colligitur regula fidei, quae est summa quaedam coelestis ex apertissimis scripturae locis collecta. — Quaecunque ergo necessaria, manifesta sunt in sacris literis, ait Chrysostomus. Si quae in illis sunt obscuriora, illorum agnitio non est perinde ad salutem omnibus necessaria, ac proinde, etiamsi propriam et genuinam eorum interpretationem non semper assequamur, sufficit tamen in illis interpretandis nihil proferre, quod fidei regulae adversetur.

Omnis scripturae interpretatio debet esse fidei analoga. Proponitur hic canon Rom. XII, 6, cujus sensus est, quod scripturae interpretatio ea ratione institui ac conformari debeat, ut consentiat perpetuae sententiae, quae de unoquoque doctrinae coelestis capite in scriptura proponitur. Cum enim tota scriptura sit ab immediato spiritus s. afflatu profecta ac θεόπνευστος, ideo etiam omnia in ea sunt συναληθῆ ac sibi optime constant, ut nihil in ea occurrat contrarium aut repugnans aut secum dissidens. Articuli fidei, quos per πίστιν hoc loco apostolus intelligit, quorum cognitio omnibus ad salutem necessaria est, verbis claris et perspicuis in scriptura traduntur, quorum summa in symbolo apostolico, quod patres regulum fidei saepius vocant, breviter repetitur. Contra hanc fidei regulam nihil quidquam in scripturae interpretatione proferendum ac proinde, si vel maxime non possimus proprium cujusque loci sensum, a spiritu s. intentum, semper assequi, sedulo tamen cavere debemus, nec quidquam contra fidei analogiam proferamus.

Gerhard uppställer så alla de reglor, hwilka wid Skriftens utläggning kunna komma ifråga att anwändas: 1) in cognoscendis et interpretandis scripturis mens nostra est coeca absque spiritus s. lumine; 2) praeter hanc nativam omnium nostrorum coecitatem quidam propria malitia et praefracta petulantia excoecantur, quorum oculos spiritus s. vel aperuit vel aperire voluit: ipsi autem eidem contumaciter resistunt: sed neutra coecitas efficit aut evincit, scri-

pturas esse obscuras; 3) quia mens nostra coeca, ideo per preces implorandum spiritus s. lumen; 4) illam vero mentis illuminationem spiritus s. non confert immediate sed per verbi auditi et meditati lucem; 5) si quidem dogmata cuivis ad salutem scitu necessaria verbis propriis, claris et perspicuis in scriptura proponuntur; 6) ex illis lucem sortiuntur reliqua scripturae loca; 7) etenim ex perspicuis scripturae locis colligitur regula fidei, ad quam reliquorum expositio conformanda; 8) ac si vel maxime proprium et genuinum omnium locorum sensum non assequamur, tamen sufficit nihil contra fidei *ἀναλογίαν* in illis interpretandis proferre; 9) utile tamen est, etiam obscuriora illa scripturae loca recte et dextre interpretari, id quod fiet, si convenientia amoliendis obscuritatibus adhibeamus remedia; 10) ut remedia illa inveniamus, quaerendi sunt obscuritatis fontes; 11) quaedam scripturae loca obscura sunt per se et seorsim considerata, quædam cum aliis collata, nimirum si cum aliis locis pugnare videantur, huic obscuritati medetur locorum conciliatio; 12) quae per se et seorsum obscura sunt, talia deprehenduntur vel propter res vel propter verba. Obscuritati rerum medelam afferunt certa quaedam axiomata in singulis fidei articulis, quae instar cynosurae observanda; 13) obscuritati verborum inserviunt grammatica vocum enodatio, rhetorica troporum et figurarum expositio, dialectica ordinis et circumstantiarum observatio, denique physica rerum naturalium cognitio, quin etiam maximum praebebit in his omnibus adjumentum prudens et diligens locorum scripturae collatio, ubi vel eaedem voces et phrases vel diversae ad res easdem vel diversas exprimendas adhibeantur. — Och i läran om nattwarden angifwer han consectaria ex regula fidei deducta.

12) Grh. Unus est cujusque loci proprius et genuinus sensus, quem intendit spiritus s. et qui ex genuina verborum significatione colligitur et ex hoc literali sensu solo efficacia argumenta depromuntur. — Men sensus literalis delar sig in sensum lit. proprium, quem verbis sumtis in nativa sua significatione spiritus s. intendit, v. gr. Deus est spiritus Joh. IV, 24; och in sens. figuratum s. tropicum, qui proxime intenditur a spiritu s. verbis tropo aliquo affectis, v. gr. Deus est clypeus noster. Gen. XVI, 1. (Holl.). Men härwid gäller äfwen: Omnis scripturae interpretatio debet esse propria neque a litera in fidei articulis discedendum, nisi ipsa scriptura ostendat improprietatem eamque exponat. Allegoriae, tropologiae, anagogiae non sunt varii sensus, sed variae unius istius sensus et rei, quam exprimit litera, accomodationes. Potest eadem historia diversimode applicari, ut tractetur vel allegorice, vel tropologice, vel anagogice, interim manet unus verborum, quibus historia describitur, proprius et literalis sensus. — Således blifwer wäl af DD. äfwen en sensus spiritualis såsom i wissa fall tillfinnandes, antagen; men noggrannare taladt, förstod man derunder icke någon annan wid sidan af ordabetydelsen inträdande mening, utan blott det, att ordabetydelsen, från hwilken man alltid måste utgå, äfwen tillåter en serskild andelig tillämpning, eller innefattar tillika uti sig en symbolisk antydning. Holl. Sensus mysticus dicitur, qui non significatur proxima per verba *θεόπνευστα*, sed qui ex re, verbis *θεοπνεύστοις* significata, fluit atque deducitur. Dicitur autem impropric

et abusive sensus dicti biblici, cum non sit immediatus sensus verborum $\vartheta\varepsilon o\pi\nu\varepsilon\acute{\upsilon}\sigma\tau\omega\nu$; sed quia Deus per rem aut factum, verbis iisdem descriptum, aliam rem aut aliud factum, oculis mentibusque hominum considerandum sistere voluit. Accuratius itaque vocatur sensus literalis accomodatio sive applicatio mystica, quam sensus scripturae mysticus; v. gr. Jon. II, 1. propheta Jonas dicitur fuisse tribus diebus ac noctibus in ventre ceti: ibi sensus literalis a Deo proxime intentus est, quem verba prae se ferunt et immediate gignunt; quando vero integra haec historia sive res gesta transfertur ad significandam Christi per tres dies et noctes mansionem in sepulcro, non oritur inde novus sensus, sed tantum illius historiae accomodatio et applicatio ad significandum, Christum tot dies et noctes in sepulcro futurum esse. — Derföre förklara sig ock DD. emot antagandet af en sensus duplex i G. Test:s prophetior. — En sådan sensus mysticus kan af Gud sjelf wara affedd eller ock af menniskor inlagd i sensus literalis; blott i första fallet förtjenar den affeende wid den H. Skrifts utläggning. Cal. Accomodatio mystica vel ἔγγραφος est et divina, in scripturis facta vel ἄγγραφος et humanâ operâ instituta (Holl. vel innata vel illata).

Quen. Quando Theologi nostri illa Scholasticorum axiomata approbant: "theologia mystica non arguit: parabolica theologia non "est argumentativa: ex solo sensu literali scripturae ducuntur fir"ma et efficacia argumenta, ad probanda fidei dogmata et errores "refellendas" non excludunt sed simul includunt applicationes mysticas sensus literalis hujus vel illius loci biblici, ab ipso spiritu s. in s. literis factas; excludunt vero allegoricas et parabolicas interpretationes humano ingenio excogitatas et scripturae illatas. Applicationes enim sensus literalis alicujus dicti vel historiae sacrae in ipsis scripturis monstratae et expositae, certas pariunt demonstrationes, perinde ut alia, quae ῥητῶς in s. literis habentur. — — Quando itaque manifesto aliquo scripturae dicto fit sensus literalis ad rem spiritualem accommodatio, tum par ipsius est in probando vel improbando efficacitas. — Sensum mysticum, såsom den improprie kan blifwa kallad, dela DD. in sensum allegoricum, typicum et parabolicum. Sens. alleg. dicitur tum, quando historia scripturae, vere gesta, ad mysterium quoddam sive spiritualem doctrinam, ex intentione spiritus s. per modum allegoriae alicujus refertur: typicus, quando sub externis factis seu propheticis visionibus res occultae sive praesentes sive futurae figurantur, aut imprimis res N. T. adumbrantur: parabolicus, quando res aliqua ut gesta narratur et ad aliud spirituale designandum refertur (Calov). — Catholikerna skilja mellan: sensum allegoricum, tropologicum (cum verba aut facta referuntur ad aliquid referendum, quod pertinet ad mores) och anagogicum (cum verba aut facta referuntur ad significandam vitam aeternam).

§. 11. **Efficacia.**

Quod scriptura s. viva sit ac efficax, mediumque illuminationis, conversionis ac salutis, potentia divina instructum ac animatum. Cal.

Denna kommer nedanföre widare att afhandlas i läran om media salutis.

§. 12. Kanon och Apocrypha.

Det skriftligen upptecknade Guds ord indelas i Guds ord uti det Gamla, och Guds ord uti det Nya Testamentet [1]). Men uti denna gemensamma skriftsamling, finna wi äfwen andra skrifter, hwilka wi icke kalla i samma mening Guds ord. Wi skilja derföre båda slags skrifterna ifrån hwarandra så, att wi kalla de förra **libri canonici**, d. ä. sådana böcker, hwilka, emedan de blifwit af Gud inspirerade [2]), äro normen och rättesnöret för wår tro [3]); men de sednare benämna wi **libri apocryphi**, d. ä. sådane böcker, hwilkas gudomliga ursprung antingen är twifwelaktigt, eller om hwilka det är bewisligt, att de icke haft något sådant [4]). Fastän sålunda båda deßa slags skrifter finnas tillsammans i wår Bibel, så gäller blott det första slaget såsom rättesnöre för wår tro, hwadan de äfwen blifwa kallade **Canon** (catalogus sive numerus librorum canonicorum). Deremot kunna wäl skrifterna af det andra slaget äfwen bidraga till de troendes uppbyggelse, men äro dock icke att anse för Guds ord, och derföre kunna icke heller bewis för någon troslära ur de samma anföras [5]).

Om en bok är canonisk, eller icke, skola wi inhemta af de kännetecken, på hwilka wi öfwerhufwud kunna känna Guds ord såsom sådant, såsom af Gudomligt ursprung, såsom inspireradt [6]). Den H. Andes witnesbörd skall det då framförallt wara, hwilket förwißar oß om en Skrifts gudomliga innehåll. Härtill komma då alla de ytterligare intyg, hwilka wi i läran om Inspirationen hafwa anfört såsom criteria interna et externa [7]). Ibland de sednare står isynnerhet det witnesbörd högst, hwilket den äldsta kyrkan aflagt om en Boks canonicitet. Ty det är alltid af den största betydelse, om wi weta, att en Skrift redan på den tiden, då deß härkomst på det nogaste kunde pröfwas, blifwit af kyrkan erkänd såsom canonisk [8]). Men aldrasynnerligast behöfwa wi den äldsta kyrkans witnesbörd wid de historiska frågorna om namnet på en skrifts författare, om språket, hwarpå den ursprungligen är worden författad [9]). Ty genom den H. Andes witnesbörd kunna wi wäl på wårt

hjerta erfara en skrifts Gudomlighet, men det gifwer oß inget swar på frågor af ofwannämnda slag.

Såsom Canoniska böcker i G. T. gälla: 1) Genesis. 2) Exodus. 3) Leviticus. 4) Numeri. 5) Deuteronomium. 6) Josua. 7) Liber Judicum. 8) Ruth. 9) Duo libri Samuelis. 10) Duo libri Regum. 11) Duo libri Paralipomenon. 12) Esdra et Nehemias s. secundus Esdra. 13) Esther. 14) Job. 15) Psalterium. 16) Proverbia. 17) Ecclesiastes. 18) Canticum canticorum. 19) Esajas. 20) Jeremias. 21) Threni. 22) Ezechiel. 23) Daniel. 24) Duodecim Prophetae minores: Oseas, Joel, Amos, Obadja, Jonas, Micheas, Nahum, Habacuc, Sephanias, Haggaeus, Zacharias, Malachias [10]).

De Apocryphiska äro: Tobias. — Judith. —Baruch. — I. II et III. Maccabaeorum — I. III et IV. Esdrae — Sapientia — Ecclesiasticus s. Syracides. Appendices: epistola Jeremiae, Baruch, additamenta ad Danielem, supplementum Esther, oratio Manassis. (Grh.) [11]).

Uti Nya Testamentet hafwa wi inga apocryphiska böcker i samma mening som uti det Gamla. Dock äro der serskilda böcker, öfwer hwilkas ursprung och författare witnesbörden icke äro lika öfwerensstämmande. Alltså måste en wiß skilnad göras mellan dem och de öfriga af alla lika mycket bewitnade böckerna. Dock är denna, såsom blott beroende på bristande fullkomlig enstämmighet, ehuru ganska wigtiga witnesbörd äfwen för deras canonicitet äro förhanden, icke så stor, att den skulle utesluta ett canoniskt bruk af deßa böcker [12]).

De med alla witnesbörd bekräftade skrifterna i N. T. äro: Evangelierna af Matthaeus, Marcus, Lucas [13]), och Johannes; Pauli Epistlar till Romarena, till Corinthierna 2), till Galaterna, Ephesierna, Philipperna, Kolosserna, till Thessalonicherna 2), till Timotheus 2); Petri första och Johannes första Epistel.

De, mot hwilke twifwelsmål af några blifwit anförde, äro: Episteln till Hebreerna, Petri andra Epistel, Johannis andra och tredje, Jacobi och Judae Epistlar, och Johannis Uppenbarelse.

1) Grh. Libri biblici distinguuntur in libros veteris et novi testamenti. Libri V. T. sunt, qui ante Christum exhibitum editi; libri N. T., qui post Christum exhibitum scripti et ecclesiae commendati. Ubi observa, libros V. T. eos vocari, non quod nihil plane contineant de substantia, gratia et felicitate N. T., propter Christum credentibus in eum promissa, sed quod futurum ac suo temporum complendum praenuntient ac praefigurent illud, quod in N. T. annunciatur completum. Rom. III, 21. XVI, 26.

Holl. säger om förhållandet mellan det G. och N. Testamentet: libri. V. T. concrediti sunt ecclesiae Israeliticae: libri N. T. commendati sunt ecclesiae christianae, ex omnibus partibus collectae. Recepit tamen etiam ecclesia christiana libros canonicos V. T. ob pulcherrimam harmoniam scriptorum propheticorum et apostolicorum, insignem eorum utilitatem et imprimis ob mandatum Christi. Joh. V, 39. — Est disparitas (inter V. et N. T.) quoad gradus perspicuitatis, non autem diversitas, quoad objectum revelationis, quasi hic alia creditu necessaria explicite tradita essent, quam illic, quum fides utrobique eadem sit. Eph. IV, 16.

2) Chmn. Trd. Habet scriptura canonica eminentem illam suam auctoritatem principaliter inde, quod divînitus est inspirata 2 Tim: III. h. e. quod non hominum voluntate allata est, sed quod a spiritu s. impulsi homines Dei et locuti sunt et scripserunt.

3) Chmn. Trd. Scriptura vocatur canonica, libri canonici sive canon scripturae, quia est talis regula, ad quam structura fidei ecclesiae formanda et aptanda est ita ut, quidquid ad illam regulam convenit, rectum, sanum et apostolicum judicetur, quidquid vero non quadrat sed ab illa regula sive in excessu, sive in defectu exoribat, et aberrat, recte judicetur supposititium, adulterinum, erroneum . . . Ille vero canon seu regula est doctrina divinitus ab initio mundi generi humano patefacta per patriarchas, prophetas, per Christum et apostolos. Et quia illa doctrina scriptis per Dei voluntatem est comprehensa, adeo et inde vocatur canonica. — Canon est regula seu mensura infallibilis, quae nullo modo admittit, ut aliquid ei vel addatur vel detrahatur. —

4) Grh. Apocryphi libri dicuntur ἀπὸ τοῦ ἀποκρύπτειν q. d. abscondere vel quod occulta eorum origo non claruit illis, quorum testificatione verarum scripturarum auctoritas ad nos pervenit (Augustinus), vel quod publice in ecclesia ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum comprobandam non leguntur sed ad morum duntaxat aedificationem. — Holl. Libri apocr. sunt, qui in codice quidem, sed non in canone biblico extant, neque immediato Dei afflatu scripti sunt . . . Denna definition gäller blott om de skrifter, hwilka äro upptagne uti codex; en hel klaß utgöra de, qui continent fabulas, errores et mendacia ac proinde non sunt in ecclesia legendi. — Grh. Prioris generis libri dicuntur apocryphi sensu eo, quod sint absconditi, h. e. originis absconditae et occultae. Posterioris generis libri dicuntur apocryphi sensu eo, quod sint abscondendi nec in ecclesia legendi. — Cal. Divisio librorum scripturae s. in canonicos et apocryphos est impropria et aequivoca, quum illi tantum definitionem scripturae s., hi solum nomen participent. —

5)

5) **Chmn. Trd.** Numquid simpliciter abjiciendi et damnandi sunt libri illi? Nequaquam hoc quaerimus. Quem igitur usum habet tota disputatio? Resp. ut regula fidei sive sanae in ecclesia doctrinae certa sit. Ex solis libris canonicis auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam Veteres censuerunt . . . solius scripturae canonicae auctoritas idonea judicata fuit ad roboranda illa, quae in contentionem veniunt: reliquos vero libros, quos Cyprianus ecclesiasticos, Hieronymus apocryphos nominat, legi quidem voluerunt in ecclesiis ad aedificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiarum dogmatum confirmandam. — Nullum igitur dogma ex istis libris exstrui debet, quod non habet certa et manifesta fundamenta et testimonia in aliis canonicis libris. Nihil quod controversum est, ex istis libris probari potest, si non extent aliae probationes et confirmationes in libris canonicis. Sed quae in illis libris dicuntur, exponenda et intelligenda sunt juxta analogiam eorum, quae manifeste traduntur in libris canonicis. —

Calov: Duo ad librum canonicum requiruntur: tum *θεοπνευστία* seu immediatus Dei impulsus, qui facit ut scriptum aliquod sit divina veritas seu ipsius Dei verbum, tum canonicatio divina, qua Deus scriptum suum verbum ecclesiae perpetuam et universalem constituit regulam.

Holl. Libri canonici sunt, quorum et doctrina et verba singula ex immediata spiritus s. inspiratione a prophetis et apostolis sunt consignata, quique ecclesiae a Deo sunt communicati et ab ea recepti, ut essent homini salvando infallibilis regula fidei et morum.

6) **Holl.** Quibus indiciis et argumentis divina sacrarum literarum origo, iisdem auctoritas scripturae canonica, ratione doctrinae spectata nobis notificatur. Nam ideo s. scriptura infallibilis fidei morumque canon, sive norma est, quia a Deo immediatam ducit originem et ab eadem in usum canonicum destinata est. Quare cum supra adducta *κριτήρια* nos certificent, sensum vel doctrinam s. scripturae immediate a Deo esse profectam, canonicam scripturae auctoritatem hic prolixe probare nil attinet, si spectes doctrinam canonis.

7) **Holl.** Auctoritas scripturae canonica, considerata ratione doctrinae, cum ex *κριτηρίοις* externis et internis, tum praesertim ex interno testimonio spiritus s., per scripturam, attente lectam vel ex ore docentis auditu perceptam, mentes hominum illuminantis innotescit. —

8) **Chmn. ex Trd.** Ut tota haec necessaria res contra omnes imposturas esset certissima, Deus certos quosdam homines ad scribendum elegit et illos multis miraculis et divinis testimoniis ornavit, ut nullum esset dubium, divinitus inspirata esse ea, quae scribebant. Postremo scripta illa divinitus inspirata tunc, cum scriberentur, publica testificatione proposita, tradita et commendata sunt ecclesiae, ut ea, adhibita summa cura et providentia, incorrupta conservaret et quasi per manus traderet et commendaret posteritati. Et sicut vetus ecclesia tempore Mosis, Josuae et prophetarum, ita etiam primitiva ecclesia tempore apostolorum, certo potuit testificari, quae scripta essent divinitus inspirata. Noverat

enim auctores, quos Deus peculiaribus testimoniis ecclesiae commendarat: noverat etiam, quae essent illa, quae ab ipsis scripta erant, et ex iis, quae traditione vivae vocis ab apostolis acceperat, poterat judicare illa, quae scripta erant, esse illam ipsam doctrinam, quam apostoli viva voce tradebant. . . . Habet igitur scriptura canonicam autoritatem principaliter a spiritu s., cujus impulsu et inspiratione prodita est: deinde a scriptoribus, quibus Deus ipse certa et peculiaria scripturae testimonia perhibuit: postea a primitiva ecclesia habet auctoritatem ut a teste, cujus tempore scripta illa edita et approbata fuerunt. Haec vero testificatio primitivae ecclesiae de scriptis divinitus inspiratis postea perpetua successione per manus tradita est posteritati, et in certis antiquitatis historiis diligenter conservata, ita ut sequens ecclesia custos esset testificationis primitivae ecclesiae de scriptura. Maxima igitur est differentia 1) inter testificationem primitivae ecclesiae, quae fuit tempore apostolorum, 2) inter testificationem ecclesiae, quae proxime post apostolorum tempora secuta est, quaeque primae ecclesiae testificationem acceperat, 3) et inter testimonium praesentis ecclesiae de scriptura: quae enim et nunc est, et antea fuit ecclesia, si potest ostendere testimonia eorum, qui acceperant et noverant testificationem primae ecclesiae de germanis scriptis, credimus ei, ut testi probanti sua dicta. Non autem habet potestatem statuendi aut decernendi aliquid de libris sacris, cujus non possit certa documenta ex testificatione primitivae ecclesiae proferre.

Om den första kyrkans förfarande i detta afseende uttrycker sig Chmn. ex. Trid. så: Hanc primae ecclesiae, quae apostolorum tempore fuerat, testificationem de genuinis apostolorum scriptis posteritas, quae mox secuta erat, tam constanter et fideliter retinuit et conservavit, ut cum multa postea, quasi ab apostolis conscripta, proferrentur, rejecta et improbata fuerint, tanquam supposititia et adulterina, primo ideo: quia non poterat ostendi et probari ex testificatione primae ecclesiae, quod vel ab apostolis essent conscripta, vel viventibus apostolis comprobata, et primae ecclesiae tradita et commendata: secundo, quia afferrebant peregrinam doctrinam non consentaneam illi, quam ecclesia, ab apostolis acceptam, in recenti tunc adhuc memoria conservabat. —

9) Holl. At considerata scripturae auctoritas canonica ratione idiomatis primigenii sive textus authentici hebraei in vetere et graeci in N. T., testimonio quidem ecclesiae primitivae sed non solo distincte cognoscitur. — Adjungimus testimonio eccl. primitivae testimonium scripturae, diuturnam conservationem in usum hominum salutarem et stili qualitatem. —

Meningen med deßa och de i not. 8. anförda citater är den, att κριτήρια interna et externa wäl förmå att frambringa en fides humana, men icke en fides divina; ty den sistnämnda uppstår endast genom den H. Andes witnesbörd. Detta behöfwer derföre icke just uppkomma af urtexten, utan kan det likawäl af en öfwersättning, ty den H. Andes kraft ligger uti ordets mening och icke uti bokstafwen. Derföre kunna wi äfwen icke winna någon sådan inre erfarenhet, att deraf idiomet, hwarpå en bok i den H. Skrift är författad, skulle blifwa fullkomligt wißt. Alltså hän=

wisas wi till historiska witnesbörd; och deraf följer, att den Heliga Skrifts gudomlighet måste i och för sig blifwa wiß genom den Heliga Andes witnesbörd, men dertill måste äfwen sluta sig historiska bewis, hwilka öfwertyga oß om språket, på hwilket en helig bok är skrifwen, om författaren o. s. w. Ty så säger **Br.**: **Interna vis illuminatrix scripturae ita est conjuncta sensui in quavis lingua; ut non monstret praecise verba textus primigenii ab aliis verbis aequipollentibus, ejusdem aut alterius cujusvis linguae, textus aut versionis distinguenda. Caetera vero, quae** *θεοπνευστίαν* **doctrinae, in scripturis comprehensae, probant** *κριτήρια* **vel plane non attinent ad materiale seu verba scripturae, sed ad formale aut doctrinam praecise; vel quando suo modo ad materiale sive verba et contextum eorum pertinent, et confuse Deum etiam materialis scripturae in aliquo, quodcunque illud sit, idiomate auctorem arguunt; non tamen certum et determinatum idioma aut syngramma, quo primitus quisque liber scripturae consignatus sit, certo ostendunt. Superest itaque testimonium ecclesiae, quod non quidem dignitatem canonicam aut normativam largitur libris scripturae in aliquo certo idiomate; neque ad assensum fidei divinae, qua** *θεοπνευστία* **talis idiomatis credatur, ipsum sua virtute movet; sed tamen, quatenus historice ostendit certum idioma aut syngramma, tanquam primigenium librorum scripturae, sub quo a scriptoribus ipsis eos consignatos acceperit ac certitudinem moralem de eo gignit; ita conjunctum cum eo, quod scriptura ipsa docet et cum quo spiritus s. virtutem suam intime conjunxit, jam in discursu fidei locum habet.** Såsom exempel anförer **Holl.**: **Quando quaeritur: est ne evangelium Matthaei graece an hebraice primum scriptum? quaestio illa non dogmatica sed historica est. . . . Hujus facti sensibilis testis est ecclesia primitiva, quae scriptoribus in carne viventibus sub vexillo Christi in terris militavit eorumque** *αὐτόγραφα* **ab illorum manibus accepit. . . . Sic ab ecclesia judaica hebraei idiomatis in veteri et ab ecclesia christiana primitiva textus originalis graeci in N. T. testimonium petimus.** —

Härwid bör äfwen anmärkas, att man af de ifrån **Holl.** och **Br.** anförda ställena icke med säkerhet kan finna, om deßa **DD.** mening är den, att, såsom hwar och en enskild blott genom **testim. spiritus s.**, kommer till **fides divina** på uppenbarelsen i Christo; så skulle äfwen den enskilde genom **testim. sp. s.** kunna blifwa öfwertygad om gudomligheten af hwarje enskild bok i den H. Skrift. Deremot kunde det anföras, att de flesta **DD.** blott då tala om **testim. sp. s.** när frågan är om de grunder, på hwilka **auctoritas spiritus s.** beror. Men om det då förfäktas, att den enskilde blott genom **testim. sp. s.** kommer till full wißhet om den H. Skrifts gudomliga auctoritet, så är det dock något annat, än om man påstår, att hwarje enskild boks canonicitet måste göra sig trodd genom **testim. sp. s.** hos hwar och en. Widare nämner icke **Chemniz** om detta **testim. sp. s.**, utan hänwisar blott, för att bekräfta de enskilde böckernas canonicitet, till den äldsta kyrkans witnesbörd, hwilken kunde åberopa sig Apostlarnes förord. Och slutligen wid alla de undersökningar, hwilka **DD.** anställde om en boks canonicitet, åberopades dock aldrig **testimonium spiritus s.** (Luthers bekanta yttrande om Jacobi epistel får man icke räkna hit); utan de blifwa alla på grund af de historiska witnesbörden afslutade. Sannolikast synes derföre, att frågan, huruwida bewisningen af en en=

skild boks canonicitet i allmänhet är att skilja ifrån bewisningen af den H. Skrifts gudomliga anseende, icke ännu hade kommit till fullkomligt medwetande, för wåra **DD.**, och att således de i denna och den 6:te noten anförda ställen blott wille förebygga den willomeningen, som skulle kyrkans historiska witnesbörd i allmänhet kunna grunda **fidem divinam** på den H. Skrift.

10) Många **DD.** indela G. Test:s böcker: **in libros legales, historicos, dogmaticos et propheticos.** —

Quen. Omnes itaque et soli illi libri V. T. sunt canonici, qui 1) sunt a prophetis et prophetico spiritu, h. e. per immediatam inspirationem divinam conscripti, Luc. XVI, 29. Rom. I, 2. Eph. II, 20. 2 Ptr. I, 19 et 20. 2) et quidem in originali lingua hebraea, Judaeis tum vernacula, exceptis paucis pericopis, in Daniele, Esdra, Nehemia et Jeremia chaldaice extantibus, 3) infallibilem continent veritatem, sibi per omnia exactissime constantem, 4) qui ecclesiae judaicae in usum canonicum perpetuum divinitus commendati, ab illa recepti, pro canonicis habiti, asservati atque ad N. T. tempora usque fideliter propagati. 5) a Christo et apostolis approbati, citati et commendati et instar canonis seu regulae fidei et morum ad nos transmissi. —

11) **Chmn. ex. Trd. Ratio, quare libri illi ab auctoritate canonica separati sint, non est obscura. Quidam enim ex illis post tempora prophetarum tunc scripti sunt, cum populus Israel non amplius habebat prophetas, quales veteres fuerunt: et scripti sunt ab illis, qui non habebant divina testimonia sicut prophetae de doctrinae suae certitudine et auctoritate. Quidam vero ex illis libris praeferunt quidem nomina prophetarum sed non habuerunt certas testificationes, quod ab illis, quibus tribuuntur, essent conscripti. Haec ratio manifesta est, quare remoti sint a canone scripturae.** — De utförligaste undersökningarne om de enskilda canoniska och apocryphiska böckerna s. hos **Grh. tom. II, c. VI—XI.** —

12) Wi finna, att de äldste **DD.** strängare fasthålla skilnaden mellan deßa och de andra, aldrig betwiflade skrifterna, än de sednare. Strängast dock Chemnitz. **Trd.: Haec veterum testimonia ideo annotavi, ut non tantum notus sit catalogus scriptorum N. T., quae non habent satis certa, firma et consentientia auctoritatis suae testimonia: sed ut praecipue notari possint rationes, quare de illis dubitatum fuerit: 1) quia apud veteres non inventa fuerunt satis certa, firma et consentientia testimonia de testificatione primae apostolicae ecclesiae, quod libri illi essent ab apostolis comprobati et ecclesiae commendati; 2) quia non certo ex testificatione primae et veteris ecclesiae constitit, an ab illis, sub quorum nomine editi sunt, libri illi conscripti essent: sed judicati fuerunt ab aliis sub nomine apostolorum editi; 3) cum quidam ex vetustissimis aliquos ex illis libris tribuerint apostolis, quidam vero contradicerent: res illa, sicut non erat indubitato certa, relicta fuit in dubio. Pendet enim tota haec dubitatio a certis, firmis et consentientibus primae et veteris ecclesiae testificationibus, quae ubi desunt, sequens ecclesia, sicut non potest ex falsis facere vera, ita nec ex dubiis potest certa facere, sine manifestis et firmis documentis.** Chemnitz räknar således äfwen de N. Test:s skrifter, om

hwilka twifwel uppstått, till de apocryphiska, och för honom gäller, utan åtskilnad, om sådana skrifter i G. och N. Test., det, som i not 4 blifwit anfördt; att en wiß skilnad i wärde mellan G. och N. T:s apocryphiska böcker dock kunde äga rum, är likwäl dermed icke förnekadt; utan blott påstådt, att deßa skrifter icke böra sättas i bredd med de canoniska. Ty, såsom wi se, fasthåller Chemnitz med stränghet den grundsatsen, att blott de skrifter skola gälla såsom canoniska, om hwilka de bestämdaste och fullkomligt öfwerensstämmande witnesbörd äro att tillgå, 1) att neml. de blifwit af Apostlarne åt kyrkan öfwerlemnade och förordade och 2) att de äfwen werkligen härleda sig ifrån de författare, hwilkas namn de bära. Men under åberopandet af den äldre tiden började dock snart de sednare **DD.** att betrakta deßa skrifter såsom canoniska, om de ock erkände något slags åtskilnad dem emellan. Så säga **auctores hist. eccl. Magdeburg.** (**Grh. II.**): **sunt quaedam hoc seculo scripta per ecclesias nomine apostolorum aut eorum discipulorum sparsa, quorum quaedam in medio propter quorundam dubitationem sunt aliquamdiu relicta, postea vero in numerum catholicorum scriptorum recepta, quaedam vero prorsus pro apocryphis rejecta. Prioris generis sunt epistola Jacobi etc.** Och **Hunnius: Fatemur tamen, N. T. scripta apocrypha majorem ecclesiae primitivae meruisse consensum et approbationem, quam apocrypha V. T. Quapropter plerique patres, qui quosdam libros V. T. ponunt extra canonem, nullum tamen N. T. librum ab eo arcent sed omnes statuunt esse canonicos.** — Fråga wi efter grunden, hwarföre så skedde, så synes det hafwa warit den, (bestämdt uttalad finna wi den ingenstädes), att man icke mera fordrade en absolut öfwerensstämmelse, eller att man med tystnad förbigick denna omständighet, och blott fästade sig wid det andra af Chemnitz uppställda wilkoret, för en boks canonicitet; ty så säger redan Mentzer (hos **Grh.**): **N. T. libros ecclesiasticos vel apocryphos dictos ita acceptamus, ut patiamur in censu canonicorum haberi et quantum ad probandi virtutem attinet, parem habere cum reliquis auctoritatem. Nec ullam ob aliam causam addimus particulam fere, nisi quia in primitiva ecclesia nonnulli illis libris aliquandiu contradixerint, quasi certo affirmari non possit, a quibusnam essent scripti et editi.** Och Schröder (äfwen hos **Grh.**): **sunt quidam libri N. T. nomine apocryphorum a nonnullis notati sed ratione fere (!) nulla alia, quam quod de ipsis dubitatum fuit, non utrum ex afflatu spiritus s. conscripti, sed utrum ab apostolis, quibus inscribuntur, in lucem proditi sint. Quin non tam dubitatum fuit de auctore illorum optimo maximo, nempe spiritu s., quam de scriptoribus seu auctoribus administris et vero contra hanc quoque dubitationem auctoritatem eorum in sublime sustulerunt praecipui quique antiquiores ecclesiae patres, parem auctoritatem cum canonicis apud plerosque obtinent. Quippe ut liber aliquis pro canonico habeatur, non requiritur necessario, ut constet de auctore secundo seu scriptore; satis est si constet de primo auctore seu dictatore, qui est spiritus s., nam libri Judicum, Ruth, Esther sunt canonici, quorum tamen scriptores latent.** — Derföre blifwa ifrån den tiden de nämnde skrifterna nästan oafbrutet betraktade så, som **Grh.** gör i ff.: **1) Est omnino discrimen aliquod statuendum inter libros, qui in codice biblico N. T. continentur. Negari enim nequit, quibusdam illorum fuisse ab aliquibus contradictum; 2) libri illi minus commode vocantur apo-**

cryphi, quod triplici argumentorum genere probamus: a) quia non tam de auctoritate canonica, quam de auctore librorum istorum secundario in primitiva ecclesia fuit dubitatum; b) quia non ab omnibus ecclesiis vel doctoribus, sed a quibusdam tantum de auctore istorum librorum fuit dubitatum. Duo proinde evidentis differentiae capita inter apocryphos V. T. et hosce libros, quos quidam N. T. apocryphos vocant, animadverti possunt. Illorum auctoritas a tota ecclesia fuit repudiata, sed de horum auctoribus nonnulli in ecclesia dubitarunt; c) patres qui apocryphos V. T. agnoscunt, nullum N. T. librum a canone excludunt. 3) Docendi igitur causa distingui potest inter canonicos N. T. libros primi et secundi ordinis. Canonici libri primi ordinis sunt, de quorum vel auctoribus vel auctoritate nunquam fuit in ecclesia dubitatum sed consentiente omnium suffragio pro canonicis et divinis semper fuerunt habiti. Canonici libri secundi ordinis sunt, de quorum auctoribus a quibusdam in ecclesia aliquando fuit dubitatum. — Alldeles så Quen.: Libros N. T. protocanonicos seu primi ordinis vocamus, de quorum auctoritate et auctoribus secundariis nunquam in ecclesia fuit dubitatum; libr. deuterocanonicos seu secundi ordinis vero, de quorum non quidem auctoritate sed auctoribus secundariis aliquamdiu in ecclesia a quibusdam fuit dubitatum. . . Disquisitum inquam et disceptatum fuit de his libris, non tamen ab omnibus sed a paucis, non semper sed aliquando seu ad tempus. Nec tam de divina eorundem auctoritate seu autore primario, spiritu s., quam de auctoribus secundariis dubitatum fuit. Och ändtligen finner Holl. denna åtskilnad alldeles icke nödwändig: cum hodie evangelici doctores omnes deuterocanonicis istis divinam auctoritatem assignent, distinctione isthac minime opus esse videtur. —

Påståendet, att aldrig något twifwel uppstått om deßa skrifters anseende, motsäger wäl Br. (negari quidem non potest, quod de scriptoribus ita dubitaverint veteres, ut simul etiam auctoritatem libris θεοπνεύστοις propriam his denegarent), dock säger äfwen han om dem: non absconduntur, cum norma doctrinae postulatur sed auctoritatem hanc inter christianos, praesertim nostros, hodie communiter habent. Den närmare grunden härföre uppgifwer han wißerligen icke; men sannolikt hafwa wi att söka den deruti, att han icke ansågde, blott af några yttrade twifwelsmålen för nog betydande. —

13) Om Marci och Lucae evangelier säger Chmn. Trd.: quod M. et L., qui non fuerunt apostoli, ad scribendum evangelium divinitus vocati sunt, Augustinus hanc reddit rationem, ne putaretur, quod attinet ad praedicandum et percipiendum evangelium, interesse aliquid, utrum illi annuntient, qui Dominum hic in carne apparentem discipulatu famulante secuti sunt: an hi, qui ex his fideliter comperta crediderunt, divina providentia procuratum est per spiritum s., ut quibusdam etiam ex illis, qui primos apostolos sequebantur, non solum annunciandi verum etiam scribendi evangelium tribueretur auctoritas etc. etc.

Cap. V.

De articulis fidei et de symbolis ecclesiae.

§. 13.

Hela det i uppenbarelsen nedlagda innehållet söndersaller i serskilda lärosatser, hwilka wi kalla articuli fidei. Art. fidei est pars doctrinae, verbo Dei scripto revelatae, de Deo et rebus divinis, peccatori salvando ad credendum propositis. Holl.[1]). — Sammantagne utgöra de inbegreppet af det, som en Christen har att tro[2]), och stå i en innerlig förbindelse med hwarandra. Ty de förhålla sig till hela innehållet af uppenbarelsen så, som lemmarne i en kropp förhålla sig till kroppen sjelf. Tros-artiklarne uppstå således allena ur den H. Skrift[3]). Men såwida äfwen deras enskilda innehåll skiljer dem derigenom ifrån hwarandra, att en del består af sanningar, om hwilka man på andra wägar aldrig kunnat få weta något; en annan åter af sådana, om hwilka någon kännedom kunnat winnas af den naturliga kunskapen; och så wida å andra sidan icke alla deßa innehållna sanningar äro af samma wigt för wår salighet och stå i lika nära förhållande till densamma; så kan man äfwen skilja mellan art. fidei såsom:

I. articuli puri, (qui unice ex revelatione divina cognoscuntur) et mixti (qui non solum ex revelatione, verum etiam ex lumine naturae constant[4]). Br.

II. articuli fundamentales et non fundamentales.

Articuli fundamentales sunt partes doctrinae christianae, adeo necessariae cognitu, ut, iis ignoratis, ab homine salutariter non apprehendatur aut retineatur fundamentum fidei, negatis vero ab eodem, quantum in ipso, labefactetur[5]). Holl.

Articuli non fundamentales sunt partes doctrinae christianae, quae citra jacturam salutis ignorari et negari possunt[6]). — Men art. fundamentales dela sig åter i art. primarii, sine quorum notitia nemo salutem aeternam consequitur, sive qui salvo fidei fundamento et sine dispendio salutis ne ignorari quidem possunt[7]), och art. secundarii, qui quidem illaeso fidei funda-

mento ignorari, non tamen negari, multo minus impugnari possunt. **Quen.** [8]). —

Samtliga Trosartiklarne har kyrkan nedlagt i Symbola. Deßa innehålla den trosbekännelse, hwilken kyrkan på serskilda tider uppställt, och dela sig derföre i Symbola af en äldre och af en nyare tid [9]).

1) **Holl.** Articulus dicitur ab artu et hic ab arctando. Proprie notat membra corporis arcte connexa, sicut particnlae digitorum arcte cohaerent. Per metaphoram vox articulus translata est ad partes doctrinae fidei, arctissimo nexu conjunctas. **Quen.** Ut ita articuli fidei sint doctrinae fidei particulae, salutis nostrae causa divinitus patefactae, quae arctissime inter se et cum toto cohaerent, ut articuli seu nodi in digitis solent et in quas tota structura religionis christianae ceu digitus in articulos suos resolvitur. Suntque ita arcte inter se connexae, ut, una demta, caeterae salvae et incolumes esse non possint. — Ordet tages än i widsträcktare, än i inskränktare betydelse. **Holl.** Collective notat integrum doctrinae caput: distributive designat quamlibet assertionem sive enunciationem, quae partem doctrinae christianae constituit. (Doctrina christiana distribuitur in capita sive locos theologicos, capita in theses certas dividuntur. Tam capita doctrinae fidei, quam capitum theses appellantur articuli fidei, v. gr. locus theologicus de Christo dicitur articulus fidei: et haec propositio: "Christus, qua carnem, sedet ad dextram Dei" itidem nominatur articulus fidei. — Underfundom förstår man med articulis fidei blott mysteria fidei. **Br.** Certum est, vocem articuli fidei aliquando in strictiore significatione accipi consuevisse; prout praecise denotat mysteria fidei ad salutem creditu necessaria: adeoque articulos puros eosque fundamentales solos. —

2) **Quen.** Objectum, circa quod occupantur articuli fidei sunt *τὰ πιστὰ* sive credenda qua talia. Distinguenda enim hic sunt historica a dogmaticis et doctrinae morales, quae quid faciendum, quidve omittendum praecipiunt, a dogmatibus fidei sive quae docent, quid credendum et quid non credendum sit. Licet enim fides generaliter spectata versatur circa omnia, quae in verbo Dei continentur, sive historica ea sint sive moralia sive dogmatica, specialiter tamen versatur circa dogmata fidei sive credenda qua talia. —

3) **Holl.** Ad verum articulum fidei requiritur, ut verbo Dei scripto sit revelatus, ut salutem hominis respiciat, ut cum reliquis fidei dogmatibus arcte sit connexus, ut sit inevidens. (**Quen.** respectu articulorum fidei stricte et proprie dictorum. Licet enim fidei dogmata in scripturis perspicue et evidenter proponantur, ipsa tamen objecta, fidei propria, inevidentia sunt, ut mysterium trinitatis etc. etc., quia lumine naturae nequaquam innotescunt, unde fides dicitur versari circa ea, quae non videntur. Hbr. XI, 1.)

Så säger äfwen **Holl.**: Quidam articuli fidei fundamentales *ῥητῶς* sive disertis verbis in s. literis leguntur. Quidam *διανοητι-*

κῶς et secundum rem tantum in scriptura continentur, qui per manifestam et immotam consequentiam ex illa percipiuntur. —

4) Quen. Dantur quaedam dogmata in scripturis, quae sunt simpliciter πιστὰ et nullo modo per rationem cognosci possunt, sed illam longissime superant; sunt etiam quaedam credibilia secundum quid, quae etsi sint in scripturis revelata et cognitu necessaria, ita tamen se habent, ut et ratio per sua principia possit aliqualiter in eorum cognitionem devenire; hinc oriuntur articuli puri et mixti. Illi ex solo Dei verbo petuntur et tantum creduntur, ut articulus de trinitate etc. etc.; hi, etiamsi ex lumine naturae aliquo modo innotescant, solum tamen creduntur, quatenus e revelatione divina constant: v. gr. Deum esse etc., scitur per evidentem demonstrationem et creditur propter divinam revelationem. Haec tamen omnia, quae lumine naturae quodammodo innotescunt, non creduntur, quatenus e naturae lumine sed quatenus e divina revelatione habentur. Så säger äfwen Holl. Nullus articulus fidei formaliter consideratus, quatenus est articulus fidei, mixtus est; si quidem omnes articuli fidei pendentes a divina revelatione, adeoque ratione objecti formalis, inevidentes sunt. —

Om articulis fidei puris säger Holl.: Occupantur in explicandis mysteriis fidei, captum rationis humanae, sibi relictae, transcendentibus. *Μυστήριον* est ἀπὸ τοῦ μύειν, quod significat oculos habere clausos, os comprimere, et consequenter tacere. A μύειν est μυέειν, quod significat, aliquem honesta doctrina imbuere. *Μυεῖσθαι* idem est, ac sacris initiari. *Ὁ* μύστης est homo sacris initiatus, qui vel cum silentio audit alios et sacra discit, vel qui ea sacrorum notitia imbutus est ut sacra doceat, reverenti cum silentio audiendus. *Τὸ* μυστήριον apud profanos auctores cum rem omnem arcanam, sermone non temere enunciandam, tum in primis sacra Cereris Eleusinia, alto silentio inclusa, notat. In sacris literis μυστήρια notant res divinas et supernaturales, quae rationi sibi relictae sunt ignotae, inevidentes, nostrae tamen salutis causa divinitus revelatae. —

5) Quen. Articuli fundamentales, sive qui ignorari vel saltem negari salva fide et salute nequeunt, sunt, qui fundamentum fidei concernunt. Est autem fundamentum generaliter loquendo, ut N. Hunnius definit, "quod in unaquavis structura est primum, toti structurae substat, nec ab alio sustentatur." Atque ita fundamentum fidei est id, quod fidei et toti adeo Christianismo, veluti domui aedificandae ac conservandae substernitur. Et quia fundamentum quandoque idem est quod causa, hinc articulus fundamentalis est tale dogma, quod rationem habet causandi et fundandi fidem ac aeternam salutem seu quod causam aliquam fidei et salutis explicat. — Quen. uppställer efter Hunnius en trefaldig fundamentum. 1) Substantiale, res illa in quam homo fiduciam suam ponit, ex ipsius beneficientia salutem aeternam exspectans; vel est objectum fidei proprium, quod est Deus unitrinus in Christo mediatore fide complectendus. 2) Organicum verbum Dei, quod uti semen est, ex quo regenerantur Christiani, sic fundamentum quoque dicitur, quatenus medium est generandae fidei ac principium doctrinae, quod substat et substernitur fidei, adeoque funda-

mentum fidei. 3) Dogmaticum, prima illa coelestis doctrinae pars, quae ad nullum aliud dogma refertur, ut ejus gratiâ revelata et ad quam caetera omnia dogmata tanquam propter ipsam revelata referuntur et ex qua, ut sufficiente et immediata causa fides resultat. Unde haeresis non est error quivis verbo Dei contrarius, sed fundamentum ipsum fidei labefactans et evertens. —

6) Br. E. gr. de peccato et rejectione perpetua quorundam angelorum, de immortalitate primi hominis ante lapsum, de Antichristo, de origine animae per creationem vel traducem. Men derwid anmärkes: Interim etiam in his cavendum est, ne errorem amplectendo aut profitendo, in revelationem divinam Deumque ipsum temere peccetur: praesertim, ne contra conscientiam et cum seductione aliorum aliquid statuatur, quo labefactentur fulcra et veritas unius aut plurium articulorum fidei fundamentalium. Sic enim tanquam per peccatum mortale excuti tamen potest et solet spiritus s. et fides. —

7) Quen. Inter ipsos fundamentales fidei articulos ordo aliquis propter connexionem, quam ad se invicem et cum fine tam ultimo, quam intermedio habent, constituendus est, ut alii sint articuli fundamentales primarii, alii secundarii, alii primi, alii secundi ordinis. —

Articuli primarii blifwa äfwen indelade I. af några in articulos constitutivos et conservativos. Quen. Art. fund. constitutivi B. Hunnio sunt, qui fundamentum fidei intrinsecus, imo intime constituunt seu fidem immediate causantur, utpote "Deum velle omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis pervenire." Conservativi illi sunt, qui quidem ipsam fidem immediate non causantur, ipsi tamen immediatae fidei causae necessario substernuntur, v. gr. quod Deus verax sit et omnipotens etc. etc. ubi porro observat, constituere fundamentum fidei esse, omnia illa dogmata, quae ad fidem generandam necessaria sunt, ita tenere sarta tecta, ut nec ullum eorum desideretur, nec alia quaecunque doctrina admittatur, quae tale dogma vel directive vel oblique tollat, aut fidei generandae ullo modo ineptum faciat. — II. Andra dela dem: a) in articulos fidei antecedentes, qui fidem justificam et salvificam ipsam quidem non efficiunt nec absoluta necessitate et immediate ad eandem requiruntur, necessarii tamen sunt ad id, ut dogmata fidem gignentia et constituentia recte credi et sarta tecta manere queant, quod illis non positis aut ignoratis et negatis fieri non posset. (dogma de revelationis divinae existentia — dogma de Dei existentia, potentia etc. etc. — d. de Deitate mediatoris — hominem peccato contaminatum — de mortuorum resurrectione, judicio extremo) b) in art. fid. constituentes, qui immediate et proxime salutem attingunt et fidem intrinsece constituunt et causantur (capita doctrinae christianae de Dei φιλανθρωπία, de merito et satisfactione Christi universali ejusque appropriatione in individuo facta) c) in art. f. consequentes, qui ita fiduciam constitutam sequuntur, ut, nisi ponantur, ipsa iterum fiducia evanescat. (aeterna Dei duratio, justitia Dei executiva, sanctificatio Dei effectiva, idiomatum et operationum in persona Christo communicatio, officium Christi regium etc. etc.) Hülsem.

8) Holl. **Articuli fundamentales secundarii** sunt, quorum simplex ignoratio non officit saluti; pertinax autem negatio vel impugnatio fundamentum fidei labefactat. Quales sunt partes doctrinae christianae de personarum divinarum proprietatibus characteristicis, de communicatione idiomatum in Christo, de peccato originis, de decreto electionis intuitu fidei finalis, de justificatione peccatoris per solam fidem, excluso bonorum operum merito. Wid den sednare satsen anmärkes: Justificatio peccatoris conversi per fidem in Christum est articulus fidei fundamentalis constitutivus. Sed contingit, ut peccator, peccata agnoscens et detestans, omnem fiduciam collocet in Christo mediatore, cujus memoriam non subeat exclusio bonorum operum. Quis hunc condemnaret? Negans vero peccatorem sola in Christum fide justificari, is impingit in articulos fund. primarios de gratia Dei et merito Christi). Jemför man Not. 7 och 8, så finner man, att DD. icke enstämmigt anwisade de enskilda dogmerna till samma claß. — Af den skilnad man uppställde mellan art. fundamentales, följer, hwad Holl. säger: Omnes articuli fidei fundamentales sunt cognitu necessarii sed dispari necessitatis gradu. Nam qui articuli fidei tum ipsam fidei salvificae definitionem ingrediuntur, tum generandae fidei immediate substant, homini salvando creditu sunt maxime necessarii. Reliquorum articulorum fidei quidam positive et directe, quidam negative et indirecte creditu sunt necessarii. Et si consideramus homines credentes, non eadem cognitionis mensura ab omnibus et singulis exigitur. —

Den nu anförda skilnaden mellan art. fundamentales et non fundamentales finnes först hos Hunnius (διάσκεψις de fundamentali dissensu doctrinae Luther. et Calvinianae. Vit. 1626).

9) Quen. Summa verae religionis (et articulorum fidei) continetur in symbolis, christianam fidem complectentibus, quae sunt vel antiquiora, et oecumenica, in toto christiano orbe recepta (symb. apostol. Nycaenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense ut et Athanasianum) vel recentiora et ratione minus solennis approbationis particularia (Augustana confessio invariata, ejusdem apologia, articuli Smalcaldici, catechismus uterque Lutheri et formula concordiae).

Om förhållandet mellan de äldre och sednare Symbola Holl. Longe majorem auctoritatem obtinent ea, quae unanimi totius catholicae ecclesiae consensu sunt approbata, qualia sunt tria illa symbola oecumenica: quam quae paucarum tantum quarundam particularium ecclesiarum judicio et applausu sunt recepta.

Om betydelsen af ordet Symbolum. Cal. Symbola dicuntur, quod sint tessarae verae ecclesiae, quibus orthodoxi agnosci et ab heterodoxis dignosci queunt. Holl. Sunt confessiones publicae, nomine ecclesiae ab orthodoxis viris de certis fidei articulis gravissimo consilio conscriptae ut membra ecclesiae orthodoxae ab infidelium ignorantia et haeretica pravitate separentur et in consentiente fidei professione contineantur. Då det gifwes flera, så anmärker Hutt.: agnoscunt ecclesiae nostrae plures libros symbolicos, sed non nisi in eodem testimonii genere, de doctrina suorum temporum.

Om de symboliska böckernas förhållande till den H. Skrift: Form. conc. (de compendiaria regula atque norma. 7): Hoc modo luculentum discrimen inter sacras V. et N. T. literas, et omnia aliorum scripta retinentur: et sola s. scriptura judex, norma et regula agnoscitur, ad quam seu ad Lydium lapidem omnia dogmata exigenda sunt et judicanda, an pia, an impia, an vera, an vero falsa sint. Caetera autem symbola et alia scripta . . non obtinent auctoritatem judicis . . . sed duntaxat pro religione nostra testimonium dicunt eamque explicant, ac ostendunt, quomodo singulis temporibus s. literae in articulis controversis in ecclesia Dei a doctoribus, qui tum vixerunt, intellectae et explicatae fuerint etc. etc. Men först ifrån och med **Hutterus** blef det i dogmatiken fråga om detta förhållande, såsom i allmänhet om Symbolernas betydelse och nödwändighet. Detta förhållande till den H. Skrift, sådant det hade utbildat sig wid slutet af den orthodoxa perioden, uttalar **Holl.** i det följande så: Scriptura s. et libri symbolici differunt: quia 1) s. scriptura est immediate inspirata, a Deo sanctis Dei hominibus, a spiritu s. impulsis. Libri symbolici sunt scripta sacra, consignata a viris orthodoxis, mediatae illuminationis privilegio divinitus donatis (sensu strictissimo nullum ecclesiae symbolum vocari potest θεόπνευστον. Quamvis enim viri orthodoxi a spiritu s. illuminati illud mente conceperint, et in literas retuleriut, non tamen ex specialissima, extraordinaria et immediata inspiratione Dei scripserunt sed ordinaria et mediata illuminatione a Deo fuerunt donati et edocti. Neque iisdem singula verba librorum symbolicorum a spiritu s. in calamum sunt dictata sed assistente et dirigente Deo ipsi verba congrua invenerunt et dogmatibus divinis applicarunt). 2) S. scriptura est αὐτόπιστος καὶ ἀναπόδεικτος, per se fide digna, neque indiga principii prioris, e quo demonstretur. Libri symbolici sunt ἑπομένως ἀξιόπιστοι, h. e. conseqnenter merentur fidem, quia verbo Dei revelato sunt conformes. 3) S. scriptura pollet divina auctoritate canonica, ut sit norma infallibilis, qua vera fidei dogmata a falsis discernuntur. Libri symbolici habent auctoritatem ecclesiasticam et respective dicuntur norma, nempe respectu externae fidei professionis, qua unanimum ecclesiae in doctrina fidei consensum testamur. 4) S. scriptura adaequate continet omnia credenda et agenda: nullus liber symbolicus omnia et singula dogmata fidei praeceptaque morum perfecte complectitur (sed pro ratione temporis et occasionis, qua libri symbolici scripti fuerunt, illorum dogmatum ratio fuit habita, quae controversa erant et maxime impugnabantur). Om således libri symbolici af några DD. kallas θεόπνευστοι, så anmärker **Holl.**: Nimirum sensu latiori libri symbolici ab auctoribus nonnullis vocantur θεόπνευστοι a) r a t i o n e o b j e c t i, quoniam continent et exponunt verbum Dei prophetis et apostolis olim immediate inspiratum et quidquid ex verbo Dei per manifestam consequentiam elicitur; b) r a t i o n e m e d i a t a e i l l u m i n a t i o n i s; neque enim dubitamus, quin Deus speciali concursu influxerit in mentes fidelium doctorum, qui symbola ecclesiae conscripserunt, mentes eorum illustraverit et voluntates eorum flexerit, ut verissima saluberrimaque dogmata mente conceperint et calamo expresserint.

Om de Symboliska böckernas nödwändighet: Libr. symb. necessarii sunt non absolute sed hypothetice, pro statu ecclesiae, gravissimis causis ad edenda symbola permotae, a) ad solidam, diuturnam et firmam concordiam in ecclesia Dei constituendam, ut certa compendiaria forma et quasi typus unanimi consensu approbatus exstet, in quo communis doctrina, quam ecclesiae sincerioris doctrinae profitentur, e verbo Dei collecta continentur; b) ad reddendam rationem religionis christianae, si a magistratu exigatur; c) ad dignoscendum vera ecclesiae membra ab ejus hostibus, haereticis et schismaticis. — Om eden på de Symboliska böckerna, säger Holl.: Qui vivum ecclesiae membrum est, et in ea publico docendi munere perfungi cogitat, ad subscriptionem librorum, symbolicorum etiam, juratam a magistratu superiori obligari potest (ut publice in ecclesia docturus eo magis obstringatur ad consentientem publicae doctrinae confessionem, explicationem et defensionem.) —



Pars I.

§. 14.

De Deo.

Det högsta ändamålet med menniskans skapelse och sedan äfwen med uppenbarelsen är, att Gud skulle warda känd [1]). Derföre måste ock Theologien begynna med läran om Gud [2]).

Läran om Gud delar sig i 1) Läran om Guds tillwaro, wäsende och egenskaper; 2) Läran om det serskilda sätt för Guds subsistens, det är läran om Gud, den Treenige; 3) Läran om Guds werk, skapelsen; 4) Läran om det sätt och wis, hwarpå Gud uppehåller och drager försorg om densamma (Läran om Försynen); 5) Läran om änglarne, såsom Guds tjenare wid Hans werk.

Cap. I.

De Deo.

§. 15. Inledning. Cognitio Dei naturalis et supernaturalis.

Den fullkomliga och för saligheten tillräckliga kunskapen om Gud winna wi naturligtwis blott af uppenbarelsen. Men dock är äfwen utom densamma, en kunskap om Gud möjlig, alldenstund wi finna en sådan äfwen hos hedningarne. Wi kunna derföre skilja mellan twenne källor, ur hwilka kunskapen om Gud kan hemtas, den ena Liber naturae, och den andra, Liber scripturae; och derföre är cognitio Dei en naturalis, och en revelata seu supernaturalis [3]). Cognitio Dei naturalis delar sig i notitia insita och notitia acquisita, det är, menniskan

har en wiß kunskap om Gud sig medfödd, och hon kan utwidga och närmare reda densamma genom betraktandet af Guds werk och werkningar i naturen och historien [4]. Den på denna wäg erhållna kunskapen är wäl i sig sjelf sann, fastän äfwen den genom det hos menniskan förhandenwarande sedliga förderfwet kan blifwa åter förfalskad och förwandlad till willfarelse [5]. Men i hwarje händelse är den ganska ofullständig, så att wäl något om Gud kan blifwa kändt, såsom t. ex. hans tillwaro, och något af hans egenskaper och af hans wilja; men aldrig detta allt i sitt hela omfång, och aldrig så, att det kan gifwa menniskan en orubbelig wißhet, hwilken skulle kunna wara för henne en säker grund för hennes tro och sedliga lif [6]. Ännu mindre är den tillräcklig för salighetens ernående [7]. Men grunden till denna ofullkomlighet ligger i menniskonaturens förderfwade tillstånd, hwilken efter sitt fall icke kan höja sig sjelf till någon fullkomlig kunskap om Gud. All på denna wäg uppkommen kunskap måste wi derföre betrakta såsom blott en återstod af en kunskap hwilken före fallet i fullt och rikt mått tillkom menniskan [8]. Den tjenar således mera dertill, att hos oß wäcka längtan efter en riktig och fullständig kunskap (cognitio paedagogica), och att i någon mon leda wårt sedliga förhållande, äfwen innan den genom uppenbarelsen werkade kunskapen tillkommer. (cogn. paedeutica). Äfwen kan den med nytta anwändas jemte den uppenbarade kunskapen (cogn. didactica) [9]; men för att komma till en rätt och sann kunskap, behöfwe wi deßutom uppenbarelsen [10].

1) Grh. Necessariam esse hanc doctrinam (de Deo) demonstrant: 1) finis creati hominis. Quemamodum omnia creata sunt propter hominem, ita homo conditus est ad Deum, creatorem suum recte agnoscendum et colendum, amandum et celebrandum. . . 2) finis perfectionis divinae. Deus ex arcana majestatis suae sede prodiens non solum in mundi creatione sed etiam ac vel maxime in verbi revelatione ex immensa bonitate hominibus sese patefecit, fine certe nullo alio, quam ut homines ex illa patefactione Deum recte agnoscerent et veram de Deo doctrinam ab omni errorum fermento puram et illibatam conservarent atque ad posteros suos propagarent.

2) Grh. Ut scriptura s. in theologia est unicum principium cognoscendi: sic Deus bonitate optimus, potentia maximus est unicum et summum principium essendi, tum ipsius scripturae s. (in qua verbum Dei sive divina revelatio continetur) tum operum divinorum, de quibus in theologia tractatur, respectu. Idem etiam est totius scripturae centrum, theologiae nucleus, scientiae a de-

siderii nostri terminus. Convenienti igitur ordine ab articulo de scriptura s. progredimur ad articulum de natura Dei et attributis divinis.

Quen, Supremus hominis totiusque theologiae finis Deus est, ejusque agnitio, celebratio et fruitio; ab eo itaque, cum theologia ad modum habituum practicorum tractari debeat, merito initium facimus.

Holl. Cum theologia sit scientia practica, primo omnium de ejus fine agendum est. Cum autem theologiae finis sit duplex, unus quidem objectivus, qui est Deus infinite perfectus, et summe bonus, unus vero formalis, qui est visio et fruitio Dei beatifica; ideo finis theologiae objectivus, nempe Deus, appetitum hominis plenissime satians, primum considerandus est. —

3) Grh. Duo sunt, quae in cognitionem Dei ducunt: creatura et scriptura (August.).

Holl. Notitia Dei petitur tum ex lumine naturae sive rationis, tum ex lumine revelationis.

4) Quen. Notitia Dei naturalis est, qua citra revelationem specialem homo cum ex lumine naturae tum ex libro naturae suo modo, sed admodum imperfecto potest cognoscere, esse aliquod supremum numen, idemque sapientia et potentia sua moderari totum hoc universum et res omnes a se conditas.

Grh. Notitia insita est communis illa notio de Deo, hominis cujusque animo per naturam, inde ab utero insculpta et impressa, siquidem ex principiis istis nobiscum natis seu *κοιναῖς ἐννοίαις* (quae nihil aliud sunt, quam reliquiae quaedam et *ἐρείπια* div. imaginis scintillulae et igniculi clarae istius lucis, quae pleno jubare ante lapsum in mente hominis fulsit), quaedam etiam Deum attinent, utpote quod sit Deus unus, bonus . . . — Eas (scintillulas) igitur referimus ad librum naturae internum, ad quem etiam pertinet liber *συνειδήσεως*, internum conscientiae testimonium, quod Scholastici vocant *συντήρησιν*; nam ex principiis nobiscum natis practicus ille syllogismus in corde cujusvis hominis oritur: qui vitam degit impiam, statuit Dei vindicis iram et poenam. Ratio pendet ex eo, quod omnibus naturaliter insculptum, Deum esse, Deum esse colendum, Deum esse scelerum vindicem. Subsumit conscientia impii: ego flagitiosam vitam duxi. —

Notitia acquisita ex libro naturae externo, videl. ex contemplatione operum et effectuum divinorum vi naturalis discursus a mente humana colligitur. Såsom sådana effectus uppräknar Grh.: 1) rerum, quae videntur, creatio, 2) rerum creatarum varietas, pulchritudo et ordo, 3) rerum creatarum sustentatio, gubernatio et conservatio, 4) profusa variorum donorum, quae ad necessitatem hominis aliorumque viventium pertinent, elargitio, 5) animadversio et ultio vindicis oculi manusque Dei, 6) miraculorum exhibitio, 7) rerum futurarum praedictio, 8) periodica imperiorum mutatio, 9) mentis humanae natura, 10) insiti naturalis notitiae igniculi, et in hisce discrimen honestorum ac turpium, 11) conscientiae

scientiae pavores, morsus et aculei, 12) series causarum efficientium et finalium. —

Quen. Notitia Dei naturalis est duplex, una ἔμφυτος sive naturae, et mentibus hominum in ipso ortu suo impressa, insita et implantata, qua homo ex principiis secum natis, tanquam imaginis divinae ruderibus quibusdam et reliquiis sine discursu et mentis operatione Deum cognoscit: altera ἐπίκτητος dicitur seu acquisita, quia ex insitis naturae principiis per ratiocinationem et accuratam creaturarum contemplationem acquiritur, sive ex operibus Dei in creatione et vestigiis illis divinitatis, quae sparsa sunt in tota rerum natura, colligitur. Illa subjectiva dicitur, haec objectiva. Illa nulli homines, ne quidem infantes carent; haec vero non in omnibus reperitur: illa propagatur per generationem, haec per doctrinam et informationem aliorum, vel etiam per culturam et indagationem propriam: illa dici potest notitia habitualis, quia inest nobis per modum habitus impressi, etiam ante rationis usum et exercitium, haec actualis, quia per ratiocinationem et discursum sese exserit et comparatur. Jemför anmärkningen af Grh.: Denique et hoc monendum, quando Ostorodus dicit, homines non ex natura nec ex consideratione creaturarum sed ex auditu et aliorum relatione unice id habere, quidquid de Deo aut divinitate sciunt, tum terminum illum auditus esse ambiguum. Si enim hoc vult Ostorodus, quod ad omnem Dei notitiam requiratur specialis Dei patefactio per verbum, id omnino negamus: si vero auditus nomine intelligatur doctrina et institutio a majoribus, solam naturam magistram secutis, hausta; tum dicimus eandem non minus quam principia nobiscum nata et creaturarum considerationem ad notitiam naturalem pertinere. Quamvis vero distincta sint argumenta, quibus tum insita, tum acquisita notitia Dei naturalis demonstretur; tamen cum Photiniani utramque negent, ideo sufficit nobis contra Photinianos probare, quod sit aliqua naturalis Dei notitia, ex quocunque tandem principio ea oriatur, sive ex naturali instinctu sive ex creaturarum intuitu sive ex aliorum, qui naturam magistram unicam secuti sunt, relata.

Bewiset för werkligheten af en notitia insita hemtas ur Rom. I, 19 och II, 14, 15. samt ur följande rationibus: 1) ex connato sive omnibus mentibus impresso discrimine honestorum et turpium; 2) ex timore supremi numinis, naturaliter ex corde hominum prorumpente; 3) ex malae conscientiae pavoribus et bonae laetitia et securitate; 4) ex cruciatibus conscientiae ob patratum scelus . . . 5) ex unanimi omnium populorum consensu; 6) ex occulta omnium propensione ad aliquam religionem; 7) ex praeceptis morum ex naturae lumine exstructis.

Notitia acquisita bewises ur Rom. I, 20. Act. XVII, 27.

5) Quen. Veram esse notitiam Dei naturalem inde patet, quia apostolus eam diserte appellat ἀλήθειαν Rom. I, 18 etc. et cum addito: ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ, v. 25, quippe quae a prima veritate originem habet: ubi tamen distinguendum inter notitiam Dei naturalem in se et per se spectatam et quatenus conjunctam habet imperfectionem, rationis corruptionem et ad errores varios

proclivitatem. Illo modo spectata, vera est, hoc vero modo considerata ex accidente falsitate est permixta.

6) Calov. Imperfectio naturalis notitiae Dei quoad ea, quae in natura revelantur, et nullitas ejusdem quoad supernaturalia fidei mysteria.

Quen. Notitia Dei naturalis imperfecta est duobus potissimum modis: 1) respectu objecti plane incogniti, (quo pertinet evangelium, quod est mysterium a seculis absconditum) vel non plene cogniti, quo pertinet doctrina legis, quam homo ex principiis naturalibus ex parte tantum cognoscit; 2) respectu subjecti, Deum non satis constanter agnoscentis vel propter congenitam corruptionem de Deo subinde dubitantis. —

Chmn. sammanställer detta så: Vera loquendo aut nulla aut imperfecta aut languida est. Nulla, quia de gratuita promissione remissionis peccatorum nihil novit tota philosophia . . . Imperfecta, quia gentes aliquam tantum particulam legis noverunt. . . Languida, quia etiamsi impressum est humanis mentibus, esse Deum et praecipere obedientiam, juxta discrimen honestorum et turpium tamen assensio non tantum languida est, sed horrendis dubitationibus saepe excutitur.

Om innehållet af den genom lumen naturae möjliga kunskapen uttrycker sig Quen.: Non versatur h. l. controversia in eo: an homo naturaliter seu citra revelationem possit cognoscere τὸ τί ἐστι, quid et quis sit verus Deus secundum omnes divinae naturae proprietates. Et an possit penetrare naturaliter ejus providentiam et voluntatem specialem in gubernatione ecclesiae et hominum aeterna salute? Haec enim omnia et singula ex verbo revelato unice petenda sunt: sed an possit naturâ scire τὸ ὅτι, an sit, et in communi cognoscere, quod sit summum aliquod numen, causa omnium rerum in natura, justum, bonum, sanctum, colendum etc. adeoque an homo extra revelationem possit habere quasdam vero Deo competentes notitias aut quosdam veros de Deo conceptus, etsi in particulari illos male applicet v. gr. ad id quod vere Deus non est. —

Jemför wid denna sista sats anmärkningen af Grh. Distinguendum est inter conceptum Dei ex creaturis ab ethnicorum mente haustum, et inter conceptus istius applicationem: ille fuit legitimus, haec vero minime. Quamvis enim aeternam potentiam et divinitatem . . . ex libro naturae deprehenderint, tamen illa non recte applicarunt uni illi Jehovae, . . . sed eam vel animalibus irrationalibus, serpentibus, reptilibus etc. etc. tribuerunt . . . et siquidem ex proprio ingenio formam ac normam Deum colendi excogitarunt, ideo cordis sui idolum, non autem verum Deum coluerunt. —

Menniskan tillkommer således genom lumen naturae blott aliqualis de Dei ὑπάρξει, potentia, sapientia, bonitate et providentia notitia. Grh. Adimitur Dei cognitio hominibus, tum quoad notitiae naturalis integritatem, quia major ejus pars per peccatum ex mentibus deleta, tum quoad puritatem, quia

notitiae adhuc reliquae sunt valde obscurae, tum quoad singularem quorundam hominum pravitatem. —

7) Quen. Not. Dei naturalis ad salutem procurandam aut saltem damnationem arcendam sufficiens non est, nec ullus mortalium per eam solam vel ad salutem perductus fuit vel perduci potuit. Act. IV, 12. Rom. X, 18. Mrc. XVI, 16. Gal. III, 11. Eph. IV, 18. Gal. IV, 8. Eph. II, 12. —

Mel. Quamquam utcunque cognoscit, Deum punire sontes, tamen de reconciliatione nihil novit sine revelatione div. promissionis. —

8) Grh. Ante lapsum fulgebat in mente hominis, ad Dei imaginem conditi, clarissima quaedam lux divinae cognitionis, sed per lapsum et post lapsum horribiles tenebrae in mentem hominis sunt introductae, quibus non potest nisi ex luce verbi medela aliqua afferri. —

9) Chmn. Causae, quare Deus illam sui notitiam omnium hominum mentibus indiderit: 1) propter externam disciplinam, quam D. vult ab omnibus hominibus etiam non renatis praestari — 2) . . ut quaeratur Deus . . 3) ut reddat homines inexcusabiles.

Calov. Utilitas naturalis Dei cognitionis: 1) paedagogica, ad inquirendum verum Deum, qui se manifestavit per scripturam in ecclesia; 2) paedeutica, ad dirigendos mores ac externam disciplinam in et extra ecclesiam; 3) didactica, quae ad explicationem et illustrationem scripturae faciat, si sobrie adhibeatur.

Id. Usus hujus doctrinae (de cognitione Dei naturali), ut sciamus an, quid et quantum de Deo per naturam cognoscere possimus, ne vel negemus ea, quae in natura patefacta, vel nimium iisdem tribuamus: tum vero animo grato eam manifestationem agnoscamus ac quotidiana libri naturae evolutione naturalem notitiam excolamus, non vero supprimamus, aut abutamur eadem, quin debito modo naturae librum cum libro scripturae conjungamus, ac denique eorum quoque doctrina ac exemplo, qui inde edocti veritati virtutique studuerunt, tum confirmemur tum excitemur. —

10) Quen. Notitia Dei supernaturalis seu revelata est cognitio Dei unitrini, rerumque divinarum salvifica, e verbo Dei scripto hausta, quae ab initio ecclesiae viguit et ad salutem hominum ordinata est.

Chmn. Notitia Dei salvans, per quam consequimur vitam aeternam, revelata scil. per verbum, in quo Deus se et voluntatem suam patefecit. . . Ad hanc patefactionem Deus suam ecclesiam alligavit, quae sola Deum novit, invocat et celebrat, sicut se in hoc verbo manifestavit, ut et hoc modo vera et una Dei ecclesia ab omnium gentium religione discerneretur. —

§. 16. 1) Wißheten om Guds tillwaro.

Fastän Guds tillwaro wißerligen äfwen är gifwen i menniskans naturliga medwetande, och detta har en mängd af bewis för densamma [1]); så blifwer dock Guds tillwaro först fullkomligt wiß för oß genom Uppenbarelsen [2]).

§. 17. 2) Guds wäsende.

Äfwen insigten i Guds wäsende (quid sit Deus) winna wi företrädeswis af uppenbarelsen. Ty den Heliga Skrift gifwer oß i Guds namn, egenskaper och werk en beskrifning på honom sjelf [3]). Men med den ur denna beskrifning härflytande insigt måste wi äfwen åtnöja oß, ty wi weta om Guds wäsende ingenting mera och ingenting närmare, än den H. Skrift oß lärer. Wißerligen winna wi af henne ingen adequat och fullständig kunskap om Guds wäsende. Men en sådan öfwerstiger ock wår fattningsförmåga, såsom derföre äfwen den H. Skrift sjelf uttalar obegripligheten af det gudomliga wäsendet (1 Tim. VI, 16. 1 Joh. III, 2. Rom. XI, 32). Dock kunna wi nöja oß med den ur Skriften hemtade kunskapen, då wi alltid af henne erfara så mycket om Gud och hans wäsende, som är tillräckligt för wår salighet [4]).

Af det sagda inses, i hwilken mening en definition af Gud kan uppställas. I egentlig mening är ingen sådan möjlig, det är, det kan icke med ord uttryckas, hwad Gud efter sitt wäsende är, hwad han i sig sjelf är, emedan det icke kan bringas till fullkomlig föreställning (förnimmelse). Men en definition i widsträcktare mening kan dock præsteras; så wida nemligen på grund af den H. Skrift en beskrifning om Gud kan uppställas, efter hwilken wi kunna skilja honom på det bestämdaste ifrån andra wäsenden [5]).

På grund af denna, i den H. Skrift gifna beskrifningen kunna wi definiera honom såsom: essentia spiritualis infinita [6]).

1) Såsom sådana bewis anförer Grh. dem, som hemtas: 1) a moventium ordine; 2) ab efficientium serie; 3) ab entium gradu et connexione; 4) ex certa propter finem operatione; 5) ex naturali inclinatione.

2) Grh. Videri alicui poterat, quaestionem illam in ecclesia esse otiosam, cum omnibus notum et concessum sit, esse Deum, nec ulla gens tam barbara sit, quae Deum esse eundemque colendum esse, neget, licet quomodo colendus sit, ignoret adeoque omnibus naturaliter insita sit Dei notitia . . Sed nihilominus statuendum τὸ ὅτι s. quod sit Deus probandum esse: 1) ad eorum, qui Deum esse negant, confutationem; 2) ad fidei nostrae confirmationem (. . in gravibus et seriis tentationibus, inquit Chemnitius, omnes sumus vel Epicuraei vel Stoici; confirmandus igitur animus consideratione dictorum, quae testantur et esse Deum et providam rerum humanarum curam eundem gerere.); 3) ad naturalis notitiae perfectionem (. . cum enim naturalis Dei notitia sit imperfecta, et languida, utique ex verbo divinitus patefacto confirmanda, perficienda et adimplenda est). —

Calov. Quod Deus sit, singulae scripturae s. literae testantur, cum primis vero divina nomina, oracula et opera. —

3) Grh. Ad *συνωνυμίαν* pertinent divina nomina, quorum explicatione maxima pars doctrinae de Deo continetur, quia theologia nostra in hac vita fere tota est grammatica, unde quidquid de Deo agnoscere possumus, vocatur Dei nomen . . . Nomina Dei dicuntur generaliter vel specialiter. In generali et lata significatione dicitur Dei nomen, quidquid de Deo praedicatur, quo modo accipitur a veteribus, qui appellatione nominum etiam attributa sive proprietates complectuntur.

Quen. In quaestione quid sit Deus, consideranda primum sunt divina nomina, quorum alia vel ratione etymi vel ratione usus biblici essentiam divinam significant et vulgo essentialia dicuntur, ut Jehovah, Jah, Elohim; alia desumuntur ab attributis divinis, ut quando dicitur Deus omnipotens, justus, sapiens; alia ab effectis, ut cum appelletur creator, conservator etc. etc.

4) Chmn. Cum de Deo aliter non sentiendum sit, quam sicut se dato verbo revelavit: his quaestionibus (de essentia et voluntate Dei) praescribuntur certae metae, intra quas humana mens, de Deo cogitans, se continere debet. Non enim fiunt aliam ob causam periculosi in hoc articulo errores, quam quod vel status non recte constituitur vel quod curiositas hominum ulterius evagatur disputando, quam progredi fas est. . .

Seln. Dictum est, nos contentos esse debere descriptionibus Dei, quae a Deo ipso propositae sunt.

Id. Hilarius inquit: Hoc solum de Deo bene credi intelligimus, ad quod de se credendum ipse sibi et auctor et testis extitit. Quid igitur sit Deus simpliciter et quae sit Dei natura et substantia, sciamus definitione essentiali aut ratione aliqua dialectica aut ingenii humani acie constituere, imaginari, comprehendere et dicere neminem posse. Cum enim nec oculus viderit, nec auris audiverit, quae praeparavit Deus diligentibus se, quanto minus assequitur humanae mentis hebetudo ipsum Deum? Unde multi dicere soliti sunt, facilius posse definiri, quid Deus non sit, quam quid sit.

Så säger Grh. om majestas divina: Veritas div. nominum majestatem divinam exprimit. Cum enim divina majestas non possit ob summam perfectionem plane a nobis cognosci, ideo tot nomina div. in scripturis nobis proponuntur, ut ex illis ad aliquam tantum div. majestatis cognitionem perducamur.

Br. Fatendum est, quod in hac vita essentiae divinae quidditativam, propriam et adaequatam rationem cognitam et perspectam non habeamus: ex parte enim tantum cognoscimus. —

5) Så frågar redan Chmn. i likhet med Scholastikerna, och swarar så: Si definitio debet explicare essentiam definiti, ita ut mentem quasi in rem praesentem ducat, quomodo poterit Deus definiri? . . Sed responsio facilis est: omnino verum est de notitia Dei in hac vita illud (1 Cor. XIII, 12.) "per speculum in aenigmate cognoscimus" et ideo in definitione dicitur immensae sapientiae et potentiae, i. e. Deus plus est, quam nos vel cogitare vel eloqui possimus . . . Nos vero in investiganda definitione non scrutamur illa arcana essentiae et voluntatis Dei, quae nobis ignota esse voluit: sed ex patefactione ipsius Dei colligimus brevem summam, quantum nobis in verbo suo de sua essentia et voluntate revelavit. Et quia omnino vult Deus ita cognosci et invocari, sicut se patefecit, tenenda est aliqua descriptio Dei, ad quam mens in invocatione se referat. . . . Est ergo aliquid nomen Dei occultum et absconditum, quod scrutari non licet. Est tamen etiam nomen Dei patefactum, quod vult agnosci, narrari, celebrari et invocari. —

Grh. skiljer derföre: 1) inter perfectam definitionem, quae ad *ἀκρίβειαν* praeceptorum logicorum exacte congruit et ex scripturis petitam qualemcunque descriptionem; 2) inter cognitionem et comprehensionem, *γνῶσιν καὶ κατάληψιν*. Illud comprehenditur, quod perfecte cognoscitur, perfecte cognoscitur, quod tantum cognoscitur, quantum est cognoscibile. Deum quidem cognoscimus sed non comprehendimus, i. e. non perfecte cognoscimus, quia est infinitus. Ubi tamen notandum, cognitionem ex verbo Dei petitam dici perfectam, tum ratione finis, quia est ad salutem sufficiens, tum comparate respectu notitiae naturalis, quae est admodum obscura et imperfecta; 3) inter cognitionem Dei in hac et altera vita . . . Intuitiva definitio est omnium perfectissima, jam vero Deum in futura vita videbimus a facie ad faciem . . . Definitio *ὀνοματώδης* dari potest, *οὐσιώδης* vero minime.

Calov. skiljer i lika mening mellan definitio prout rigorose accipitur, och definitio prout *ὡς ἐν πλάτει* adhibetur.

Omöjligheten af en definition i egentlig mening bewisar Grh.: 1) ex generis defectu. Quidquid destituitur vero et proprio genere logico, illud definiri nequit, quia genus est essentialis definitionis pars. Deus non habet verum et proprium genus logicum; quia si tale genus obtineret, illud univoce essentialiter et aequaliter de Deo et creaturis praedicaretur, quod fieri nequit, quia Deus utpote creator et creatura infinito intervallo inter se distant neque quidquam est, quod aequaliter de utroque praedicari possit; 2) ex Dei perfectione. D. est summum ens, ideo non habet aliquod

superius, jam vero quidquid proprie definitur, id per prius definitur . . . 3) ex sufficienti enumeratione: si D. proprie definiri posset, illa foret vel essentialis vel causalis definitio. Essentialis esse nequit, quia illa constat genere et differentia specifica. Jam vero D. non habet univocum aliquod genus cum reliquis entibus, nec simplicissima ejus essentia ex genere et differentia est composita. Causalis definitio itidem esse nequit, quia D. est omnium rerum causa, sed Dei nulla datur causa.

6) Så somliga, t. ex. Calov, Quenstedt, König, under det andra, såsom Br., Holl. definiera: D. est ens spirituale a se subsistens, vel brevius: D. est spiritus independens.

De enskilda uttrycken blifwa widare på följande sätt förklarade: 1) Intelligitur nomine essentiae illud, quod primo in Deo concipitur, et per quod Deus ab aliis rebus omnibus adaequate distinguitur, quodque nostro modo concipiendi principium et radix est omnium perfectionum, quae Deo per modum proprietatum tribuuntur (Br.)

2) Quen. Conceptus communis est essentia spiritualis. Nam essentiae nomen commune est Deo et creaturis, quamquam Deo principaliter et independenter conveniat, creaturis secundario et per dependentiam. Nomen quoque spiritus de Deo et angelis itemque animabus hominum analogice praedicatur. (Skilnaden, som äger rum, då de båda begreppen brukas om Gud eller om creaturen, angifwes ännu närmare uti deßa satser: essentia, substantia, spiritus et consequenter reliqua attributa, quae Deo et creaturis simul tribuuntur, de Deo et creaturis rationalibus non συνωνύμως, univoce, nec ὁμονύμως, aequivoce, sed ἀναλόγως, analogice predicantur, ita ut Deo πρώτως et absolute, creaturis δευτέρως et per dependentiam conveniant, quae analogia proprie dicitur attributionis intrinsecae. — Univoce proprie et stricte loquendo conveniunt, quae et nomen et rem nomine illo denotatam communem habent aequaliter, nulla ob dependentiam unius ab altero inaequalitate interveniente. Aequivoce conveniunt, quae nomen habent commune sed non rem nomine significatam. Analogice conveniunt, quae et nomen et rem, nomine designatam, communem habent sed inaequaliter, cum nomen et res alteri πρώτως et absolute, alteri δευτέρως et per dependentiam conveniat.)

3) Conceptum vero proprium exprimit praedicatum infiniti, hoc ipso enim distinguitur Deus, utpote spiritus infinitus ab angelis et animabus hominum seu spiritibus finitis, hacque infinitate sua Deus omnes essentiae terminos respuit, ita ut nec tempore nec loco nec ulla re alia finiri possit sed sua natura et essentia actu simpliciter per se et absolute sit infinitus. Nec propterea Deus compositus redditur, quia in ipso conceptum communem et proprium cogitamus. Haec enim rationis tantum est distinctio, non realis. (Infinitus est D. non ratione quantitativae extentionis, cum omnis quantitatis expers sit, sed ratione essentiae et perfectionis.)

Independensen blifwer af Br. så förklarad: per hoc enim sicut D. ab aliis rebus omnibus adaequate distinguitur; ita nihil est, quod in Deo, tanquam proprium et determinatum conceptum, prius con-

cipere possis, quam quod non sit ab alio adeoque a se et necessario existet. — Skriftbewis: Es. XLIV, 6. cf. Es. XLI, 4. Ap. I, 17. —

Den mera populära definitionen af Gud (definitio Dei nominalis) lyder så: Nomine Dei intelligitur ens primum, quod a se et caeterorum causa est, quodque omnia conservat et gubernat; hwarwid Holl. anmärker: Experiuntur in se homines viatores omnes, quod Deum non aliter concipiant aut concipere possint, quam in ordine ad res creatas, ut ens primum, quod a se et ceterorum entium omnium causa est et omnia conservat et gubernat; vel ut ens omnium excellentissimum, quo nihil melius, nihil perfectius esse aut cogitari potest. — —

De ibland DD., hwilka icke uti något serskildt locus afhandlade Guds egenskaper, upptaga deßa alla tillika med triniteten uti definitionen på Gud: Mel. D. est essentia spiritualis, intelligens, aeterna, verax, bona, pura, justa, misericors, liberrima, immensae potentiae, et sapientiae, Pater aeternus, qui filium imaginem suam ab aeterno genuit et filius imago Patris coaeternus et spiritus s. procedens a patre et filio. Äfwen sednare DD. höllo det för nödwändigt, att äfwen låta triniteten ingå i definitionen på Gud; så säger Calov: Qui non addunt mentionem trium personarum in descriptione Dei, eam nequaquam genuinam aut completam sistunt, quum sine iisdem nondum constet, quisnam sit verus Deus. Jemför deremot §. 19. not. *.

§. 18. 3) Guds egenskaper.

Läran om Guds egenskaper innehåller ingenting annat, än den närmare beskrifning på det Gudomliga wäsendet, som den H. Skrift gifwer oß [1]). Egenskaperna böra derföre icke tänkas såsom något till Guds wäsende ytterligare tillkommet, hwilket äfwen skulle kunna bortfalla, utan att derföre just förändra Guds substans [2]). Utan med dem beskrifwa wi blott det Gudomliga wäsendet efter sina serskilda kännetecken, då wi icke förmå att annorlunda än så uppfatta detsamma (propter conceptus nostri infirmitatem variis modis distinguuntur). Deraf följer tillika, att egenskaperna böra tänkas oföränderliga och städse från Guds wäsende oskiljaktiga.

Kunskapen om de Gudomliga egenskaperna winna wi wäl, såsom redan sagdt är, i allmänhet genom den Heliga Skrift. Men uti densamma äro de dock framstälde dels blott på ett populärt sätt, dels alldeles icke i den afsigt, att förhjelpa oß till ett systematiskt lärobegrepp af de Gudomliga egenskaperna. För att komma till ett sådant, äro wi derföre hänwisade på en annan wäg. Men en riktig

och fullständig anordning af de Gudomliga egenskaperna skola wi erhålla, om wi, utgående ifrån den satsen, att Gud är det fullkomligaste wäsende, söka att uppräkna alla hans fullkomligheter; emedan Guds egenskaper icke äro något annat än beskrifningen på detta det fullkomligaste wäsende. Men deßa fullkomligheter skola wi på treggehanda sätt finna: 1) Derigenom, att wi uttala om Gud i högsta mening alla de fullkomligheter, hwilka wi warseblifwa hos creaturen; alldenstund ingen fullkomlighet, hwilken wi finna hos creaturen, kan saknas hos honom.

2) Derigenom, att wi tänka oß alla de ofullkomligheter borta ifrån Gud, hwilka wi finna hos de skapade warelserna, då på inget sätt något ofullkomligt kan utsägas om honom, och att wi deremot tillägga honom de till deßa ofullkomligheter motsatta fullkomligheter.

3) Derigenom, att wi tillägga honom alla de fullkomligheter, om hwilka wi wid betraktandet af Guds werk och werkningar måste säga, att han måste besitta dem, hwilken sådant förmår att skapa och att werka. — Således äro viae eminentiae [4]), negationis [5]), och causalitatis [6]), de genom hwilka wi förmå komma till en mera omfattande kännedom af de gudomliga egenskaperna.

De på deßa wägar funne egenskaperna kunna på åtskilliga sätt indelas. De wanligaste indelningarne äro 1) i positiva och negativa (illa sunt, quae terminis affirmationis perfectionem aliquam de Deo enunciant; hae sunt, quae terminis negativis imperfectionem quandam a Deo removent. Br.) 2) I sådana, hwilka beskrifwa Gud, såsom han i sig är; och sådana hwilka beskrifwa honom i hans förhållande till werlden. a) Attributa ἀνέργητα, quiescentia (quae non sunt ordinata ad aliquos actus), immanentia, absoluta, quae essentiam divinam describunt absolute et in se, citra respectum ad operationem atque adeo ad nullum actum ordinantur; b) Attributa ἐνεργήτικα, operativa et ad extra se exserentia, respectiva, quae essentiam divinam describunt respective, respectu operationis, atque adeo ad certos actus ordinata esse cognoscuntur [7]). Wi följa den första indelningen, och sammanställa Guds egenskaper på följande sätt:

Br. I. **Negativa** sunt: unitas, simplicitas, immutabilitas, infinitas, immensitas, aeternitas.

1) **Unitas**, attr. Dei, quo essentiam divinam singularissimam non indivisam tantum sed et indivisibilem

atque per quandam sui multiplicationem incommunicabilem concipimus. (Holl.) — Unitas Deo competit cum absolute accepta, quae dicit essentiam Dei indivisam; tum exclusive, qua Deum tanquam unicum cognoscimus, praeter quem non sit Deus alius. Deut. VI, 4. VI, 35. 2 Reg. XIX, 19. [8]).

2) Simplicitas absoluta, per quam Deus ab omni compositione (ex materia et forma, ex partibus integrantibus, ex subjecto et accidente, ex natura et subsistentia) vera et reali liber est. Ex. III, 14.

3) Immutabilitas in eo consistit, quod D. nulli mutationi neque secundum esse (qua ratione est immortalis et incorruptibilis Rom. I, 23. 1 Tim. I, 17. VI, 16.) neque secundum accidentia (Jac. I, 17.) nec secundum locum (Jer. XXIII, 24.) nec secundum voluntatem et propositum (Num. XXIII, 19. Prov. XIX, 21. Mal. III, 6.) est obnoxius [9]).

Immutabilitas est perpetua essentiae divinae et omnium ejus perfectionum identitas, negans omnem omnino motum cum physicum tum ethicum. Quen.

4) Infinitas, quatenus essentia Dei nullis terminis (nec temporis nec loci nec ullius rei alius (continetur. Ps. CXLV, 3.

5) Immensitas D. in eo consistit, quod essentia divina non potest ullis locorum terminis mensurari aut includi. Jer. XXXIII, 24. 1 Reg. VIII, 27.

Immensitas est ubietas interminabilis, qua D. non potest non essentia sua ubique esse. Quen. Hăraf főlja:

a) potentia illocaliter adessendi omnino ubi,

b) (ubiquitas et) omnipraesentia, qua Deus omnibus creaturis actu adest. (Holl.) [10]).

6) Aeternitas, absolute sic dicta (non enim accipitur pro tempore diuturno) significat existentiam seu durationem Dei permanentem sine principio et fine, omnique successione aut vicissitudine. Ps. CII, 28. XC, 2. Gen. XXI, 33. Es. XL, 28. 1 Tim. I, 17. Ap. I, 4 et 8. XI, 17. XVI, 5.

II. Attr. positiva: Vita, scientia, sapientia, sanctitas, justitia, veracitas, potentia, bonitas, perfectio.

1) Vita. Quen. Attr., quo essentia divina se semper actuosam demonstrat [11]).

2) Scientia. Quen. Qua ipse uno simplici et aeterno intelligendi actu omnia scit, quaecunque fuerunt,

sunt et erunt, aut etiam ulla ratione esse possunt. Nec tantum absolute sed etiam conditionate futura sive possibilia. 1 Sam. II, 3. 1 Joh. III, 20. 1 Reg. VIII, 39. Ps. VII, 10. XXXIV, 15. CXXXIX, 1. Prov. XV, 3.[12]).

3) Sapientia Dei importat exquisitissimum Dei consilium, quo causas et effectus omnes modo plane admirabili disponere et ordinare novit ad finem suum. Hiob. XII, 13. XXVIII, 20. 1 Tim. I, 17. Rom. XI, 33. (Br.)[13]).

Omnisapientia Dei est, qua ipse omnia illa, quae captum judicii humani et angelici infinities transcendunt, modo perfectissimo penetrat. Quen.

4) Sanctitas, qua omnia quae recta atque bona sunt, aeternae suae legi conformiter vult. Deut. XXXII, 4. Ps. XCII, 16. Levit. XI, 44. 1 Ptr. I, 15.[14]).

Sanctitas Dei est summa omnisque omnino labis aut vitii expers in Deo puritas, munditiem et puritatem debitam exigens a creaturis. Quen.

5) Justitia. Est summa et immutabilis voluntatis divinae rectitudo, a creatura rationali, quod rectum et justum est, exigens. Quen.

Justitia est attr. div. ἐνεργητικὸν, vi cujus Deus omnia, quae aeternae suae legi conformia sunt, vult et agit (Ps. XCII, 16.), creaturis convenientes leges praescribit (Ps. XIX, 8.), promissa facta hominibus implet (Es. XLV, 33.) bonos remuneratur (Rom. II, 5—7. 2 Thss. I, 6. 7.) et impios punit. (Ps. CXIX, 137. Rom. I, 32. Act. XVII, 31. 2 Thss. I, 6. Rom. III, 8. 25.) Holl.

6) Veracitas, per quam Deus constans est in dicendo vero et promissis servandis. Num. XXIII, 19. Hbr. VI, 18.

7) Potentia. Attr. div., quo Deus efficere potest omne, quod fieri possibile est et in Deo nullam importat imperfectionem. Holl.

Potentia est, qua D. independenter per essentiae suae aeternam actuositatem facere potest omnia in universum, quae contradictionem non involvunt. Mtth. XIX, 26. Luc. I, 37. XVIII, 27. Eph. III, 20.[15]).

8 od) 9) Bonitas Deo competit cum absolute et in se, quae est ejus perfectio, seu essentia Dei, quatenus in se continet omnes perfectiones (Mtth. V, 48. Luc. XVIII, 19.) vel formaliter vel eminenter: tum respe-

ctive seu in relatione ad creaturas, quibus Deus bonus est, quatenus efficienter producit omnem bonitatem creatam (Act. XVII, 25, 28. Jac. I, 17. 1 Cor. IV, 7.) idque juxta perfectionem suam, velut ideam aut exemplar perfectionis creatae; allicit quoque aut movet in sui tanquam summi boni amorem ac desiderium [16]).

1) Quen. Sunt attributa nihil aliud, quam conceptus essentiae divinae inadaequati, ex parte rei ipsam essentiam involventes, eandemque intrinsece denominantes. — Quia intellectus noster finitus infinitam et simplicissimam Dei essentiam uno conceptu adaequate concipere nequit, ideo distinctis et inadaequatis conceptibus essentiam divinam inadaequate repraesentantibus, eandem apprehendit, qui conceptus inadaequati dicuntur affectiones et attributa Dei; affectiones quidem, quod essentiam divinam afficiant et denominent; attributa, quod ab intellectu nostro eidem attribuantur. . .

Holl. Attributa Dei dicuntur perfectiones, quia essentiam Dei perfectissime declarant.

2) Chmn. In Deum non cadit accidens . . et intelligitur accidens, quod potest vel amitti vel potuit substantiae prius existenti advenire vel potest recedere manente substantia.

Calov. Nequaquam attributa accidentalia sunt, sed a parte rei sunt ipsa Dei essentia, sub alio atque alio considerandi modo vel respectu spectata, eo nomine dici quandoque solent essentialia. Si enim accidentia essent, novam entitatem ac perfectionem adderent et essentia Dei per se non foret perfecta. Si per modum accidentium Deo convenirent, non esset Dei essentia prorsus immutabilis, quippe accidentibus obnoxia.

Quen. Attributa divina ante omnem intellectus nostri operationem revera et proprie sunt in Deo, nec tamen accidentia sunt nec per modum inhaesionis aut compositionis de Deo praedicantur. Och detta förklaras närmare genom följande: Attributa divina non notant aliquid essentiae divinae superadditum, sed sunt tantum inadaequati conceptus essentiae infinite perfectae. Est essentia divina instar incomprehensibilis infinitarum perfectionum omnium oceani, ad quem uno simplicique conceptu exhauriendum, non sufficit intellectus humanus, ideoque conceptibus variis sorbillatim quasi haurit aliquid ex illa infinitate. — Attributa divina implicant ipsam essentiam divinam, quam modo cum hac, modo cum alia perfectione apprehendimus, ac si essentiam ipsam in plures conceptus distribueremus, eandem essentiam inadaequate repraesentantes, quandoquidem intellectus noster finitus infinitas ejus perfectiones simul distincte cognoscere nequeat.

Deraf följer den satsen: (Grh.) Attributa divina in se ac per se considerata sunt realiter et simplicissime unum cum div. essentia. — Cal. Si realiter differrent ab essentia, more accidentium, daretur in Deo compositio; et cum accidentia natura sint posteriora essentia, prius ac posterius ordine naturae in Deo

locum haberet, quae ἄπιστα. Si distinguerentur realiter, non in abstracto praedicarentur de Deo, qui dicitur in abstracto veritas, vita, caritas. Si potentia differret ab essentia Dei, non esset Deus αὐτεξούσιος, non a se ipso esset potens, sed ob potentiam essentiae superadditam.

Likwäl är det werkligen en åtskilnad emellan essentia och attributa, ty annars kunde man icke tala serskildt om essentia och attributa. Denna angifwer Quen. så: Attributa Dei essentialia neque ab essentia divina, neque inter se realiter aut ex natura rei, ut res plane diversae aut unius ejusdemque simplicis rei duae pluresque quidditates aut diversi modi, sed ratione tantum distinguuntur.

En åtskilnad ex natura rei wore det, om de woro serskilda ting, ss. corpus et anima; men en åtskilnad ex ratione är: quod distincte solum concipitur, cum in re ipsa distinctum non sit. Holl. uttrycker så denna åtskilnad: Attributa div. ab essentia divina et a se invicem distinguuntur non nominaliter neque realiter, sed formaliter, secundum nostrum concipiendi modum, non sine certo distinctionis fundamento. Neml. icke nominaliter, quia attributa divina distinctos inferunt conceptus. Ergo plus quam nominaliter differunt. Icke realiter, emedan essentia divina är simplicissima, omnis realis compositionis expers. Men formaliter etc. emedan werkningarne af de enskilda egenskaperne blifwa af oß serskildt uppfattade, fastän de i det Gudomliga Wäsendet icke såsom serskilda framstå.

3) Grh. Inesse Deo (attributa) inseparabiliter; ut enim ἀδύνατον est, essentiam rei ab ipsa re separari, ita quoque attributa a Deo separari nequeunt, cum sint ipsa Dei essentia.

4) Holl. Via eminentiae, qua, quidquid in creaturis maxime perfectum deprehendimus, Deo modo eminentissimo tribuimus vi principii natura notissimi: quidquid est in effectu, praeexistit in causa. Ex quo colligimus, omnes perfectiones, quae sunt in creaturis, esse in creatore vel formaliter vel eminenter. Nempe relucent in creaturis quaedam perfectiones absolute et simpliciter tales, quae in suo conceptu formali nullam involvunt imperfectionem, sed sunt meliores, quam creaturae ipsae. Sic animadvertimus in hominibus, creaturarum visibilium praestantissimis, potentiam intelligendi et volendi, sapientiam, bonitatem, justitiam etc. Quae perfectiones Deo formaliter et quidem modo excellentissimo insunt.

Under det här således tillegnas Gud fullkomligheter, hwilka i wiß mening äfwen tilläggas ett kreatur, gör Grh. härwid den dubbla anmärkningen: 1) att det wäl bör besinnas, att desamma på ett härledt sätt tillkomma menniskan, men Gud ursprungligen: De Deo praedicantur essentialiter, ἐξοχίκως, adeoque plane singulariter, de creaturis quibusdam accidentaliter et per quandam participationem ac similitudinem: de Deo praedicantur in abstracto, de creaturis tantum in concreto. Bonitas Dei non solum essentialiter Deo competit, et est ipsa Dei essentia, sed est causa et regula bonitatis in homine. 2) Att desamma egenskaper, hwilka hos menniskor uttrycka en affect, då de äfwen tilläggas Gud, icke utwisa en kreaturlig swaghet eller föränderlighet, just i följd af den grundsats: quaecunque a creaturis transfe-

runtur ad Deum, repurganda prius sunt ab omnibus imperfectionibus ac tum demum id, quod perfectum est, Deo attribuendum. — Nec affectus illi, quos scriptura Deo tribuit, ullam essentiae divinae mutabilitatem arguunt, quae enim dicuntur ἀνθρωποπαθῶς, intelligenda sunt θεοπρεπῶς.

Chmn. Etsi quaedam de Deo dicuntur temporaliter, relatione ad creaturas et sic secundum accidens: tamen in illis non exprimitur mutatio quaedam, quae in div. essentia facta sit, sed factam in creaturis mutationem relativa illa nomina Deo attributa exprimunt.

5) Holl. Via negationis, qua a Deo removemus, quidquid in creaturis imperfectionem implicat, eique oppositam perfectionem attribuimus, juxta principium naturae omnibus obvium: quod summe perfectum est, ei nullus inest defectus. Hoc principium naturae subnixi Deum vocamus independentem, infinitum, incorporeum, immensum, immortalem, incomprehensibilem.

6) Holl. Via caussalitatis, qua ex effectis causam efficientem primam, e creaturis creatorem, ex ornatissima sapientissimaque hujus universi gubernatione conservatorem et gubernatorem cognoscimus. Argumentum hic petitur ab axiomate evidentissimo: effectus testatur de causa, ejusque perfectione. NB. Utom hos Grh. finne wi denna sedan Dionys. beträdda wäg wäl blott liksom i förbigående anmärkt, och Holl. betecknar den deßutom såsom sådan, att på densamma en notitia Dei naturalis kan blifwa wunnen. Men wi kunne dock med allt fog anwisa densamma detta rum. Ty så litet det äfwen kan sättas i fråga, att uppenbarelsen gifwer oß en tydligare, mera omfattande kännedom af de Gudomliga egenskaperna, än den naturliga kunskapen lärer oß; så kunna wi dock anse oß i hwad de Gudomliga egenskaperna beträffar icke på det sätt hänwisade till den Heliga Skrift, att wi böra blott ur henne låta uppräkna för oß de enskilda egenskaperna; utan wi måste ock ur henne kunna fatta ett sådant begrepp om det Gudomliga Wäsendet, hwarur wi förmå att härleda egenskaperna, och således kan äfwen ifrån uppenbarelsens ståndpunkt denna tredubbla wäg af eminentiae etc. beträdas.

7) Grh. uppräknar flera indelningar: 1) quaedam attributa praedicantur de Deo et creaturis simul, qualia sunt, quibus res, quae in creaturis accidentia sunt, in Deo autem substantiae significantur, ut quando Deus dicitur bonus, sapiens: quaedam vero de Deo solo praedicantur, qualia sunt, quibus res, quae soli Deo competunt, explicantur, ut quando Deus dicitur aeternus, infinitus; 2) quaedam attr. de Deo dicuntur proprie, ut quod sit bonus, sapiens etc. etc., quaedam improprie et figurate, quando per ἀνθρωποπάθειαν membra et affectus humani illi tribuuntur; 3) quaedam de Deo dicuntur in abstracto, ut quando dicitur vita, bonitas, veritas; quaedam in concreto, ut quando dicitur vivens, bonus, verax; 4) quaedam sunt interna ut infinitas, aeternitas, spiritualitas: quaedam externa eaque vel inimitabilia, ut omnipotentia etc. etc. vel imitabilia; 5) quaedam conveniunt Deo ab aeterno, ut quod sit infinitus, quaedam in tempore, quod sit creator et conservator, quae omnia σχητικὰ et relativa

non aliquam in Deo ipso mutationem in tempore factam arguunt, sed novum opus ab ipso productum et in creaturis mentionem factam esse denotant. —

Ett större antal af egenskaper bruka de anföra, hwilka indela dem i attr. immanentia och ad extra sese exserentia, Calov uppräknar följande: I. Immanentia consequuntur vel essentiam vel infinitatem vel spiritualitatem. Till essentia höra: perfectio Dei (majestas et beatitudo), unitas (simplicitas), veritas (immutabilitas), bonitas, sanctitas. Till infinitas höra: immensitas — aeternitas. Till Spiritualitas: immortalitas — vita (intellectus, voluntas). — II. Ad extra se exserentia: omnipotentia — omniscientia — gratia — justitia — veracitas — omnipraesentia. —

8) Holl. Unus dicitur D. non specie sed numero, quia est ens singularissimum, non tantum in se indivisum sed et indivisibile, ob summam essentiae divinae simplicitatem: quia in Deo nulla datur compositio.

Grh. är den ende, som icke betraktade unitas såsom någon egenskap, utan såsom en bestämning af det Gudomliga Wäsendet. — Huru unitas Dei förhåller sig till trinitas, se in loc. de trinitate.

9) Grh. Num vero creationis opus Deum mutavit vel mutabilem fecit? Minime vero, quod enim in tempore fecit, id ab aeterno immutabili sua voluntate decrevit. —

10) Grh. Immensitas et essentialis Dei omnipraesentia ita intelligenda est 1) quod Deus non tantum virtute et efficacia nec tantum visione et scientia, sed etiam tota et individua sua essentia sit omnibus rebus praesens, neque enim tantum potentia et scientia sed etiam essentia est immensus et infinitus; 2) quod Deus sit ubique praesens, non συνεκτῶς, ut comprehendatur sed συνεκτικῶς, ut comprehendat et contineat omnia, non περιεκτῶς, et περιγραπτῶς sed περιεκτικῶς. Scholastici dicunt, Deum esse ubique non localiter sive circumscriptive . . . . nec definitive . . . sed repletive, quod tamen non intelligendum est crasso et corporeo modo, quod Deus ita repleat omnia loca, sicut corpus, quod locum suum eo modo replet, ut impediat, ne in loco, quem occupat, aliud corpus locetur, sed modo divino, quod Deus nullo loco conclusus omnia loca propter essentiae suae immensitatem contineat; 3) quod Deus ubique praesens sit non per essentiae suae multiplicationem, est enim ὅλος ὅλον τι, ens simplicissimum ac proinde, ubicunque est, totus est, nec per essentiae suae divisionem . . . . . nec per extensionem et rarefactionem . . . . . . nec per commixtionem . . . . . 4) quod Deus ubique praesens sit sua essentia non subjective sicut accidens inhaeret subjecto, quia Deus nec compositus est, nec in compositionem venire potest . . . . . sed effective ut principium et causa praesto est rei, quam efficit; Deus enim loco non continetur, sed ipse potius dat loco et rebus, quae sunt in loco, suum esse. Est praesentia a) illocalis, b) impartibilis, c) rationi nostrae incomprehensibilis, d) efficax et operosa, e) omnia instar minutissimi puncti in se continens.

Holl. Omnipraesentia Dei est attributum divinum ἐνεργητικόν, vi cujus Deus non tantum substantiae propinquitate, sed etiam

efficaci operatione omnibus creaturis adest. — Praesentia divina stylo biblico et sensu complexo, duo infert: 1) ἀδιαστασίαν sive substantialem adessentiam Dei ad creaturas; 2) ἐνεργείαν, sive efficacem operationem. Duo itaque probanda hic sunt: a) Deum ratione substantiae ubique adesse; b) ad plenam et accuratam praesentiae divinae definitionem etiam efficacem Dei operationem, ceu partem definitivam, praelucente s. scriptura requiri.

11) Quen. Est Deus vita 1) essentialiter. Est enim αὐτόζωος, habens vitam ἐν ἑαυτῷ (Joh. V, 26) i. e. in se ipso et per se ipsum, sua natura et essentia; 2) ἐνεργητικῶς, effective, quia omnibus vivendi causa est et origo, seu est vita omnium viventium, non formaliter, sed causaliter. (Act. XVII, 28. Deuter. XXXII. 39.)

12) Quen. Licet scientia Dei una sit et simplex, neque in partes aut species dispesci possit, ratione tamen objectorum varie distingui solet et I) quidem in naturalem seu simplicis intelligentiae, et liberam seu visionis. Illa, quae etiam abstractiva et indefinita dicitur, est, qua Deus se ipsum novit et non tantum ea, quae sunt, fuerunt aut futura sunt, sed et cuncta possibilia, quae scil. fieri et esse possunt, licet nunquam fiant aut futura sint, imo et ea, quae impossibilia sunt, cognoscit. Haec scil. scientia liberae visionis, quae et intuitiva et definita vocatur, est, qua Deus intuetur omnia, tanquam praesentia, videt se ipsum in se ipso, et res alias omnes, quae exstiterunt aliquando, vel nunc existunt, vel vere extiturae sunt, tum in se tanquam in causa universali, tum in causis suis proximis, tum in se ipsis. Scholastici tertiam adjungunt, eamque mediam faciunt, qua cognoscere dicunt Deum ea, quae existere possunt, posita quadam conditione, sive quid creaturae liberae essent facturae, si cum his vel illis conditionibus crearentur, vel operari sinerentur. Naturalis praecedit omnem liberum voluntatis actum. Libera sequi dicitur actum voluntatis liberum; media praecedere quidem actum voluntatis, sed ita, ut ex hypothesi tantum illius aliquid futurum videat.

13) Icke som en serskild egenskap, såsom många DD., utan som ett bihang till Sapientia, bedömmer Br. läran om voluntas Dei, såsom den, hwarur attributerne sanctitas, justitia och veracitas härflyta.

Holl. Voluntas div. est ipsa essentia divina, quatenus concipitur per modum potentiae, bonum ab intellectu cognitum appetentis et malum aversantis.

Den Gudomliga wiljans natur blifwer närmare beskrifwen genom följande:

Br. Voluntas Dei distinguitur in naturalem et liberam. Illâ dicitur Deus velle, quod non potest non velle. Hâc velle dicitur, quod etiam posset non velle, aut velle oppositum. Priore ratione se ipsum, posteriore ratione res creatas velle dicitur.

Holl. Obj. Necessitas volendi et amandi se ipsum, videtur quaedam in Deo esse imperfectio, tum quia similis est modo operandi

randi agentium naturalium, qui imperfectus est, tum etiam, quia libertas est major perfectio, quam necessitas. Resp. Triplex est necessitas in agendo. Una violenta, quae est ab extrinseco. Altera naturalis, quae quidem est ab intrinseco, sed inanimata, vel saltem irrationalis. Utraque est imperfecta. Tertia est naturalis, vitalis et summe voluntaria. Haec magna perfectio est. Et talis necessitas volendi atque amandi est in Deo respectu summi et infiniti boni. Immo haec necessitas est perfectior, quam libertas opposita.

Br. Voluntas Dei libera distinguitur 1) in efficacem et inefficacem. Efficax dicitur, qua Deus aliquid vult, tanquam efficiendum. Inefficax, qua Deo aliquid placet secundum se, licet non intendat illud efficere. Efficax voluntas porro dividitur in absolutam, qua Deus aliquid vult sine conditione; et conditionatam, qua vult aliquid sub conditione; 2) in absolutam, qua vult aliquid, potentia sua absoluta, seu ad causas secundas non alligata, efficiendum; et ordinatam, qua vult aliquid, sua ordinata, seu ad causas secundas ac certum ordinem mediorum a se institutum alligata, potentia efficiendum; 3) in primam seu antecedentem, qua vult aliquid ex se solo, seu ex nativa sua inclinatione praecise, nec dum habita ratione circumstantiarum: et secundam, seu consequentem, qua aliquid vult, consideratis circumstantiis, seu intuitu alicujus causae aut conditionis, ex parte creaturae, cui aliquid vult, spectatae.

Occurrit etiam a) distinctio voluntatis divinae in voluntatem signi et beneplaciti. Illa dicitur, quando effectui aut objecto voluntatis divinae tribuitur nomen voluntatis; scilicet tanquam signo alicujus voluntatis in Deo. Haec denotat actum ipsum divinae voluntatis, quo aliquid vult. Unde patet, distinctionem esse analogicam. Cavendum autem, ne voluntatem signi talem fingas, cui voluntas beneplaciti, quam signum ex instituto significare debet, repugnet. —

14) Holl. Deus sanctus est 1) independenter et per essentiam: creaturae dependenter, et per qualitatem essentiae superadditam; 2) immutabiliter, siquidem sanctitas Dei haud perinde, ac creaturae, deficere, aut vicissitudinem subire potest. Jac. 1, 17; 3) efficienter, quia omnis sanctitatis auctor est, 1 Thess. V, 23; 4) exemplariter, quoniam sanctitas Dei est exemplar omnis sanctitatis, quod sancti Dei filii perpetuo intueantur et imitentur. Quam imitationem pater coelestis ab ipsis exigit, Lev. XI, 44. Conf. Lev. XIX, 2. 1 Petr. I, 16; 5) objective, quia sanctitas Dei sancte a nobis est agnoscenda et celebranda. Es. VI, 3.

15) Quen. Objectum omnipotentiae divinae sunt non tantum ea, quae Deus vult facere, sed et ea, quae ullo modo possibilia sunt, adeoque omnia illa, quae contradictionem non involvunt, qualia sunt 1) illa, quae nullam entis rationem habere possunt. Sic Deus factum infectum facere nequit; 2) ea, quae vitium aut defectum inferunt, ut posse mentiri, peccare, mori. Talia enim facere posse non potentiae, sed impotentiae argumentum est. —

Potentia Dei non est sejuncta a potestate divina; δύναμις ab ἐξουσία, ut volunt Calviniani; utut enim haec distincte concipi possint, et in aliis extra Deum sejuncta saepe sint, in Deo tamen sunt conjunctissima et reipsa unum et idem. —

Unica quidem est divina potentia, ob diversos tamen respectus distingui potest in absolutam, qua Deus quicquid esse potest, efficere etiam absolutissime potest; et ordinariam, quam solita Universi gubernatio ostendit. Illa potest Deus novum mundum condere, ex lapidibus filios Abrahae excitare Matth. III, 9. haec ordinem servat, in natura institutum. Absoluta potentia Deus multa facere potest, quae tamen non facit potentia ordinaria.

16) I en annan mening uppfattas bonitas af Cal., Quen., Holl. m. fl.

Quen. B. D. est, qua ipse a se ipso et per se ipsum summe bonus est. Mtth. XIX, 17. Mr. X, 18.

Holl. B. D. est conformitas essentiae div. cum voluntate divina. —

Cap. II.

De sancta trinitate *).

§. 19.

Den H. Skrift intygar, att Gud är en. Men tillika brukar den uttrycket: Gudomen om tre, Fader, Son och Ande; och således lära wi af henne, att det är en Gud, men att denne ende Gud är Fader, Son och Ande. Dermed är en sats uttalad, som för förnuftet är helt och hållet obegriplig. Den deri innehållna läran hörer derföre till dem, hwilka wi kalla Mysterier i egentlig mening [1]), men om hwilkas sanning wi endast af den H. Skrift blifwit underrättade. På henne allena grundar sig alltså denna lära [2]). Men äfwen den H. Skrift afslöjar icke för oß denna hemlighet, utan gifwer oß fastmera denna lära såsom en hemlighet. Den är derföre en så stor hemlighet, att wi aldrig här på jorden kunne komma till en fullkomligt riktig åskådning och uppfattning af densamma [3]), och genom åskådningar, hwilka äro hemtade ur kretsen af mensklig kunskap, förmå wi på sin höjd blott närma oß densamma [4]). Derföre afstår kyrkan från all rätt att begripa denna hemlighet; men anwänder här med all stränghet sin princip, enligt hwilken den låter innehållet af sin tro endast hemtas utur den H. Skrift [5]). Hon ställer för sig blott den uppgift

att med all noggrannhet samla och ordna det, som den H. Skrift säger om denna hemlighet, hwartill hon så mycket mer känner sig uppmanad, som det här handlar om ingenting mindre, än att weta huru Gud will, att man skall tänka om honom [6]). Derföre fordrar den ock af hwarje enskild, som will tillhöra kyrkan, att han troget antager denna i den H. Skrift innehållna uppenbarelse [7]). — Men fastän kyrkan i beskrifningen af denna lära betjenar sig af sådana uttryck, hwilka icke äro innehållne i den H. Skrift; så har hon dock all rätt dertill. Ty då motståndarne till denna lära, då densamma framställdes blott med de i Skriften brukade uttrycken, underlade desamma en hel annan mening och tydde dem helt annorlunda; så nödsakades kyrkan att förklara sig närmare öfwer den mening, hwari de uti den H. Skrift innehållne uttryck borde förstås, då man uppfattade dem i sitt sammanhang. Men detta måste ju naturligtwis ske uti uttryck, hwilka icke innehållas i den H. Skrift, då de skulle wara en förklaring af den mening, i hwilken kyrkan förstod innehållet af Skriften [8]). Deraf kommer det ock, att formen, hwari kyrkan nu uttalar dogmen om Treenigheten, först smånigom uppstod; hwaraf man med orätt har welat draga det slut, att dogmen icke skulle hafwa sin fulla grund i den H. Skrift och icke ifrån början hafwa warit trodd i kyrkan [9]). Slutligen tror sig kyrkan med de uttryck, af hwilka hon begagnar sig, såsom redan förut är sagdt, icke kunna uttrycka hemligheten, ej heller will hon, att de skola warda tagne helt och hållet i den mening, som de annars hafwa. Ty då det här är fråga om en lära, hwilken är hel och hållen otillgänglig för förnuftet, så äro äfwen de uttryck, som blifwa brukade om andra ting, här otillräckliga, och måste kyrkan derföre städse förklara sig öfwer den serskilda betydelse, hwari hon will att deßa uttryck skola warda uppfattade.

Men läran om treenigheten har i kyrkan bildat sig genom kunskapen, att, under det i den H. Skrift på den ena sidan Guds enhet läres, dock äfwen dymedelst, att Gudomen tillägges tre, Fader, Son och Ande, en wiß åtskilnad warder hos Gud förutsatt, och ett flertal i honom antydt [11]). Deßa den H. Skrifts utsagor om Gud, om Enheten, Flertalet och Åtskilnaden, sammanfattar kyrkan i denna formel:

Una divina essentia in tribus personis subsistit; vel (quod idem est)
In divinis sunt tres personae et una essentiâ; eller ock
Unus est Deus essentiâ, sed idem essentiâ Deus unus, trinus est personis.

Läran om treenigheten är sålunda den lära, i hwilken en singularis et incomprehensibilis divinarum personarum ternarius så framställes, att dermed icke läres ett compositum ex tribus, utan tres personae unius essentiae. Trinus är således Gud, emedan han in essentiâ unus tres habet subsistendi modos [12]).

Men meningen med ofwanstående formel förklarar kyrkan så:

1) Enheten tillkommer essentia divina [13]). Men denna unitas essentiae är, närmare beskrifwen, en unitas numerica, d. ä. en sådan, hwilken blott tillkommer en Enda. Deraf följer, att, då enheten säges om Fader, Son och Ande, deßa 3 icke betecknas såsom 3 Gudar, af hwilka hwar och en skulle hafwa en serskild essentia divina (Non tres Dii, sed unus Deus. Symb. Athan.), och att wi med ordet wäsende icke kunne förbinda alldeles samma begrepp, som det hafwer, då det brukas om essentia hominis. Ty det utgör skilnaden mellan Guds wäsende och menniskans, att wäsendet hos den förre är till talet, hos den sednare blott till slaget ett [14]). I följd häraf äro således Fader, Son och Ande Gud i den mening, att hela Gudomen tillkommer hwar och en af de tre; och att den ena och odelade essentia, hwilken tillkommer den ene, äfwen tillkommer de andra. Denna una et indivisa essentia divina är tota in singulis [15]); hwaraf widare följer, att, då i Gud ingen real åtskilnad finnes mellan wäsende och egenskaper, så wäl Gudomen som ock alla deß egenskaper måste tilläggas hwar och en af deßa tre [16]).

2) Åtskilnaden och Flertalet. Att ett sådant flertal i Gud finnes, och dymedelst en wiß åtskilnad mellan Fader, Son och Ande, warder af den H. Skrift på det bestämdaste sätt ådagalagdt. Men detta flertal är, enligt hwad ofwan är nämndt, a) ingen pluralitas essentialis, men äfwen b) ingen plur. accidentalis, d. ä. de tre personerna tillkomma icke Guds wäsende såsom serskilda egendomligheter (bestämdheter) såsom i wißt afseende så=

dana kunna tillkomma menniskans wäsende, ty om Gud gäller reglen: in Deum nulla cadunt accidentia [17] (§. 18, not. 2). Denna pluralitas låter snarast beskrifwa sig såsom en pl. hypostatica seu personarum [18], d. ä. såsom en sådan att hwar och en af de tre är att uppfatta såsom ett för sig bestående subject; hwarwid likwäl bör märkas, att wi härwid måste blifwa stående och icke widare kunna fullfölja ordets analogie. Ty skilnaden blifwer alltid i ordet person, då det warder brukadt om Gud eller om menniskor. Ty i det sednare fallet betecknar det ett för sig bestående subject, hwilket har sitt eget wäsende; men deremot är uti treenigheten blott ett odeladt wäsende, hwilket är gemensamt för alla Gudomens tre personer [19]. I denna mening äro således 3 personer att åtskilja i det ena gudomliga wäsendet, och åtskilnaden bör beskrifwas såsom en werklig och real [20].

Bådadera, Enheten och åtskilnaden antyder kyrkan med ordet *ὁμοουσία*, hwilket den brukar om de 3 personerna [21]. Derur härleder sig äfwen likså mycket *περιχώρησις* (immanentia — immeatio — circumincessio — inexistentia mutua et singularissima), qua una persona propter essentiae unitatem est in alia Joh. XIV, 11. XVII, 21, genom hwilken bestämning den irrmeningen förebygges, som skulle de 3 personerna subsistera skiljda jemte hwarandra, som äfwen aequalitas (ut nulla persona major, nulla minor sit, neque pater commode dici possit Deus *κατ' ἐξοχήν* aut ratione modi subsistendi major filio) [22]. —

Har man således att skilja mellan de 3 personerna i det ena gudomliga wäsendet, af hwilka hwar och en för sig är ett subsisterande subject; så följer deraf, att äfwen wißa egendomligheter tillkomma hwar och en af dem till skilnad ifrån de andra, (character hypostaticus, s. proprietas personalis [nota, notio, relatio] in communi essentiae identitate personarum distinctionem ostendens). Sådana egendomligheter låter oß den H. Skrift känna i de särskilda utsagor, hwilka den brukar om Fadren, Sonen och Anden. Men deßa utsagor äro af twåfaldigt slag. Antingen antyda de en inre åtskilnad, som är emellan personerna sjelfwa, och beskrifwa således de enskilda personernas särskilda subsistenssätt (*τρόπος ὑπάρξεως*, propria subsistendi ratio, per quam et cujus ratione quaelibet persona ab altera distinguitur), eller beskrifwa de det serskilta

inflytande, hwilket de enskilda personerna hafwa på werlden. — I följd häraf måste man skilja mellan proprietates (notiones) internae et externae, hwilka åter motswaras af handlingar, genom hwilka de serskilda personernas förhållanden till hwarandra eller till werlden uttryckas (opera ad intra, quae Deus facit extra omnem creaturam intra sese — opera ad extra, quando Deus extra suam essentiam in creaturis aliquid operatur [23]). Genom deßa Skriftens utsagor lära wi således att känna de egendomligheter, ur hwilka skilnaden mellan de serskilda personerna härflyter. Dock måste man wäl märka, att notae internae och de dem motswarande opera ad intra, hwilka i den H. Skrift innehållas, låta oß närmare känna skilnaden mellan personerna; ty blott opera ad intra äro att anse såsom sådana handlingar, hwilka utgå ifrån en bestämd person med uteslutandet af de andra; under det opera ad extra äro sådana, hwilka, om de ock sägas närmast om en person, dock icke helt och hållet utesluta de andra personerna. Men grunden dertill ligger deri, att opera ad extra beteckna werkningar uti det yttre, hwilka alltid måste blifwa betraktade såsom utgående ifrån Guds wäsende; hwadan ock alla 3 personerna åtminstone i wißt afseende måste deltaga i hwarje sådan handling, då Guds wäsende, hwilket dock är gemensamt för alla tre, blott är ett. Deraf följa deßa satser: opera ad intra esse divisa [24] —, opera ad extra esse indivisa [25].

Notiones personales äro efter Skriftens utsagor fem: ἀγεννησία et paternitas in patre — spiratio in patre et filio — filiatio in filio — processio in spiritu s. [26]).

Actus personales s. opera ad intra, äro twå: generatio — (opus patris); spiratio (op. patris et filii).

Opera ad extra äro tre:

creatio (opus patris) — redemtio (opus filii) — sanctificatio (opus spiritus s.)

Ur de i d. H. Skrift angifne proprietatibus och actibus, enligt hwilka Fadren tillkommer Sonens födelse, Fadren och Sonen den H. Andes sändning, följer ock, att wi hafwe att sätta Fadren i det första rummet, Sonen i det andra, och den H. Ande i det tredje [27]).

Följande beskrifningar på de tre personerna kunna wi derföre uppställa.

I. **Deus pater** [28]) est prima divinitatis persona nec genita nec procedens, sed ab aeterno gignens filium substantialem, sui imaginem et cum filio ab aeterno spirans spiritum s., creans, conservans omnia [29]), mittens filium redemtorem et spiritum s. sanctificatorem generis humani.

II. **Filius Dei** [30]) est secunda divinitatis persona, ab aeterno a patre genita [31]), ejusdem cum patre essentiae et majestatis, quae cum patre ab aeterno spirat spiritum s. et in plenitudine temporis humanam naturam in propriam hypostasin assumsit, ut humanum genus redimeret et salvaret.

III. **Spiritus s.** est tertia divinitatis persona, ejusdem cum patre et filio essentiae, quae ab aeterno procedit a patre et filio [32]) et ab utroque in tempore mittitur ad [33]) sanctificandum corda hominum salvandorum [34]).

*) Läran om triniteten kan lämpligen skiljas ifrån läran om Gud, ty först har man att handla om Guds wäsende och egenskaper i och för sig, och derefter om det särskilda sätt, hwarpå detta wäsende subsisterar och således blifwer gemensamt för Tre. **Quen.** Consideratio Dei duplex est, absoluta una, relativa altera: **Illa** occupatur circa Deum consideratum essentialiter, citra respectum ad tres deitatis personas: **haec** circa Deum spectatum personaliter. **Illa** tum essentiam Dei tum attributa essentialia exponit, **haec** personas s. trinitatis et attributa singularum personalia exsequitur.

1) **Chemn.** Mira haec sunt et longe supra omnem creaturarum captum posita, quae de trinitate personarum in sacrosancta divinitate ponuntur.

Gerh. Mysterium tr. ex naturali ratione a priori cumprimis probari nec potest nec debet . . . Quod dogma super omnem humanae rationis captum est positum, ad illud cognoscendum ratio humana ex suis principiis provehi nequit; alias enim non esset supra rationem. Sed dogma trinitatis tale est, ut colligitur ex Mtth. XI, 27. XVI, 17. Joh. I, 18 etc. etc. . . . Quaestio de Deo uno et trino . . est, quid secundum se sit Deus? ad illud vero non potest homo rationis suae viribus assurgere.

Kg. Sublimitas tanta est, ut ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ λόγον καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν sit: quare ex ratione nec oppugnari nec expugnari nec demonstrari, sive a priori sive a posteriori potest aut debet. **Quen.** Imo ne quidem possibilitas hujus mysterii e naturae lumine haberi potest, cum rationi, propria principia consulenti, absurdum et impossibile videatur.

Grh. Mysterii tr. ac reliquorum proprie dictorum mysteriorum ea est natura ac ratio, ut captum rationis transcendant, i. e.

ut ratio extra verbi revelationem ad eorum notitiam non possit pertingere et ut, posita verbi revelatione, nihilo tamen minus ratio ex suis principiis non possit nec debeat de illis statuere. Ergo etiam non debet suos λογισμοὺς veritati coelesti in illis mysteriis opponere.

Frågan: quid de testimoniis, quae ex gentilibus scriptoribus pro adstruendo trinitatis mysterio proferuntur, judicandum? blifwer så beswarad: (Grh.) 1) in quibusdam tantummodo similia habent, non vero eadem cum doctrina christ. In verbis nobiscum consentiunt, in verborum istorum explicatione ac sensu dissentiunt; 2) in quibus eadem docent, illa hauserunt a) partim ex scripturae s. notione; b) partim ex conversatione cum Hebraeis; c) partim ex oraculorum et sibyllarum revelatione.

2) Grh. Ex unico et proprio theologiae principio, ex Dei scilicet verbo mysterii hujus confirmatio petenda est.

Kg. Principium ergo, per quod innotescit et adstrui debet mysterium hoc, sola revelatio divina est et quidem tum V. tum N. T. scripturis nobis communicata.

3) Detta ligger egentligen redan i det i not. I. innehållna påståendet, att denna lära äfwen a posteriori icke kan af förnuftet bewisas. Grh. Mysteria fidei non solum eo sensu ac respectu sunt supra rationem, quod ratio extra revelationem verbi ad eorum notitiam non possit adspirare, sed etiam, quod posita verbi revelatione nihilo tamen minus ratio non possit eadem comprehendere, quia 1 Cor. II, 14 non solum τὸ γνῶναι, sed etiam τὸ δέχεσθαι spiritualia homini animali denegatur, ac si ratio de illis velit judicium ferre, judicat ea esse μωρίαν.

4) Hfrffr. Annon tamen similitudinibus quibusdam ceu rudissimis lineamentis haec unitatis pluralitas vel aliquatenus adumbrari potest? Quod adorandae divinitatis myst. exprimat, nihil in omni rerum universitate reperire licet. Creaturas enim Deus creator immensis graduum intervallis excedit. Ut tamen de hoc tanto mysterio vel balbutire aliquid et cogitationes nostras ad ejusdem venerandam sublimitatem erigere atque excitare valeremus, pia Antiquitas similitudinibus quibusdam ex medio creaturarum sumtis rem tantam adumbrare conata est; . . in quibus tamen omnibus multo majores sunt dissimilitudines, quam similitudines: nihil enim neque in coelo est, neque in terra, quod infiniti Dei naturam referre; nulla aeque vox neque ratio est, quae mysterium tantum digne explicare possit.

Gerh. Distinguendum inter qualescunque declarationes et probationes a posteriori, quibus mysterium hoc in scripturis prius revelatum modo qualicunque explicatur et non absurdum esse ostenditur: deinde inter accuratas demonstrationes a priori, quibus istud a nobis vel indagari vel comprobari posse prenegamus. — Kyrkofäderna uppsökte vestigia trinitatis in creatura, och funno således imagines in intellectuali ac rationali creatura, vestigia in irrationalibus creaturis. I affeende på de derur härledda bewisen säger Grh: a) illustrant tantum, non probant; b) plus in illis dissimilitudinis

qnam similitudinis; c) a posteriori petita sunt, non a priori; non sunt cognitionis parentes, sed soboles; d) sobrie et caute illis utendum; e) adversario opponi nequeunt, credentem oblectare possunt. I enlighet dermed beswaras äfwen den frågan: rectene dictum a Thoma Aquinate: ex naturali ratione defendi posse, non esse impossibile, quod fides christ. de trinitate praedicet? apud christianos ex verbo Dei institutos ac trinitatis mysterium fide amplectentes per naturales rationes illud obtineri potest, sed apud gentiles trinitatem ignorantes et apud haereticos eam praefracte negantes, obtineri vix poterit; cum enim illi, seposita verbi coelestis luce, ex rationis principiis de hoc mysterio judicare praesumant; inde accidit, ut illud absurdum et impossibile pronuncient.

Quen. Illae congruentiae naturales ex analogia rerum creatarum cum hoc fidei mysterio non divinam fidem, sed opinionem tantum humanam generant. —

5) Chemn. Quaerenda sunt testimonia divinae patefactionis, quae ita sunt firma, certa et perspicua, ut conscientia illis in hoc tanto mysterio tuto acquiescere possit . . . et prodest in hac cogitatione semper mente intueri haec testimonia. Difficillime enim mens humana assentitur illis arcanis, tam longe extra conspectum, imo contra omne judicium rationis positis et facile incipit animus vagari suis speculationibus, nisi semper in conspectu sint hujusmodi aliquot testimonia, quae mentes nostras intra justos terminos et limites a Deo ipso praescriptos revocent.

Seln. Omissis igitur rationis nostrae argumentis oculos mentis nostrae defigimus in patefactionem et verbum Dei et credentes verbo Dei experimur et sentimus veram fidem in nobis confirmari et augeri et cohiberi rationis nostrae stultas speculationes.

6) Chemn. . . . quia de Deo sentiendum est sicut se patefecit, credimus, confitemur et invocamus tres personas. . . Fastän nu triniteten är en för förnuftet otillgänglig hemlighet; så erfare wi dock af densamma, huru Gud will, att man skall tänka om honom. Mel. . . Ecclesia agnoscit Deum aeternum et omnipotentem conditorem talem, sicut se patefecit et quanquam haec arcana non penitus perspicimus, tamen in hac vita Deus inchoari vult hanc agnitionem et invocationem nostram a falsa discerni et revelationem certis testimoniis in verbo suo proposuit, in quo ceu foetus in aulo materno nutrimentum attrahens, umbilico et cotyledonibus, nos quoque sedemus inclusi et attrahimus agnitionem Dei et vitam ex verbo Dei, ut eum invocemus, sicut se patefecit.

7) Kg. Necessitas credendi dogma hoc tanta est, ut id non tantum negari, sed etiam ignorari a quovis sine salutis dispendio nequeat. Joh. XVII, 3. 1 Joh. V, 11. 12. 1 Joh. II, 23. Joh. V, 23. 2 Thss. I, 8. Närmare uttrycker sig Grh.: Mysterium trinitatis salvandis omnibus scitu ac creditu necessarium est: a) excludimus ab hominibus salvandis non solum trinitatis negationem, sed etiam ignorationem . . . b) non requirimus ab omnibus ecclesiae membris aequalem cognitionis gradum, cum lux

notitiae spiritualis ac fidei in quibusdam sit illustrior, in quibusdam vero obscurior; c) nec perfectam ac plenam hujus mysterii κατάληψιν ac intuitivam notitiam a salvandis requirimus, cum ad eam in hac vita provehi non possimus. . . Sed hoc duntaxat asserimus, quod ad fidem catholicam omnibus salvandis necessariam non confusa et implicita, sed distincta et explicita trium divinitatis personarum cognitio et confessio requiratur. — Grunden härföre: Quisquis trinitatis mysterium ignorat, is non agnoscit Deum, prout in verbo suo se revelavit, is definitionem Dei in scripturis traditam ignorat. — Ignorato vel negato trinitatis mysterio tota salutis οἰκονομία ignoratur vel negatur.

8) Chemn. Hoc multos offendit etiam antiquis temporibus quare ecclesia loquens de articulo trinitatis non contenta fuerit simplici illa proprietate, qua ipse filius Dei patefaciens doctrinam de Deo usus est, et quam spiritus s. in prophetis et apostolis secutus est; sed peregrinas appellationes ex impiis ethnicorum scholis in ecclesiam introduxerit . . . et magna invidia praegravabantur orthodoxi patres ab haereticis specioso hoc praetextu, quod scilicet ecclesia de illa inaccessibili luce divinitatis non aliter deberet sentire, quam ipsa divinitas prodiens ex arcana majestatis suae sede se patefecit: nec aliter deberet loqui: sed linguam spiritus s. imitari adeoque ipsa etiam verba totidem syllabis et literis exprimere. Neque enim hoc sibi sumere debere humanae mentis imbecillitatem, ut de illis mysteriis longe supra et extra conspectum humanae intelligentiae positis speret se commodius et dexterius loqui posse quam ipse filius Dei, qui solus novit patrem et nobis, quantum de Deo scimus, patefecit vel spiritus s., qui solus novit quae sunt Dei (1 Cor. II, 10.) et ipsas etiam profunditates scrutatur. . . , Uterque et Arius et Sabellius speciosum habuerunt praetextum: "nos de divinis mysteriis loquimur non aliter, quam ipse Deus in scriptura loquitur. Ejecti autem sumus ex ecclesia nullam aliam ob causam, nisi quod non volumus miscere philosophiam cum doctrina ecclesiae i. e. non volumus confiteri unam essentiam et tres personas, quia scriptura has ethnicas appellationes ignorat" . . . Videndum est, unde, quo consilio et quibus de causis recepta sint haec peregrina vocabula. Et ut totum negotium melius intelligamus, duo observemus. 1) Quod Cyrillus gravissime dicit, quamvis haec vocabula in scriptura non inveniuntur in tali significatione, tamen res ipsas, quas ecclesia his vocabulis intelligit et significat, in scriptura expresse esse positas et patefactas. 2) Ecclesiam non aliqua petulanti novitatis affectione discessisse a simplici proprietate verborum scripturae, sed ut eleganter et vere inquit Augustinus, loquendi necessitate a Graecis et Latinis parta esse haec vocabula propter errores et insidias haereticorum. . . . . Maluisset ecclesia illa simplicitate sermonis uti, ut sicut credit, ita etiam loqueretur, unum esse Deum, patrem, filium et spiritum s. Sed exorta sunt certamina haereticorum impugnantium partim unitatem Dei, partim trinitatem, ita callide tamen, ut cum confiterentur unum esse Deum, ita intelligebant, quamquam plures sunt Dei, vocari tamen unum Deum sicut cor credentium vo-

catur unum Act. IV, 32 . . . quia ergo haeretici loquebantur de ecclesia et tamen diversum sentiebant, et per verisimiles locutiones, ut inquit Nanzianzenus, venena clanculum spargebant apud imperitos, qui nihil mali suspicabantur, cum audirent istos loqui iisdem verbis, quibus utitur ecclesia: conati sunt viri ecclesiastici in scriptura invenire vocabula, quibus ab insidiis protraherent latitantes haereticos, ne possent ambiguis locutionibus incautos decipere. Et dixerunt unam esse divinam naturam, quia scriptura ita loquitur. 2 Ptr. I, 4. Gal. IV, 8. Sed hoc vocabulum depravaverunt calumniis et quod Deus et quod natura distinguantur, ut cum dicitur, Deus et natura nihil fecerunt frustra. Item I Joh. V, 7 scribitur: tres sunt qui etc. etc. Et quia in verbis baptismi dicitur: baptizantes nos in nomine patris etc. etc. dixerunt esse tria nomina . . . Accipiebat hoc Sabellius, intelligebat autem, unam et eandem personam esse *τριώνυμον*, sicut unus et idem homo habet pronomen, nomen et cognomen . . . Postea coeptum est dici: non tantum esse tria nomina, sed etiam tres nominum proprietates. Concedebat et hoc Sabellius, sed in hoc sensu, sicut anima habet tres potentias, quarum unaquaeque habet suam proprietatem et tamen una est anima. Et ita haeretici, quos certum erat non recte sentire de his fidei articulis, iisdem verbis loquebantur, quibus ecclesia et hac captione multis incautis sua venena instillabant, nihil mali metuentibus, cum easdem voces, quae in scriptura ponuntur et in ecclesia sonant, audirent. Quid hic faceret ecclesia? Hoc certe omnino debuit facere: illam scilicet fidem de articulo trinitatis, quam spiritus s. in scripturis revelavit, . . . contra haereticos debuit defendere. Id vero non potuit facere verbis scripturae propter petulantiam haereticorum, qui omnia verba scripturae subdole eludebant, ut argui et teneri non possent, et interim simplicium mentes hac fallacia captivos ducebant. Necessario ergo quaerenda fuerunt talia vocabula, quibus res de hoc articulo in scriptura traditae, aliquo modo exprimerentur: ita ut haeretici ea non possent insidiosa interpretatione eludere. . . . Quia ergo in Deo natura divina est communis patri, filio et spiritui s. et tota in singulis et tamen pater, filius et spiritus s. suis quibusdam proprietatibus ita distinguuntur, ut pater non sit filius nec filius pater et spiritus s. nec sit pater nec filius etc. etc. transtulit ecclesia gravissimo consilio haec vocabula (*οὐσία*, *ὑπόστασις*) ex communi loquendi consuetudine ad articulum trinitatis propter insidias, ut inquit Augustinus, et errores haereticorum, ut ita etiam a simplicioribus servari posset regula Athanasii: neque confundentes personas neque substantiam separantes.

9) Chemn. Nec est novum commentum Nicaenae synodi (sicut quidam blasphemaverunt, in Nicaena et Constantinopolitana synodis primum fabricatam esse trinitatem), cum prima pie crediderit ecclesia unum esse Deum. Sed reverenter statuamus esse antiquissimum et perpetuum consensum totius ecclesiae inde usque ab initio.

10) Gerh. An vocabula ex communi consuetudine loquendi desumta et ad hoc mysterium accommodata eandem per omnia

significationem in illa applicatione retinuerunt? Resp. Minime vero, sed ecclesia donat illa jure suae civitatis et in peculiari significatione illis utitur.

Chemn.: Quia ecclesia de rebus ignotis rationi loquitur, usurpat etiam haec vocabula aliquanto aliter quam vulgo erant usitata.

11) Br. sammanfattar det sagda i dessa 3 satser: 1. Patrem a filio, filium a patre, et spiritum s. ab utroque realiter differre, ut revera alius sit pater, alius filius et alius spiritus s. (Christus dicit, patrem esse alium a se Joh. V, 32. 37. spiritum s. esse alium a se et patre Joh. XIV, 16. Idem ex nominibus patris et filii patet, quodque ille ut gignens, hic ut genitus describitur. Ps. II, 7. Joh. 1, 14. 18. III, 16. filius missus a patre X, 36. Gal. IV, 4. spiritus s. procedere a patre. Joh. XV, 26. mitti a patre. XIV, 26, a filio XV, 26.)

II. Non solum patrem, sed etiam filium et spiritum s. esse verum et aeternum Deum.

III. Patrem, filium et spiritum s. non esse tres Deos, sed Deum unum.

Gerh. Generalis *θεωρία* absolvetur his capitibus: 1) quod harum trium personarum sit una indivisa essentia; 2) quod hac tres personae sint vere et realiter a se invicem distinctae; 3) quod personalibus suis proprietatibus distinguantur.

12) Trinum måste noga skiljas ifrån triplex, quod ex tribus est compositum. Grh. Trinum ergo Deum dicimus, sed triplicem dicere christiana religione prohibemur.

13) Essentia, *οὐσία*, väsen substantia, *φύσις*, natura. Grh. Maluerunt autem uti nomine essentiae quam substantiae a) ut indicarent, Deum esse *οὐσίαν ὑπερούσιον*, non inclusam categoriis, inter quas prima est substantia; b) quia Deus non substat accidentibus sicut essentiae rerum creatarum, sed attributa sunt ipsius essentia; c) quia nomen substantiae est ambiguum, quandoque enim pro *οὐσίᾳ*, quandoque vero pro *ὑποστάσει* ponitur.

Holl. Vox essentia, *οὐσία*, non quidem expressis literis habetur in s. scriptura; attamen per facilem consequentiam ex illa elicitur. Etenim a) Deus in V. T. appellatur יְהוָה essentiator; ergo habet essentiam eamque independentem etc. etc.; b) in N. T. Deus nominatur *ὁ ὤν* Apok. I, 8. A quo est *οὐσία* seu essentia; c) synonymum essentiae divinae est *φύσις θεία*, natura divina 2 Ptr. I, 4.

14) Grh. Magnum, imo infinitum discrimen occurrit in his praedicationibus, quando de tribus individuis humanis praedico humanitatem sive humanam naturam, et quando de tribus deitatis personis praedico divinam naturam sive essentiam. Essentia hominum est nomen universale, quod per se revera non existit, sed cogitatione tantum comprehenditur. Essentia vero in divinis non est quiddam imaginarium ut genus vel species, sed revera existit quamvis sit communicabilis. (Chemn. Intelligit ergo ecclesia nomine essentiae non nomen universale, ut philosophi nomi-

nant essentiam humanam, sed naturam divinam revera existentem, quae communicabilis est et communis tribus personis et est tota in singulis. — Quid autem sit quoad definitionem rei, hoc nesciri dico, nisi quod attributa in definitione Dei posita dicimus esse ipsam Dei essentiam.) Essentia respectu div. personarum α) non est species, quia non eo modo personae trinitatis participant essentiam, sicut individua naturam communem ac nihil extra eam se diffundit, cujus sit veluti pars, ut homo est speeies animalis, Petrus individuum humanae speciei; β) non dicitur de multis individuis numerica essentia differentibus, quomodo tres homines numero differre dicuntur; γ) non praedicatur in forma plurali de individuis, non enim tres personae sunt tres Dii vel tres essentiae divinae, sicut Petrus, Paulus etc. etc.; δ) nec pluribus nec paucioribus personis competit quam tribus, cum essentia humana non sit ad determinatum numerum personarum restricta. De uno homine non possum dicere, quod tota ἀνθρωπότης sit in eo, sed de una deitatis persona recte pronunciare possum, quod tota plenitudo deitatis sit in ipsa. Ratio pendet ab essentiae div. infinitate, in tribus humanis individuis non est numero una essentia, sed tantum specie una. Sed in tribus deitatis personis est una numero et penitus indivisa essentia. Personae humanae distinguuntur substantiae tempore, voluntate, accidentibus animi et corporis etc. etc. Sic alia est substantia Petri quam Pauli . . . sed in divinitate non ita distinguuntur personae, filius enim patri est ὁμοούσιος, ὁμαιώνιος, συναίδιος . . De personis humanis dici nequit, quod una sit in alia, sed de se et patre Christus dicit (Joh. XIV, 10): Ego in patre etc. etc. De personis humanis dici nequit, quod propter naturam communem, ubi est una persona, ibi sit etiam altera, quia localiter sunt distinctae. Sed de se et patre Christus pronunciat (Joh. VIII, 29): Pater non reliquit me solum. De personis humanis dici nequit, quod propter naturam communem, qui honorat unam, honoret etiam alteram, quin potius una potest honorari, altera interim ignominia affici, sed de se et patre dicit Christus (Joh. V, 23): "Qui non honorat filium, is nec patrem honorat."

15) Grh. Trium personarum divinitatis est una indivisa essentia . . . Si enim tres personae divinitatis et tamen verus Deus non est nisi unus, utique inde consequitur, quod trium personarum divinitatis sit una essentia. Si alia foret essentia patris, alia filii, alia spiritus s., utique alterutrum sequitur, scil. vel non unum verum Deum, vel filium et spiritum s. a vera Deitate excludi.

Grh. Vox (οὐσία) de Deo usurpata significat numero unam et indivisam essentiam tribus deitatis personis communem, quae non est partialiter in tribus personis, ita ut pars ejus sit in patre, pars in filio, pars in spiritu s.; sed tota est in patre, tota in filio, tota in spiritu s. propter infinitatem et immaterialitatem.

Chemn. anförer såsom serskilda uttrycksätt, hwilka brukas om unitas Dei, följande: una et indistincta natura — una eademque substantia — simplex, una et indivisa divinitas — una et indifferens essentia — in essentia est unitas — tres sunt personae coaeternae et coaequales — tres personae unius substantiae et inseparabili

aequalitate unus Deus — patris, filii et spiritus s. una est divinitas, aequalis gloria, coaeterna majestas — in hac trinitate nihil prius, nihil posterius, nihil majus aut minus, sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales. — Joh. X, 30. Ego et pater unum sumus scil. essentia, voluntate, potentia et operatione. Såsom oriktiga beteckar han deremot uttrycken: in essentia est singularis — tres sunt aeterni, immensi etc. etc. — tres Dii, tres Domini — Essentia distinguitur in patrem, filium et spiritum s. in divinitate est prius et posterius, majus et minus. —

16) Grh. Tres sunt, quorum cuilibet nomen Jehovae ac Dei itemque attributa, opera et gloria vere divina competit, videl. pater, filius et spiritus s. — Derföre definieras essentia så: Br. Intelligitur nomine essentiae sive οὐσίας ipsa natura divina, qualis in se absolute, quaeque una cum attributis simplicissime una ac singularis, atque ita etiam trium personarum nonnisi una est — sic quidem, ut patris, filii et spiritus s. unus quoque sit intellectus, quo intelligunt: una voluntas trium, qua volunt, una potentia, qua extra essentiam divinam operantur.

Quen. Est essentia divina ipsa Dei quidditas, per quam Deus est id, quod est.

Holl. Essentia Dei est natura Dei spiritualis et independens, tribus personis divinis, patri, filio et spiritui s. communis.

17) Hfrffr. Pluralitas in divinitatis unitate non est accidentalis: est namque Deus purissimus et simplicissimus, in quem accidentia nulla cadunt. Nulla igitur cum sint accidentia, nulla etiam hinc oriri potest pluralitas.

18) Hfrffr. Pluralitas in divinitatis unitate est hypostatica seu personarum, nam essentia quidem divinitatis est una, sed personae sunt plures: adeoque in mysterio divinitatis et quidem alius et alius, sed non aliud et aliud. Alia namque est persona patris, alia filii, alia spiritus s., sed non alia et alia, verum una est omnium personarum essentia.

Med person, ὑπόστασις, förstås: substantia individua, intelligens, incommunicabilis, quae non sustentatur vel in alia vel ab alia. Denna definition blifwer af Selnecker så förklarad: dicitur substantia individua et propria, ut discernatur ab accidente et istorum error tollatur, qui personam putarunt significare tantummodo distinctionem officiorum (Grh. quod per se subsistit nec est in alio tamquam in subjecto). Incommunicabilis dicitur propter discrimen personarum, quia pater suam hypostasin non communicat filio vel spiritui s., sed quaeque persona suam propriam habet ὑπόστασιν καὶ ὕπαρξιν, licet essentia ipsa dicatur communicabilis (unius personae subsistentia non potest alii personae communicari, eo quod unaquaeque persona proprium et ultimatum subsistendi actum obtinet, ut ab alia persona ulterius terminari nequeat. Holl.). Non sustentata ab alio: excludit opinionem illorum, qui, ut duas naturas in Christo, ita et duas personas esse putant, non tantum ἄλλο καὶ ἄλλο, sed etiam ἄλλον καὶ ἄλλον.

Holl. Suppositum intelligens: hic lapis, haec arbor, hic equus dicuntur quidem supposita, sed non personae, quia intellectu destituuntur.

Ännu mera noga bör man skilja mellan persona materialiter seu concretive spectata och pers. formaliter sive abstractive considerata. Holl. Persona mater. consid. est suppositum intelligens. Suppositum vero est ὑφιστάμενον s. subsistens singulare, incommunicabile, non sustentatum ab alio. (subsistens singulare, icke substantia singularis, nam persona sensu concretivo considerata, non est substantia, sed ὑφιστάμενον, subsistens singulare, quod substantia et ultimo subsistendi modo constat. — Vocamus personam ὑφιστάμενον singulare, non individuum; quia hoc importat respectum logicum ad speciem specialissimam, quae de individuo praedicatur. At Deus non praedicatur per modum speciei de personis divinis, neque hae essentiis numero diversis, perinde ac individua, differunt.) At formaliter sive abstractive considerata persona est substantiae singularis, completae et intelligentis independens et incommunicabilis subsistentia.

Meningen med denna uppställda skilnad upplyses ännu tydligare af den nedanföre ur Quen. hemtade definitionen af ὑπόστασις och bestär deri, att i sednare fallet det, som skiljer den enskilda personen såsom person ifrån de andra, isynnerhet blifwer framhållet, under det i förra fallet icke så mycket denna skilnad afses, som fastmer detta Gudomliga Wäsendes personwarande uttalas. Abstractivt taget är det person, om jag säger: fadren är ἀγέννητος, ty då nämner jag det som skiljer honom ifrån de andra personerna. Concretivt är det person, då jag säger: Fadren är alsmäktig, ty då är det äfwen utsagdt, att Gud är en person, och tillika i ordet: Fader deß character hypostaticus uttalad. Men då har jag mer sökt att få ett uttryck om det Gudomliga wäsendet, än att framhålla skilnaden mellan personerna.

Uttrycket ὑπόστασις blifwer i den dogmatiska terminologien brukadt såsom likbetydande med persona, dock, strängt taget, är det äfwen en wiß skilnad dememellan: Holl.: Patres teste Damasceno hypostasin et personam idem vocarunt. Differt tamen persona ab hypostasi hoc ipso, quod hypostasis communis est naturae intellectuali et rationis experti: persona tantum de natura intellectuali dicitur.

Quen. ὑπόστασις accipitur vel concrete et materialiter, prout implicat simul rem ipsam et rei modum notatque essentiam charactere hypostatico insignitam i. e. personam, quo sensu Christus dicitur χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως θεοῦ Hbr. I, 3, vel abstracte et formaliter, prout ipsam personalitatem seu substantiam designat, quae est actus, modus seu gradus ultimus, quo natura intelligens subsistit complete et incommunicabiliter. — In hac significatione vox ὑποστάσεως in scriptura non habetur, interim ex significatione materiali recte deduci potest; ὕπαρξις autem in hoc mysterio idem est, quod ὑπόστασις. —

Om de härwid brukade uttrycken och skilnaden mellan ὑπόστασις och οὐσία förenade sig icke strax de Grekiska och Latinska fäderna; först ifrån och med Athanasius blefwo uttrycken i den af oß anförda meningen constant uppfattade. Quen. Circa vocabulum ὑποστάσεως et personae initio

turbae aliquae ortae fuerunt. Nam sicut Latini ob linguae suae angustiam ὑπόστασιν ab οὐσία initio distinguere non potuerunt; ita Graecis vocabulum latinum personae initio non arrisit, quod saepius de qualitate, officio et habitu id usurpari sciverint. Postea tamen Athanasii tempore publico usu frequentari coepit et ex Boëthio aliisque definitio personae jam adducta concinnata fuit.

19) Chemn. Ita etiam vocabulum ὑποστάσεως vel personae aliter usurpatur in ecclesia, quam in vulgari consuetudine loquendi. In hominibus quid sit persona, scimus, quid sit in angelis intelligimus. Petrus, Paulus, Johannes sunt tres personae, quibus communis est una natura humana. Sed differunt valde multum 1) substantia, quia totus a toto distinctus est 2) tempore 3) voluntate 4) potentia 5) operatione . . . In trinitate vero non ita distinguuntur personae, sicut angelus ab angelo, homo ab homine; (neque differunt tempore, voluntate, potentia, operatione, sed in personis trinitatis est coaeternitas, una voluntas, una potentia, una operatio.) Item in creaturis non sequitur, ubi una persona est, ibi esse etiam reliquas propter naturam communem. Et hoc discrimen necessario observandum est; neque enim tantum esset mysterium, ad quod etiam angeli obstupescunt, si ita esset una essentia tres personae, sicut Michael, Gabriel, Raphael sunt tres personae, quibus una angelica natura communis est et ex aequo convenit.

Wid båda uttrycken essentia och persona anmärker Chemn.: Sunt hae grammaticae observationes non otiosae argutiae sed si nullum alium, tamen hunc habent usum, quod cognitis fundamentis libentius propter concordiam loquimur cum ecclesia. Quod si quis cavillari voluerit, vocabula essentiae et personae non satis esse propria ad designandum arcanum illud mysterium unitatis et trinitatis, is sibi hoc responsum habeat, quod Augustinus dicit: magna prorsus inopia laborat eloquium. Dictum est tamen: tres personae, non ut illud diceretur, sed ne taceretur omnino. Non enim rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo explicari valet.

20) Chemn. Personae divinitatis non essentialiter differunt ut in creatura, ubi unaquaevis suum proprium habet, nec tantum est ibi distinctio rationis, ut voluit Sabellius, sed realiter distinguuntur, modo tamen nobis incomprehensibili et incognito.

Quen. Realiter distinguuntur i. e. inter se distincti sunt, omni operatione intellectus humani cessante.

21) Grh. Nomen ὁμοούσιος utrumque complectitur, quod filius sit distincta a patre persona ac quod sit ejusdem cum patre essentiae.

It. Non enim Pater et filius sunt ἑτερούσιοι, alterius seu diversae essentiae; non συνούσιοι, sicut homines, qui habent unam communem essentiam, nec tantum ὁμοιούσιοι, sed ὁμοούσιοι, eandem essentiam, aeternitatem, voluntatem, operationem, potentiam et gloriam habentes.

Quen. Ὁμοούσιος dicitur ab ὁμῶς et οὐσία, quod essentia una et indivisa aequaliter illis personis competat, quae dicuntur ὁμοούσιοι. — It.

It. Vocabulum ὁμοούσιος non est scripturae, sed in concilio Nicaeno ab Orthodoxis unanimiter receptum contra Arianos. Quamvis autem in scriptura non legitur, suum tamen in illa habet fundamentum. Quod enim Christus dicit Joh. X, 30. 1 Joh. V, 7. illud nervose et breviter hac voce explicatur, quod scil. pater et filius sint ὁμοούσιοι.

22) Quen. tillägger dessutom såsom consequentia ὁμοουσίας: perfectissima omnium perfectionum essentialium communio och identitas tum ipsorum operum divinorum ad extra, tum modi agendi ut ταῦτα καὶ ὁμοίως agant. Joh. V, 19. quanquam non eodem ordine. Om den sednare se widare nedanföre.

DD. bruka skilja mellan περιχώρησις essentialis, singularissima immanentia unius personae divinae in alia, och π. personalis, intima eaque ineffabilis immeatio, qua divinitas τοῦ λόγου assumtam humanam naturam intime permeat, inhabitat et perficit, hwilken sednare icke hörer hit.

23) Chemn. Personae distinguuntur non tantum interioribus discriminibus, sed etiam exterioribus, sumtis praecipue a patefactione et beneficiis erga ecclesiam.

24) Quen. Actiones divinae ad intra personales sunt, quae ad ipsum Deum ita terminantur, ut tamen pro principio agendi non agnoscant essentiam divinam, quatenus ea omnibus tribus personis communis est, sed prout certis characteribus et proprietatibus hypostaticis est determinata. Unde haec opera ad intra sunt divisa h. e. non sunt tribus personis divinis communia, sed uni tantum personae vel duabus personis propria.

Såsom ofwanföre not. 20 frågan war om skilnaden, hwilken äger rum mellan de enskilda personerna; så är det här fråga om skilnaden, som är emellan essentia och persona. Quen. swarar härpå: Persona divina aliter ab essentia, aliter ab alia persona distinguitur; ab illa non re, sed ratione cum fundamento in re, ab hac vero re ipsa, omni operatione intellectus humani cessante. Den förra skilnaden är non realiter seu ex natura rei ipsius aut modaliter sed ratione, quod inde probatur: si enim relatio paternitatis, filiationis aut spirationis revera distingueretur ab essentia divina, tum superadderetur aliquid ei reale et fieret aliqua compositio realis in personis divinis, quae per relationes illas constituuntur adeoque in ipso Deo. — . . ita essentia et relationes divinae re ipsa unum quid sunt et illa ab his sola ratione et mentis apprehensione seu modo concipiendi nostro discernitur, ita tamen, ut fundamentum et occasio distinctionis illius in re ipsa existat.

It. Vera et realis personarum divinarum distinctio non infert essentiae divinae divisionem aut multiplicationem. Deus enim non dividitur in tres personas, sed tres personae inter se distinctae unicam illam numero essentiam indivisam et infinitam indivisim participant, ita ut quaelibet persona eandem essentiam habeat sine ejus multiplicatione aut divisione. In hoc enim mysterio datur alius et alius ὑποστατικῶς, non aliud atque aliud οὐσιωδῶς. Atque ita tres illae realiter distinctae personae sunt et manent ὁμοούσιοι.

25) **Quen.** **Actiones ad extra externae** seu **emanantes** et **transeuntes** sunt et dicuntur, quae et objectum extra Deum positum respiciunt et extra Deum peraguntur atque effectum extra Deum positum producunt sive relinquunt.

Grh. **Haec opera sunt indivisa**, quia tunc tres personae sunt simul, et simul operantur . . . In Deo tanta est unitas, tanta vis unius et ejusdem essentiae ut singulis personis singula et peculiaria opera, quae seorsim in creaturis operantur, assignari neutiquam debeant. Häraf följer den satsen: unâ personâ in operibus ad extra nominatâ, intelligitur tota trinitas. **Quen.** Hujus regulae ratio est essentiae divinae unitas, potentiae agendi communitas, operationum paritas, operumque patris, filii et spiritus s. identitas et hinc tandem consequitur denominationis aequalitas. Addunt tamen regulae Augustinianae haec clausula: servato ordine et discrimine personarum; quia enim pater a se ipso essentiam habet, ideo etiam a se agit, filius a patre, spiritus s. ab utroque agit et operatur. Joh. V, 19.

Genom denna tillsats: servato ordine et discrimine personarum blifwer den canon: opera ad extra esse indivisa ännu närmare bestämd, ty DD. wilja icke just sätta i fråga, att ju äfwen i operibus ad extra skilnaden mellan personerna skulle kunna blifwa känd. Icke utan grund, tro de, blifwer i den H. Skrift ett opus ad extra tillskrifwet just denna och icke en annan person, och skilnaden, som under all wäsendets enhet dock är gifwen uti sjelfwa den ordning, hwilken i den H. Skrift anwisas de enskilda personerna och enligt hwilken Fadren sättes i det första och Sonen i det andra rummet o. s. w., synes dem äfwen antyda en skilnad i den ordning och i det sätt, hwari de enskilde personerna werka. Derföre redan äfwen **Chemn.**: Considerantur opera ad extra, sicut innotavit Lutherus dupliciter: primo **absolute**, et ita sine discrimine sunt et dicuntur opera trium personarum communiter. Secundo **relative**, quando considerantur, quo ordine agant personae, quae sit cujusque personae proprietas, quae persona agat immediate. Den **ordning** uti **handlandet**, och det **förhållande**, hwari de 3 personerna stå till ett opus ad extra, finna DD. tydligast uttryckt Rom. XI, 36, hwarest de låta ἐξ afse Fadren, διὰ Sonen, och ἐν den H. Ande. **Chemn.** Quia enim apostolus loquitur de operibus ad extra, mentionem facit unius aeternae essentiae, ipsi honor, non ipsis. Et tamen sicut una est essentia sine confusione personarum, ita facit opera ad extra communia tribus personis, sine confusione, sed insinuat discrimen personarum, ex ipso, in ipso, per ipsum. . . Summa: sicut credimus essentiae unitatem et tamen non debemus admittere personarum confusionem: ita intelligenda est et illa regula: opera ad extra esse communia tribus personis, **ita tamen ne confundantur discrimina et proprietates personarum.** DD. göra i allmänhet den anmärkning, att understundom en egenskap eller handling blifwer i den H. Skrift tillagd en ensam person, hwarifrån dock de andra personerna på intet sätt kunna warda uteslutne, alldenstund denna egenskap eller handling tillkommer det Gudomliga wäsendet och icke tillhörer en enskild persons proprietas. Deraf draga de den slutsats, att dock denna egenskap måste sensu eminentiori tillkomma den ena eller andra personen, antingen emedan efter den ordning, som wi antagit mellan de 3 personerna, den närmare tillkommer den ena eller den andra perso=

nen, eller emedan den i wiß mening mera tillhörer en bestämd persons τρόπος ὑπάρξεως. DD. säga då, att det sker per appropriationem. Grh. Hinc essentialia quaedam attributa cuilibet personae attribuuntur a scriptoribus ecclesiasticis, cum tamen essentialia attributa propter identitatem essentiae tribus personis sint communia. Sålunda blifwer företrädeswis makten tillegnad Fadren, kärleken Sonen och wisheten den H. Ande.

Ett annat fall omnämner Quen. Actiones personales ad extra certo respectu et modo etiam essentiales seu communes sunt omnibus tribus personis, ratione scil. efficientiae seu principii et inchoative, personales vero seu propriae uni alicui divinae personae, ratione termini seu terminative, quia in certa persona terminantur. Sic in specie visibili columbae solus apparuit spiritus. Vox de coelo, "hic est filius meus dilectus" solius personae patris erat et solus filius Dei sub forma et habitu viri apparuit tempore V. et N. T. ex Maria virgine natus et caro factus est. Attamen et hanc carnem solius filii et illam vocem solius patris et istam speciem columbae solius spiritus s. universa operata est trinitas.

26) DD. skilja till en del äfwen mellan characteres hypostatici seu proprietates personales och notiones personales. Med de förra förstår man då sådana egendomligheter, hwilka den ena personen har i ett bestämdt hänseende till den andra; med de sednare sådana kännetecken, genom hwilka i allmänhet en person kan igenkännas ifrån den andra. Så Quen. Proprietates personales aliae sunt absolutae, quae nullam habent relationem ad aliam personam, qualis proprietas est ἀγεννησία et innascibilitas respectu patris, item inspirabilitas respectu patris et filii; aliae proprietates personales sunt relativae, quae habent respectum ad aliam personam et ordinem producentium et productorum constituunt, quorum sunt tantummodo tres: paternitas, filiatio et processio.

Holl. skiljer mellan proprietates personales i. e. relationes in actu personali fundatae, personam in esse certae personae constituentes et per oppositionem relativam realem ab alia persona distinctionem inferentes (af sådana räknar han 3: paternitas, filiatio et processio) och notiones personales i. e. rationes cognoscendi personas divinas easque ad intra distinguendi. Deßa, latius sumtae och constitutivae cujuslibet personae, in esse talis personae inbegripa proprietates personales uti sig och såsom sådana blifwa de i texten angifna 5 räknade. Men strictius sumtae, eller significativae i. e. quae personas divinas quidem notificant earumque distinctionem indicant, sed nullam personam in esse talis personae constituunt skilja de sig ifrån propr. personalibus och af dem äro 2: ἀγεννησία och spiratio activa.

27) Quen.: Ex discrimine personarum reali oritur earum ordo, cum in subsistendo, tum in operando. Distinguendum tamen inter ordinem naturae —, temporis — dignitatis — originis et relationis. Non datur inter personas divinas ordo naturae, quia sunt

ὁμοούσιοι, nec temporis, quia sunt coaeterni, neque dignitatis, quia sunt ejusdem honoris. Sed datur inter illas ordo originis atque relationis, quia pater a nullo est, filius a patre et spiritus s. ab utroque. — Ordo in subsistendo inter divinas personas probatur ex unius personae ab altera processione, seu emanatione. Si enim pater a nullo procedit, sed essentiam a se ipso habet, tanquam fons et principium s. trinitatis, filius a patre essentiam habet per aeternam generationem et spiritus s. eandem habet a patre et filio per aeternam spirationem, sequitur patrem esse primam, filium secundam et spiritum s. tertiam personam et hic ordo in ipsa natura fixus et immutabilis est luculenterque monstratur in formula baptismi Mtth. XXVIII, 19. 1 Joh. V, 7. — Om ordo in operando, hwilken blifwer känd genom particulis διακριτικαῖς ἐξ, διά, ἐν war redan i not. 25 fråga.

28) Holl. Nomen patris hic non accipitur οὐσιωδῶς seu essentialiter, sed ὑποστατικῶς seu personaliter. — Nomen patris, essentialiter sumtum, non soli primae personae divinitatis, sed omnibus personis divinis ex aequo convenit: siquidem hoc sensu acceptum, respectum infert ad creaturas, quarum Deus pater dicitur tum ob creationem; quomodo angeli audiunt filii Dei Job. XXXVIII, 7. tum ob regenerationem et adoptionem; quomodo homines conversi et renati ex merito Christi, fide apprehenso, hanc ἐξουσίαν, potestatem vel dignitatem nacti sunt, ut fiant filii Dei, Joh. I, 12. At personaliter acceptum nomen patris proprium est primae personae divinae et infert respectum ad filium consubstantialem, quem ex essentia sua genuit imaginem sui, cujus ἴδιος πατήρ, proprius pater, perhibetur. Joh. V, 18.

29) Quen. Character patris ad extra manifestatur in opere creationis, conservationis et gubernationis hujus universi. Opus enim creationis peculiariter patri tribuitur in s. literis et in symbolo apostolico, non exclusive neque ἐξοχικῶς, aut solum proprie, multo minus, ut uni causae principali, ita ut filius instrumentum tantum sit, sed ob personalem ordinem, quia pater per filium et spiritum s. creavit, conservat et gubernat omnia. Gen. I, 1. 2. Ps. XXXIII, 6. Joh. I, 3. Et quia Deo patri tribuitur potentia, quae in creatione maxime illuxit.

30) Quen. Secunda persona est filius Dei non per υἱοθεσίαν sive adoptionem gratiosam. Nec propter gratiosam et gloriosam cum Deo conjunctionem atque dilectionem, sic enim omnes pii, beati et angeli sancti sunt Dei filii; nec propter mirabilem in utero Mariae virginis ex spiritu s. conceptionem, ut volunt Sociniani, sed per et propter veram, propriam, essentialem, singularissimam et inexplicabilem aeternam generationem atque ita singulariter, incommunicabiliter et μονοτρόπως est filius Dei. Paucis: est filius Dei non χάριτι, sive per gratiam, sed φύσει, sive per naturam. Joh. I, 14. 18.

Holl. Exinde filius Dei proprius Rom. VIII, 32 et unigenitus, Joh. I, 14. existens in sinu patris, Joh. I, 18. imago Dei invisibilis et primogenitus omnis creaturae, Col. I, 15. splendor gloriae et character personae patris, Hebr. I, 3. appellatur.

31) Däđan blifwer generatio activa aeterna, såsom char. hypostaticus tillagd Fadren; Sonen åter filiatio l. generatio passiva, qua filius Dei a patre aeterno ut substantialis ipsius imago unius ejusdemque essentiae communicatione vere et proprio modo, tamen hyperphysico et impervestigabili producitur. Ps. II, 7.

En närmare beskrifning på generatio gifwer Holl.: Generatio filii Dei non est impropria, metaphorica aut accidentalis (qualis est hominum peccatorum regeneratio) sed propria, vera et substantialis (Bewisen: a) non foret filius Dei proprius, si ejus generatio impropria aut metaphorica esset; b) D. pater, producendo filium suum, huic suam communicavit essentiam, ut sit ipsius imago), non physica (quae fit in materia et ex materia, in tempore secundum prius et posterius estque mutatio essentialis ex non ente in ens Quen.), sed hyperphysica (quae fit ab aeterno, sine omni temporis successione, materia et mutatione et in sola essentiae communicatione consistit. Quen.), non temporalis sed aeterna (prob. a) ex scripturae dictis, quae testantur, filium esse aeternum; b) ex relatione inter patrem et filium. Prima persona est pater aeternus. Ergo etiam secunda persona filius est aeternus; c) quia alias patris essentia statueretur mutabilis, si in tempore coepisset filium gignere. . Widare af Ps. II, 7: Describitur actus ille generationis per τὸ hodie, quod usurpatum de actu divino interno, qualis generatio non nisi "divinum hodie" est adeoque excludit fluxum temporis, praescindit a praeterito et futuro atque notat perpetuum νῦν sive diem immutabilis aeternitatis.), non externa sed intima (quia Deus pater filium suum non ad extra produxit sed intra essentiam suam genuit: nec a patre separatur filius ut alias fit sed in patris sinu manet Joh. I, 18. nec filius tantum in patre est, sed pater etiam in filio est per intimam communionem mutuamque περιχώρησιν.), non voluntaria sed naturalis et necessaria est (quod si generatio filii, per actum voluntatis elicita et libera, non autem necessaria aut naturalis esset, non foret filius patri aequalis et ὁμοούσιος, nam hic existit necessario et non potest non esse. — Probe hic observandum est, quod D. pater non coactus nec tamen consilio liberae voluntatis generationem praecedentis sed necessitate naturae, ab omni tamen coactione penitus remota, generatione perfectissima filium genuerit. . .).

Om aeternitas generationis säger deßutom Quen.: Haec generatio filii non fit derivatione aut transfusione, nec actione, quae incipiat aut desinat, sed fit indesinente emanatione, cui simile nihil habetur in rerum natura. Deus pater enim filium suum ab aeterno genuit et semper gignit nec unquam desinet gignere. Si enim generatio filii finem haberet, haberet etiam initium et sic aeterna non esset. Nec tamen propterea generatio haec dici potest imperfecta et successiva, actus namque generationis in patre et filio consideratur in opere perfectus, in operatione perpetuus. —

Consequens af denna generatio passiva är missio passiva. Quen. Consequens hujus generationis passivae est missio passiva filii Dei in carnem, quae non est praecise ejusdem incarnatio; differunt enim ut prius et posterius. Missus enim primo est et deinde factus ex muliere. Gal. IV, 4.

Not. Emissio filii Dei (1) non est localis et separativa ablegatio, quasi localiter ex supremo coelo in infimas terras fuerit ablegatus et a patre suo coelesti separatus. Repugnat enim hoc infinitae et intimae identitati personarum patris et filii, (2) non est missio imperiosa, sed liberi consensus, adeoque nullam arguit mittentis et missi inaequalitatem, quam inde exsculpere olim conati sunt Ariani et hodie conantur Sociniani. Missio in divinis non tollit aequalitatem personarum, sed tantum supponit originis ordinem. Est (3) missio non coacta, sed spontanea Joh. IV, 34, V, 30. non est (4) ipsa praecise incarnatio. Missio enim antecedit incarnationem, haecque illius terminus est, ideo namque missus filius est, ut homo fieret. —

Skilnaden mellan gignere och creare uppgifwer Grh.: Gignere est ex substantia sua aliquid producere simile secundum essentiam. Creare est ex nihilo aliquid facere diversum a substantia creantis. — Quen. säger wäl: licet generatio haec sit propriissima et verissima, ipse tamen generationis modus nobis est incognitus et ineffabilis. Dock försöker han, att gifwa en åtminstone approximatio föreställning derom: Adumbrari utcunque potest haec divina generatio similitudine radiorum solis, fluentium a corpore solari jugi dependentia. Nam ut sol non est antiquior suis radiis, nec gignens generato prior est tempore: sic pater aeternus ab aeterno generavit filium. Et sicut sol suos radios ab initio generavit, et etiam nunc gignit, et porro generabit nec tamen inde potest inferri, generationem radiorum solis nondum esse perfectam, ita et Deus sapientiam suam aeternam ab aeterno genuit, et semper gignit, nec unquam desinet gignere, nec tamen idcirco dici potest, generationem filii nondum esse perfectam. Id videtur spiritus s. innuere Ps. II, 17. Quibus verbis generatio filii sic exprimitur in praeterito, ut tamen dicatur fieri hodie, quia generatio filii praesens est et nunquam desitura. Grande tamen inter haec duo discrimen est, sol enim substantia est, radii vero accidens. At substantia filii eadem est cum substantia patris. —

32) Character hypostaticus är spiratio passiva seu processio spiritus s. a patre et filio, i. e. aeterna spiritus s. origo, qua ipse intra sinum deitatis a patre et filio, unius ejusdemque numero essentiae communicatione, ut commune utriusque spiraculum producitur. Holl. — Quen. Origo spiritus s. qua ille eandem numero essentiam a patre et filio accipit, intra complexum Deitatis per processionem ineffabilem. Joh. XV, 26.

Holl. Dicitur spiratio passiva, non physice, quasi inferat potentiam passivam aut imperfectionem, sed grammatice, quia spiritus s. non spirare, sed spirari dicitur. Neque spiratio activa et passiva sunt duae spirationes, sed est una eademque spiratio, quae ratione principii spirantis et producentis, spiratio activa, ratione termini producti, passiva vocatur. Ceteroqui purissima est emanatio spiritus s. a patre et filio.

Intelligitur hic spiratio non externa, qualis erat insufflatio Christi ad discipulos Joh. XX, 20. sed interna et immanens, cum fiat intra ipsum deitatis sinum; non transitoria et evanescens, qualis est hominum spirantium, sed aeterna et per-

manens; quia spiritus s. ab aeterno procedit, ceu spiraculum omnipotentis Job. XXXIII, 4. et spiritus oris Domini Ps. XXXIII, 16; non spiratio accidentalis seu substantialis; in Deum enim non cadit accidens, neque spiritus s. ceu persona et substantia divina, actu accidentali produci potest.

En analogi för begreppet af procedere söka några DD. uti ordets utgående ifrån munnen och uti wår ande. Om det första säger Grh.: Sed nostrum verbum ita procedit ex corde ut sit sonus evanescens, at spiritus s. ita procedit ut sit persona subsistens. Om den sednare: spiritus Dei est ἀσώματος, ejusdem omnino naturae et essentiae cum ipso, noster autem spiritus est corporeus, quippe exhalatio quaedam ex tenuissima et sublimissima sanguinis portione nec ejusdem omnino cum anima naturae.

Bewis för processio a patre filioque: Holl. Spiritum sanctum a Deo patre procedere, αὐτολέξει et disertis verbis docet sacra scriptura. Joh. XV, 26. Eundem procedere a filio Dei, ex denominatione spiritus filii (Gal. IV, 6), ὁμοουσίᾳ patris et filii (Joh. XVI, 15), acceptione omniscientiae a filio (Joh. XVI, 13, 14), visione apocalyptica fluvii de throno agni procedentis (Ap. XXII, 1), missione spiritus s. a filio (Joh. XV, 26), insufflatione Christi ad discipulos facta (Joh. XX, 22), ordine et distinctione personarum divinarum, valide colligitur.

33) Consequens af denna processio är missio spiritus s. temporalis. Quen. Missio spiritus s. in tempore in et ad apostolos, aliosque fideles, est aeternae processionis manifestatio, vel consequens et effectus. Illa perennis est et necessaria, haec gloriosa, intercisa et libera, itemque conditionata, non tamen localis est haec missio, nec inferioritatem infert, quia non est ministerialis et servilis.

34) Skriftbewisen anföra wi dels efter Grh. (t. I. loc. IV.), dels efter Quen. och Holl.

Uti G. Test. finner Grh. antydd: I. en pluralitas personarum in divinis och II. nominatim en trinitas personarum in divinis.

Ad I. Pluralitas blifwer bewisad:

a) illis locis, in quibus plurale Elohim usurpat de Deo: . . . Gen. XX, 13. XXXV, 7. — Deut. V, 26. Jos. XXIV, 19. 2 Sam. VII, 23. Job. XXXV, 10. Ps. CXLIX, 2. Es. XLIV, 2. LIV, 5. Jer. X, 10. XXIII, 36, ubi observa, vocem hanc pluralem non solum cum verbo singulari in plurimis scripturae locis constructum haberi (ad essentiae unitatem denotandam) sed etiam cum verbo et adjectivis pluralibus quandoque conjungi (ad personarum pluralitatem evidentius insinuandam).

b) locis, in quibus D. ipse in plurali numero de se loquitur. Gen. I, 26. Gen. III, 22. Gen. XI, 7. Es. VI, 8.

c) locis, in quibus Deus de Deo et Dominus de Domino loquitur, ibi enim itidem pluralitas personarum significatur: Gen. XIX, 24. Exod. XVI, 7. XXXIV, 5, 6. Num. XIV, 21. 2 Sam. V, 23. 2 Sam. VII, 11. Ps. XLV, 8. Ps. CX, 1. Jer. XXIII, 5. XXXIII, 15. Dan. IX, 17. Os. I, 7. Zach. II, 8. 9.

d) locis, in quibus fit mentio filii Dei, illum enim verum Deum esse oportet Ps. II, 7. Ps. LXXII, 17. Prov. XXX, 4. Denique referenda huc sunt omnia Vet. test. testimonia, in quibus Jehova dicitur talem angelum mittere, cui nomen Jehova vel opera divina tribuuntur; tunc enim angeli nomine intelligitur Dei filius, verus cum patre et spiritu s. Deus. Exod. XXIII, 20. 21.

Ad II. De tre personerna in una essentia bewisas:

a) ex locis, in quibus distincte tres personae divinitatis enumerantur. Gen. I. 1. 2. Exod. XXXI, 1. 2. 2 Sam. XXIII, 2. Ps. XXXIII, 6. Es. XLII, 1. Es. XLVIII, 16. Es. XLI, 1. LXIII, 7. Hagg. II, 5.

b) e. l. in quibus nomen Jehova et Dei tribus distinctis vicibus in una sententia repetitur, ibi enim pro modo revelationis veteri test. conveniente tres personae deitatis insinuantur. Num. VI, 23. 24. 25. 26. Deut. VI, 4. Ps. XLII, 2. 3. Ps. LXVII, 7. 8. Es. XXXIII, 22. Jer. XXXIII, 2. Dan. IX, 19.

c) ex τρισαγίῳ illo angelorum Es. VI, 3.

d) e. l. in quibus D. de Deo et Dominus de Domino loquitur. cf. ofwen I, c.

Men om G. Test. bewisställen för treenigheten säger Grh.: 1) Non hoc dicimus, quod testimoniorum de trinitate in V. et N. T. sit eadem claritas et evidentia, quia clarior hujus mysterii revelatio N. T. fuit reservata. 2) Nec hoc volumus, quod in disceptatione contra pertinacem adversarium ab obscurioribus V. T. dictis faciendum sit initium. Sed hoc duntaxat asserimus, quod ex V. T. pro adstruendo trinitatis dogmate quaedam testimonia afferri possint et debeant, cum Deus semper ab initio sese sic patefecerit, ut ecclesia omnibus temporibus Deum ita agnoverit, invocarit et celebrarit — quod in una indivisa essentia sint tres distinctae personae. —

I N. Test. bewisas I. trinitas personarum in divinis; II. om hwarje enskild person dess vera deitas.

Ad I. Quen. Demonstratur ss. trinitas tribus modis.

1) ex 1. Joh. V, 7.

2) singulari illa θεοφανείᾳ facta in baptismo Christi Mtth. III, 16. 17, ubi tres divinitatis personae manifestantur.

3) ex solemni baptismi formula a Christo tradita Mth. XXVIII, 19. Non possumus autem baptizari εἰς ὄνομα patris, filii et spiritus s., quin trium istorum auctoritate, dignitate et essentia aequalium nomen super nobis invocetur. Hinc argum.: Ad cujus fidem, religionem, cultum et obsequium obstringimur, is est verus Deus.

Ad II. 1) Patris Deitatem probant 1) nomina solius veri Dei propria;

2) attributa v. gr. aeternitas, infinitas, omniscientia, omnipotentia etc. etc.;

3) opera vera et mere divina;

4) cultus vere divinus.

2) Filii deitas probatur.

I) ex nominibus. Nomina alia sunt essentialia, alia personalia. Essentialia sunt, quae naturam et essentiam Christi divinam exprimunt. Personalia nomina sunt, quae personam designant.

1) Nomina divina essentialia: In V. T. Christus, germen Davidis, appellatur Jehova, justitia nostra. Jerem. XXIII, 6. Vocatur Jehova, quem unxit Jehova Es. LXI, 1. 8. Adonai Es. VI, 1. 2. 3. cf. c. Joh. XII, 41. — In N. T. filius Dei.

a) absolute, sine ulla conditione limitante aut alienante appellatur Deus. Joh. I, 1. Joh. XX, 28.

b) Nominibus divinis adduntur verba, quibus filius Dei incarnatus designatur. Sic Paulus Act. XX, 28. Idem apostolus 1 Tim. III, 16. Hbr. II, 14. Joh. I, 14. 1 Joh. IV, 2. 3.

c) Nominibus divinis annectuntur epitheta, quibus summus Deus indigitatur. Nam (α) Christus a s. Johanne nominatur verus Deus et vita aeterna. 1 Joh. V, 20—22. (β) A s. Paulo filius Dei vocatur magnus Deus. Tit. II, 13. (γ) Ab eodem apostolo Christus nuncupatur Deus super omnia benedictus in saecula Rom. IX, 5. Vocatur *κύριος ἐξ οὐρανοῦ* 1 Cor. XV, 47; dicitur omnium Dominus Act. X, 36, adeoque Dominus coeli et terrae, quae est descriptio veri Dei. Matth. XI, 15; dominus dominorum et rex regum Apoc. XVII, 14. XIX, 16.

2) Nomina divina personalia.

Vocatur Christus in sacris literis a) filius Dei proprius Rom. VIII, 32, habens Deum patrem proprium. Joh. V, 18.

b) filius unigenitus a patre Joh. I, 14.

c) filius existens in sinu patris Joh. I, 18.

d) filius primogenitus Hbr. I, 6.

e) filius angelis superior Hbr. I, 5.

f) filius Deo patri aequalis. Joh. XV, 17. 18.

II. Ex attributis divinis.

Est enim filius Dei 1) aeternus Col. I, 17. Hbr. XIII, 8. Joh. I, 1. 14. Apoc. I, 8.

2) immensus et omnipraesens. Joh. I, 18. Mtth. XVIII, 20. XXVIII, 20.

3) immutabilis. Ps. CII, 28. Hebr. I, 12.

4) sanctissimus. Dan. IX, 24.

5) omnipotens. Apoc. I, 8. Joh. X, 28.

6) omniscius. Joh. XXI, 17. Joh. II. 25.

7) beatissimus et *αὐταρκέστατος*. Joh. XVI, 15.

8) gloriosissimus 1 Cor. VIII, 8. Joh. XVII, 5.

III. Opera divina filii Deitatem demonstrantia, vel sunt ad intra, ut spiratio activa spiritus s. et ejusdem missio, de quibus suo loco; vel ad extra. Opera divina ad extra cum Christo, Dei filio in scripturis tribuantur, utique ex illis vera ejus Deitas efficaciter probatur; tribuitur autem ipsi 1) mundi creatio Gen. 1, 2. Ps. XXXIII, 6. CII, 26. Prov. VIII, 30. Joh. I, 1. Col. I, 16. Hbr.

I, 10. 2) Rerum omnium conservatio et gubernatio Joh. V, 17. 1 Cor. VIII, 6. Hbr. I, 3. 3) Miraculorum operatio Ps. LXXII, 19. 4) Generis humani redemtio. Os. XIII, 14. Zach. IX, 11. 5) Ecclesiae conservatio et protectio Mtth. XVI, 18. 6) Mortuorum resuscitatio Job. XIX, 25. Joh. VI, 39. 40. XI, 25. 7) Salvatio Mtth. I, 23 etc. etc.

IV. Ultimum argumentum pro Deitate Christi petitur a cultu et honore divino. Tribuitur autem Christo cultus divinus 1) in genere Joh. V, 23. 2) in specie Es. XLV, 23. Phil. II, 20. Joh. XIV, 1. Mtth. XXVIII, 19.

3) Spiritus s. Deitas probatur I. ex divinis nominibus. Diserte enim vocatur Jehova 2 Sam. XXIII, 2. רוּחַ יְהוָה locutus est per me cf. vers. 2. et Actor. I, 16. Es. I, 2. Ezech. I, 3 etc. cum. Zacharia VII, 12. Luc. I, 70. cum 1 Ptr. I, 11. 2 Ptr. I, 21. Es. VI, 8. 10. cum Actor. XXVIII, 25 seq. etc. etc. *θεός* Actor. V, 3. 4. 1 Joh. V, 7. 9. etc. etc. *κύριος* 2 Cor. III, 17. 1 Cor. XII, 4. 5.

II. Ex attributis divinis essentialibus, nempe aeternitate Ebr. IX, 14. Omnipotentia Es. XI. Luc. XI, 20. 1 Cor. XII, 11. Omniscientia 1 Cor. II, 10. 11. 12. Bonitate et misericordia Neh. IX, 20. Ps. CXIII, 11. Omnipraesentia CXXXIX, 5.

III. Ex operibus divinis, ut sunt creatio universi Gen. 1, 2. Job. XXVI, 13. Ps. XXXIII, 6. Conservatio Job. XXXIII, 4. Miraculorum productio Actor. X, 38. His adde opera gratiae et justitiae, de quibus scriptura passim.

IV. Ex cultu divino, utpote a) ex adoratione. Es. VI, 8. Act. XXVIII, 25 et 26. b) ex invocatione Ps. L., 15. Ps. CV, 1. 2 Cor. XIII, 13. Apoc. I, 4. c) a fide in spiritum s. Jerem. XVII, 5. Mtth. XXXVIII, 19. —

Cap. III.

De creatione.

§. 20.

Till läran om den treenige Gudens tillwaro, wäsende och egenskaper, sluter sig läran om Hans werk. Men Hans första opus ad extra är werldens skapelse [1]).

Om denna skapelse lärer oß den H. Skrift sålunda:

1) Den är ett Guds werk, hwilket Gud allena utan medwerkan eller biträde af något slags creatur [2]), af fritt beslut [3]) endast genom sitt allsmäktiga Skapare-ord [4]) har fullbordat; ett werk af den ende sanne Guden, som är till; derföre ett werk af den treenige Guden [5]).

2) Gud är i ordets egentliga mening skapare af werlden. Dermed uteslutes hwarje föreställning, hwilken antager ett från ewighet redan förhanden warande ämne, hwaraf Gud skulle blott hafwa bildat, tillredt eller format werlden. Fastmera är äfwen ämnet sjelft, som ligger till grund för werlden, af Gud skapadt. Detta uttryckes med den satsen: att werlden är skapad af intet; hwilken sats just will säga det, att ingenting warit förhanden, hwaraf Gud skulle hafwa betjenat sig wid werldsbildningen, utan att allt som är, först af honom har blifwit framkalladt. 2 Macc. 7, 28. Rom. 4, 17. Ebr. 11, 3. Es. 41, 24. Ordspr. B. 8, 28 [6]).

3) Då uti 1 Mos. B. läres en bestämd början af skapelsen; så uteslutes dermed föreställningen om en ifrån ewighet existerande werld [7]).

4) Werlden, då wi dermed förstå hela den utbildning och gestalt, som den hade wid slutet af skapelsedagarne, har efter den Mosaiska berättelsen icke uppstått på en gång, utan under en smånigom skeende (succeßiv) utweckling (sex dierum intervallo Deus omnia condidit, quae condita et creata sunt: eleganti rerum observato ordine). Sättet, hwarpå den har uppstått (ordo creationis) är beskrifwet Gen. I. derefter kunna wi skilja emellan: a) materiens skapelse; b) ferskiljandet af de enkla, af intet skapade ämnena; c) ordnandet af de råa maßorna och deras utbildning till den form, hwari de förefinnas wid slutet af skapelsedagarne [8]). I följd häraf kan man ock skilja creatio immediata ifrån mediata: med den förra förstår man skapandet af intet; med den sednare ordnandet af den redan skapade maßan [9]).

5) Skapelsens närmaste och högsta ändamål är gloria Dei, ty Gud will, att Han äfwen skall warda känd och ärad, såsom den store Gud, som Han är. Ps. 19, 2. Ordspr. B. 16, 4. Rom. 1, 20. Wish. B. 13, 5. Pred. B. 42, 16. Men af alla de warelser, som skapade äro, intager menniskan det högsta rummet, och för hennes skull är allt annat i werlden skapadt. Derföre kan man kalla usus et utilitas hominum 1 Mos. B. 1, 28.: finis creationis intermedius [10]).

6) Då werlden således hel och hållen är skapad af Gud, så följer ändtligen, hwilket Skriften också uttryckligen säger (v. 31), att allt i werlden war ganska godt, och derföre allt ondt och allt bristfälligt, som nu är i densamma, måste betraktas såsom något först sedermera tillkommet [11]).

Detta allt sammanfattas i denna definition: Creatio est actio unius et quidem solius Dei, ac indivisum trium personarum divinitatis opus, quo pater per filium coaeternum in spiritu s. coaeterno libera voluntate sex distinctis diebus condidit omnia visibilia et invisibilia, non ex materia aliqua ab aeterno sibi coëxistente, sed ex nihilo propter gloriam sui nominis et hominum utilitatem, et omnia quaecunque Deus fecit, sunt valde bona (Grh.)[1 2].

1) Åtskilnaden mellan opera ad intra och opera ad extra, hwilken wi framställde redan wid läran om treenigheten; omnämna många DD. först här: Quen. indelar opera ad extra: i actiones potentiae, ut creatio et conservatio mundi; i act. misericordiae, ut generis humani redemtio, vocatio, regeneratio, conversio, salvatio; och i act. justitiae, ut mortuorum resuscitatio, ultima dijudicatio, diabolorum et impiorum damnatio.

Om sammanhanget mellan lärorna om creatio och om treenigheten säger Chemn. Hactenus in loco de trinitate descriptus est Deus, quid sit in arcana sua natura et facta quidem mentio etiam est operum Dei sed illorum praecipue, quae divinitas intra sese extra omnem creaturam operatur. Deus vero qui posuit tenebras latibulum suum et habitat lucem inaccessibilem, prodiens ex arcana sua sede, manifestavit se etiam in operibus ad extra . . et quia prima manifestatio ad extra facta est in opere creationis, ideo proxime sequitur locus de creatione. —

2) Chemn. Creatio est actio unius Dei: quod propter eos dicitur, qui plura principia posuerunt. Item est actio solius Dei, quae nulli creaturae tribui debet vel potest. Mal. II, 10. Job. XXXI, 15. 1 Cor. VIII, 6. Es. XLV, 6 et 7. Job. IX, 8. Dermed är tillika deras mening förkastad, qui Deo in opere creationis adjungunt naturae cooperationem, sicut in rebus jam conditis et ordinatis fit (Chemn.), äfwensom deras qui creationis opus inter Deum et angelos diviserunt. (Grh.)

Calov. Causa instrumentalis vel media nulla fuit in primaeva creatione, quia per Verbum creavit Deus omnia. —

3) Quen. Neque causa creationis προηγουμένη ulla fuit, praeter solius Dei, non ex necessitate naturae sed ex libertate voluntatis se communicantis beneplacitum.

Calov. Causa impulsiva creationis est immensa Dei bonitas, ex qua D. sese ut summum bonum communicare voluit, liberrimeque communicavit. —

Holl. Creatio est actio divina libera; propterea quod Deus hoc universum condidit, non adductus necessitate, prorsus ac si famulitio creaturarum indiguerit, cum sit αὐταρκέστατος, sed libere, ut potuerit creare et non creare, citius aut serius, hoc vel alio modo condere. —

4) Derföre betecknas ock creatio såsom non successiva sed ratione singulorum entium creatorum instantanea — neque enim

motu aut operosa molitione Deus singula condidit, sed cum dixit: "fiat lux" subito facta est. Holl.

Calov. Actio non est successiva proprie sed instantanea; singula enim, quae creavit Deus, in instanti sine motu vel successione creavit, quamvis si collectim ea spectentur, per sex νυχϑήμερα absoluta sit creatio: non quod totos illos dies continuos impenderit creationi sed quod singulorum dierum momentis aliquid creavit.

5) Calov. Causa efficiens creationis est unus et solus Deus.

Grh. Est autem ille unus verus Deus: pater, filius et spiritus s.; ideo creationis opus et patri et filio et spiritui s. scriptura tribuitur. De patre dicitur 1 Cor. VIII, 6. de filio Joh. I, 3. Col. I, 16. de spiritu s. Job. XXVI, 13. Ps. XXXIII, 6. Ps. CIV, 30. Gen. I, 2. . . . Concludimus igitur creationem esse actionem indivisam unius ac solius veri Dei, patris scil. filii et spiritus s. — Om, detta oaktadt, creatio warder i serskild mening kallad ett opus Dei patris ad extra, (cf. loc. de trin. not. 29) så sker detta blott per appropriationem. (cf. l. d. tr. not. 25) Holl. Opus creationis Deo patri in s. literis et symbolo apostolico peculiariter tribuitur: a) propter ordinem operandi; eo quod pater a se habet, quod agat et creet, filius Dei et spiritus s. a patre; b) quia D. pater omnipotentiam suam efficacissimo verbo mandati in opere creationis manifestavit. Gen. I, 3; c) creatio est opus divinum ad extra primum, adeoque de prima divinitatis persona per quandam appropriationem dicitur. —

Chemn. Non disputandum est autem curiosius de discrimine personarum in opere creationis sed contenti simus illa revelatione, quod ab aeterno patre, per filium, fovente spiritu s. creata sint omnia. Rom. XI, 36. Sunt autem haec non ad inaequalitatem personarum trahenda, sicut Ariani blasphemarunt, filium esse instrumentum Dei in creatione, sicut faber utitur securi. Nam hae praepositiones (ἀπὸ, διὰ, ἐν) non naturam dividunt sed unius et inconfusae naturae proprietates exprimunt. Så äfwen Holl. Tres divinitatis personae non sunt tres causae sociae, non tres auctores creationis, sed una causa, unus auctor creationis, unus creator. — Licet tres distinctae sint personae, una tamen virtute influunt in opus creationis. Si diversa operandi virtute influerent, forent causae sociae. —

6) Quen. Materia creationis ex qua respectu rerum primo die creatarum nulla datur. Quae enim primo die creata sunt, non ex praeexistente sive aeterna sive antea creata materia sed ex nihilo pure negativo facta sunt. — Quando dicitur, opera primi diei esse creata ex nihilo, particula ex non designat materiam ex qua sed excludit. Non enim aliud notatur per τὰ ex nihilo, quam terminus a quo, h. e. Nihilum, ex quo omnia facta dicuntur, non materiae sed termini a quo duntaxat rationem habet et de creationis ordine intelligi debet et recte particula "ex" per "post" verti potest, ut sensus sit: post nihilum, velut terminum a quo, aliquid factum est. —

Chemn. Quod materia ex qua, non fuerit ab aeterno, sed ex nihilo creata sint omnia i. e. cum res non essent, Deo dicente esse coeperint. . . Dicitur autem, de nihilo creata esse, non ut vulgo loquimur, de nihilo litigant i. e. de re levi: sed quando fit, exoritur, existit aliquid, et non est aliquid, ex quo fiat.

Grh. Facessant deliria Stoicorum, qui fingebant duo aeterna principia, *νοῦν καὶ ὕλην*, mentem sive Deum et materiam, quam aeternis temporibus confusum chaos fuisse et certo tempore a mente demum efformatum somniabant.

I anledning af denna lära fästa DD. uppmärksamheten på skilnaden mellan orden creare, gignere och facere. Creare (בָּרָא): ex nihilo aliquid facere, diversum a substantia creantis. Gignere significat, de substantia sua aliquid producere, simile secundum essentiam. Facere (עָשָׂה) accommodatur etiam illis rebus quae fabricantur ex materia. Af denna skilnad mellan creare och gignere följer redan den satsen: (Holl.) Deus mundum hunc aspectabilem non creavit ex essentia sua neque hanc in partes quasi diffudit, ut quaelibet creatura deitatis particula dici possit. —

Calov. Non consistit creatio in emanatione ex essentia Dei, non in generatione nec etiam in motu aut mutatione naturali . . . sed in actione externa qua e nihilo . . . virtute infinita res producuntur.

7) Quen. Mundus nec ab aeterno fuit nec ab aeterno creari potuit. — Prob.: a) ex creationis historia; b) ex mundi fine et interitu; c) ex aeternitate soli Deo propria; d) ex modo productionis: quia ex nihilo creata sunt omnia, hinc sequitur, materiam ex qua non fuisse ab aeterno. Men fastän werldskapelsens ewighet förnekas, får man dock akta sig för sådana uttryck, som om werlden skulle hafwa blifwit skapad på en bestämd tid, emedan en tid, som skulle hafwa funnits före werlden, icke ens kan tänkas. DD. pläga härom uttrycka sig så: Hfrffr.: Moses (Gen. I, 1.) respondet: Hanc mundi machinam non semper aut ab aeterno fuisse: sed exortu suo ab aliquo certo temporis principio dependere: ita ut cum infinitis retro aeternitatis seculis mundus nullus esset: fecisse Deum, ut, definito illo temporis principio, mundus exoriretur. — Calov. Creatio rerum non ab aeterno facta est, sed in principio illo, quo omne tempus fluere coepit. Proinde non in tempore proprie, sed in primo instanti ac principio temporis coepit creatio. Quod dicitur principium viarum Domini, Prov. VIII, 22, ante quod, uti nulla via, nulla externa actio, nullum opus, ita nullum tempus, nullum aevum aut seculum fuit. Tum enim coeperunt secula aptari verbo, Hbr. VI, 3. tum coepit seculorum omnium creatio. I, 2.

Frågan: quare Deus non citius creavit mundum et quid fecit solus in aeternitate otiosus: blifwer afwisad såsom en quaestio furiosorum, ea quae non quidquam utilitatis habent, curiose inquirentium. (Hfrffr.)

8) Hfrffr. Ex Gen. I, 1 sq. apparet: in creatione mundi triplicem opificis operationem fuisse: 1) primum quidem creavit, h. e.

cum nulla prius extaret materia, ex nihilo produxit rudem illam indigestamque molem corpoream, quam Moses coeli, terrae et aquae nominibus insignivit. 2) Deinde primo triduo isthaec corpora distinxit. 3) Tandem altero triduo suo quodque ornatu consummavit.

Quen. Forma creationis tribus absolvitur gradibus: 1) rudis materiae, quae totius universi quasi seminarium fuit, productione primo die facta; 2) creaturarum simplicium distinctione et dispositione, per tres dies priores peracta. Nam primo die lucem a tenebris, altero aquas inferiores a superioribus, interposito firmamento, et tertio terram ab aquis distinxit, et 3) mundi exornatione et consummatione, altero triduo perfecta. Nam quarto die coelum luminaribus, quinto aquam piscibus, aërem volatilibus, sexto denique terram animalibus et postremo omnium animantium principe, nempe homine condecoravit. —

Om den sidst skapade menniskan handla de sednare DD. mest i en egen afdelning, hwilken de låta föregå loc. de providentia. Men wi tro, att det wäsendtliga derom lämpligen kan infogas här i följande satser: 1) Om hennes ställning i werlden säger Quen. Deus operi creationis ultimam veluti manum impositurus, creaturarum nobilissimum, cujus gratia reliquas omnes produxerat, hominem vid. produxit.

2) Definitionen hos Holl.: Homo est animal, constans anima rationali, corpore organico, a Deo conditum, ipsiusque imagine in prima creatione condecoratum, ad creatorem sincere colendum, vitam pie traducendam, et aeternam beatitatem consequendam.

3) Den första menniskan war Adam: Quen. Adam sexta hexaëmeri primi die a Deo conditus, omnium hominum primus est, totiusque generis humani per orbem universam parens. 1 Cor. XV, 45, 47. Gen. II, 5. (Antithesis Js. Peyrerii, Prae-Adamitarum conditoris (1655) qui dicit: "Gentiles genere et origine a Judaeis di-"versos esse: Judaeos formatos a Deo in Adamo, gentiles antea "creatos fuisse eadem, qua caetera animantia, die. Horum origi-"nem Gen. I. describi, illorum cap. II. . . . Gentiles multis sae-"culis priores esse gente Judaica, genere naturaque diversos ab "eodem, et diluvio Noachico judaico superstites." It.: "Conditi "orbis epocham non ducendam esse ab illo principio, quod vulgo "fingitur in Adamo, altius et longissime retroneis seculis id repe-"tendum esse." —) — Br. Condidit autem Deus initio unum tantum Individuum, nempe Masculinum; feminam postea ex costa viri dormientis produxit. Gen. II, 22.

4) Om modus productionis Quen. In eo consistit, quod Deus hominem fecit a) suscepta singulari de hoc opificio deliberatione. Gen. I, 26; b) immediate suis, ut sic dicam, manibus; c) ordinate et eleganter; d) successive (Gen. II, 7, 21, 22.) primum corpus (respectu Adami) formando, deinde animam ipsi inspirando. —

5) De principiis hominis constituentis internis: Quen. Sunt materia et forma physica. Materia est corpus animatum organicum, ante lapsum impatibile, non mortale. Gen. I, 26. Sap. II, 23. Forma physica est anima, ante lapsum ingenti sapientiae et scientiae concreatae luce collustrata. Col. III, 20. Pura insuper,

ac omnis omnino labis peccaminosae expers. Eph. IV, 24. — Såsom tertia pars essentialis hominis warder således icke spiritus räknad. Wid de derför anförda ställena Luc. I, 46, 47. 1 Thss. V, 23. Hbr. IV, 12. anmärker Quen.: 1) per spiritum scriptura s. in ejusmodi dictis non intelligit aliquem spiritum, ab anima humana substantialiter differentem sed partem animae superiorem; 2) disting. inter spiritum acceptum pro parte hominis essentiali, et sic idem est, quod anima et ab hac non distinguitur, et usurpatum pro donis spiritualibus, et sanctificationis, quae a spiritu s. in credentes conferuntur vel pro spiritus s. gratia et effectu scil. qualitatibus et donis spiritus s. in homine regenito. —

6) Frågan: utrum animae humanae quotidie a Deo creentur, an vero per traducem propagentur? blifwer sålunda beswarad: (Quen.) Primi hominis anima immediate a Deo fuit creata, Evae vero ut et reliquorum hominum animae non creantur quotidie, nec ut corpus aut animae brutorum ex suis parentibus gignuntur, sed per traducem vi benedictionis divinae a parentibus propagantur. Quen. anförer följande bewis: 1) ex primaeva Dei benedictione Gen. I, 28, cf. cum VIII, 17, IX, 1; 2) ex quiete et cessatione Dei ab omni opere die septimo. Gen. II, 2; 3) ex productione animae Evae Gen. II, 21, 22; 4) ex generationis descriptione Gen. V, 3. Sicut Adam post lapsum genuit filium ad imaginem et similitudinem suam, non tantum quoad corpus sed etiam quoad animam, ita et reliqui homines; 5) ex Gen. XLVI, 26; 6) ex absurdis: a) si statuatur, animas a Deo immediate creari vel peccatum originis negandum plane fuerit, vel Deus ab injustitia liberari non poterit, quorum utrumque absurdum; b) sequitur, hominem non generare hominem totum, s. totum compositum, sed tantum ejus partem, qui vero non dat formam hominis, non generat hominem, nam homo sine forma, h. e. anima non est homo . . . 7) ex Ps. LI, 7. — Jemför äfwen följande anmärkningar af Quen.: 1) Disting. inter creationem animarum omnium simultaneam, factam sub primordium mundi, et quotidianam, quae nunc fiat, quoties homines generantur. 2) Uti de animae humanae e corpore egressu et post egressum statu, parum certi novit humana ratio, scriptura s. non illustrata, ita quoque de animae humanae ortu in vel cum corpore nihil certi definire potest. 3) Disting. inter traductionem vel propagationem animae ipsam, et traductionis ac propagationis modum. Propagationem animae a parentibus liberos procreantibus fieri, non autem creari aut infundi animas a Deo immediate e s. literis satis manifestum est, modus vero definitus non est, adeoque ab ejus determinatione et definitione abstinemus. — Om corpus säger ytterligare Holl. a) Corpus est vera pars hominis, sine quo non est verus et integer homo. b) Anima humana non est a Deo conjecta in corpus, tanquam in carcerem squalidum, quo impediatur, quominus promte se elevare, et subvolare possit ad Deum cognosendum, amandum et venerandum. (Antithesis Mysticorum). Om anima Holl.: Anima inspirata dicitur a Deo, non ex Deo. Neque enim de substantia sua Deus animam homini inspiravit. — Anima humana neque ex essentia divina effluxit, neque per spiritualem regenerationem atque mysticam cum Deo triuno unionem, in essentiam divinam redit aut refluit. Br. Hominem . . .

creavit

creavit Deus; corpus quidem ejus ex terra, animam vero ex nihilo producens et corpori conjungens. —

9) Quen. Omnia ex nihilo creata sunt: alia tamen immediate scil. opera primi diei, alia mediate scil. mediante illa materia, quam Deus ante ex nihilo pure negativo creaverat, nempe opera sequentium quinque dierum. — Illa est summi ordinis, et primario seu principaliter sic dicta creatio, per quam Deus citra interventum alterius, immediate egit in nihilum, evocando ex eo id, quod realem et positivam essentiam habet; haec vero est creatio secundi ordinis, secundario et minus principaliter, proprie tamen sic dicta, qua Deus ex praejacente quidem materia, sed inhabili et prorsus indisposita aliquid produxit.

10) Quen. Finis creationis ultimus est Dei gloria. Manifestavit enim Deus in et per creationem a) gloriam bonitatis, dum bonitatem suam cum creaturis communicavit; b) gloriam potentiae, dum omnia creavit ex nihilo, solo nutu atque verbo; c) gloriam sapientiae, quae elucet ex rerum creatarum multitudine, varietate, ordine, harmonia. Ps. XIX, 1.

(Grh.) Ut Deus, qui natura invisibilis est, etiam a visibilibus possit sciri, opus factum est ab eo, quod opificem visibilitate sua manifestaret. —

Finis intermedius est hominum utilitas. Omnia enim Deus fecit propter hominem, hominem autem propter se ipsum. Ps. CXV, 16.

11) Chemn. Pertinet et hoc ad definitionem creationis, quod omnia, quae Deus fecit, sint valde bona. Gen. I, 31. Sap. I, 13 et 14.

Quen. Excludimus hoc ipso ἁμαρτήματα naturae, quae post lapsum hominis demum coeperunt — —.

Calov. Consequentia creationis sunt Dei complacentia, tum quies ab opere creationis nec non jus vel dominium in creaturas absolutum. —

12) Quen. Creatio est actio Dei unitrini externa, qua is res omnes visibiles et invisibiles ex nihilo, sex dierum spatio, solo liberrimae voluntatis suae imperio omnipotenter et sapienter produxit, in nominis sui laudem et hominum utilitatem.

Br. Definitur creatio, quod sit actio Dei triunius ad extra, qua Deus, bonitate sua impulsus, mundum hunc et quae in eo sunt omnia, primum quidem corpora simplicia, ex nulla praejacente materia; deinde ex corporibus simplicibus, tanquam inhabili et indisposita materia, corpora mixta; quin etiam independenter ab omni materia, substantias immateriales produxit, ita ut quodlibet horum, juxta ideam mentis suae, solo voluntatis imperio potenter efficeret, et sex dierum spatio totum opus absolveret, ad sapientiae, potentiae et bonitatis suae gloriam atque hominum utilitatem. —

Cap. IV.

De providentia.

§. 21.

Gud är icke att likna wid en handtwerkare, som lemnar sitt werk, sedan han förfärdigat detsamma, åt sig sjelft och går derifrån; utan såsom han gjort werlden, så uppehåller han den äfwen och drager städse omsorg om den [1]). Derföre talar den H. Skrift aldrig om Skapelsen, utan att ock på samma gång erinra om den öfwer werlden wakande Försynen. Och just deruti ligger en christens högsta tröst, att han kan tänka sig Gud såsom städse närwarande i werlden, hwilken drager omsorg både om det största, och om det mindsta, och hwilken genom ingenting kan hindras derifrån. Redan den naturliga betraktelsen af werlden och iakttagandet af deß lopp kan tillföra oß denna tröst; dock förmå wi först genom den wißhet, hwilken uppenbarelsen härom gifwer oß, att orubbeligen fasthålla densamma [2]).

Men Guds försyn [3]) bewisar sig deri, att Gud I) uppehåller det redan skapade i werlden; II) medwerkar i allt, som sker, och III) länkar och leder allt uti werlden. Läran om Försynen delar sig derföre uti lärorna om **conservatio**, **concursus** och **gubernatio** [4]).

I. Conservatio est actus providentiae divinae, quo Deus res omnes a se creatas sustentat, ut in natura sua proprietatibus insitis et viribus in creatione acceptis persistere possint. Holl. — Werlden skulle återfalla till intet, om Gud icke städse uppehölle så wäl slägtet och det enskilda i densamma, som ock det bestånd och den fortgående ordning och samwerkan, hwilken han har anwisat det hela [5]). Ty de skapade tingen hafwa icke uti sig sjelfwa kraft att subsistera, utan hafwa den blott så länge, som Gud låter densamma tillkomma dem [6]). Wi serskilja derföre blott till begreppet **creatio** ifrån **conservatio**; men hos Gud måste wi tänka oß den ena gifwen i och med den andra. Derföre blifwer ock **conservatio** betecknad såsom **creatio continuata** [7]).

II. Concursus [8]). Men Guds försyn innebär mycket mera, än blott det, att Gud skapar och uppehåller werlden.

Ty skulle ingenting widare af honom blifwa åtgjordt, så hade wi att hänföra alla handlingar och förändringar, hwilka föregå i werlden, ensamt till creaturen, och Gud skulle icke hafwa någon annan andel i desamma än den, att hafwa gifwit creaturen krafter och förmåga till sådant handlande. Men Gud måste wi dock tänka oß på helt annat sätt närwarande i werlden. Den H. Skrift lärer oß, att han wid allt, som sker i werlden, deltager och medwerkar; att allt det, som sker, icke skulle kunna ske utan honom och hans kraftiga medwerkan; att således hwarje enskild werkning, förändring eller handling uti werlden blott kommer till stånd genom Guds inflytande. Gud är således härwid wäl icke, såsom wid skapelsen och uppehållelsen, den enda orsaken till det som sker. Ty Gud har gifwit de lefwande wäsenden en wilja, som skulle wisa sig werksam i handlingar, och har äfwen inplantat i de liflösa tingen en kraft; och deßa hafwa wi att betrakta såsom de werkande orsakerna till handlingarne. Derföre får icke Guds försyn så uppfattas, som skulle han allena wara upphofsmannen till alla handlingar, emedan då denna wilja, hwilken wi måste antaga hos de lefwande warelserna, allsicke skulle göras gällande, eller den kraft, som är nedlagd hos de liflösa tingen, ~~att~~ anwändas. Men wäl är Gud en medwerkande orsak till allt, som sker. Wid alla de handlingar sålunda, hwilka utgå ifrån ett creatur, är detta lika ~~mycket~~ orsaken till dem, som Gud. Men han är derwid städse att tänka såsom medwerkande, och hwarje förändring, werkning eller handling, hwilken förekommer, är således att hänföra på en gång till deßa båda, till creaturet och till Gud [9]). Detta uttryckes i läran om **Concursus sive cooperatio Dei est actus providentiae divinae, quo Deus cum causis secundis in ipsorum actiones et effectus influxu generali et immediato juxta cujuslibet creaturae exigentiam et indolem suaviter coinfluit. Holl.** [10]). Men så wißt det är, att i allt, som sker, Gud är att tänka såsom medwerkande [11]); så är dock sättet för hans medwerkan högst olika, allt efter beskaffenheten af **causae secundae** och det förhanden warande behofwet. Annorlunda medwerkar Gud då, när handlingen skall utgå ifrån den liflösa naturen, och annorlunda då när **causa secunda**, med hwilken Gud medwerkar, är en med frihet begåfwad [12]). Och å andra sidan medwerkar Gud annorlunda wid de goda, annorlunda wid de onda handlingarne [13]). Men Guds

allmänna medwerkan är städse att tänka såsom en omedelbar [14]), men tillika äfwen såsom en sådan, genom hwilken werkan icke på förhand warder bestämd (concursus non praevius, sed simultaneus; non praedeterminans sed suaviter disponens), ty annars skulle det werksamma deltagandet af causa secunda warda uteslutet och deß frihet upphäfd [15]).

III. Gubernatio: actus providentiae divinae, quo Deus optime res et actiones creaturarum ordinat, moderatur et ad fines suos dirigit secundum sapientiam, justitiam et bonitatem suam ad nominis sui gloriam et hominis salutem. Calov [16]). Gud deltager just derföre medwerkande i hwarje handling, på det han må kunna leda hela werlden efter sina ändamål. Derföre såsom conservatio sträcker sig till de skapade tingens warande och bestånd; så sträcker sig gubernatio till de af deßa creatur utgående handlingar. Gud länkar och leder dem efter sin wilja, så att de motswara hans ändamål. Och denna Guds regering sträcker sig ock lika till det hela, som till det enskilda; till det stora, som till det lilla [17]).

Men under det Gud, såsom wi af läran om concursus redan hafwa sett, låter menniskan fortfara i sin frihet, är derigenom arten och sättet för hans regering bestämdt; ty han regerar så, att denna frihet derigenom icke lider något intrång. Derföre sker ock mycket, som icke skulle hafwa skett, om icke ett sådant spelrum blifwit lemnadt den menskliga friheten och genom menniskornas serskilda förhållanden, hwilka Gud icke will hindra i deras frihet, låter han äfwen bestämma sig att beträda olika wägar, för att länka werlden efter sina ändamål. Deßa serskilda wägar beskrifwas genom uttrycken permissio, impeditio, directio och determinatio.

1) Mycket sker som på intet wis har att glädja sig af Guds egentliga wälbehag; men Gud tillåter det gå i fullbordan, emedan han icke will genomdrifwa det för honom wälbehagliga med twång och med upphäfwande af den menskliga friheten; han söker derföre att på andra wägar uppnå sitt mål. (Permissio) [18]).

2) Ofta nöjer sig Gud äfwen dermed att blott förhindra det, som skulle wara emot hans ändamål. (Impeditio) [19]).

3) De ur menniskans frihet härflytande handlingarne, ware sig goda eller onda, wet han, sedan de äro skedde eller af honom tillåtne, att så länka, att de måste tjena och motswara hans ändamål. (Directio)[20].

4) Då det slutligen är han, ifrån hwilken all kraft och all förmåga till handling kommer; så wet han att uppnå sina ändamål äfwen derigenom, att han, då menniskans handlingar skulle wara emot deßa hans ändamål, förnekar dem kraft dertill eller håller dem inom wißa skrankor, hwilka de icke få öfwerskrida. (Determinatio)[21].

Om **Providentia** i allmänhet, såwida den i sig innefattar alla deßa tre, **Conservatio**, **Concursus** och **Gubernatio**, gäller äfwen:

1) Att den wäl sträcker sig till allt; men icke till allt på lika sätt; fastmera gör den en åtskilnad allt efter den ställning, som det enskilda har uti werlden. Och då nu uti werlden det högsta rummet är inrymdt åt menniskan, så är ock hon på ett serdeles sätt föremål för försynen; men synnerligast de fromma, emedan menniskans salighet är Guds högsta ändamål med henne[22].

2) Guds försyn betjenar sig i allmänhet af medelorsaker, och utförer på detta sätt sina afsigter. Men dock är Gud ingalunda bunden wid deßa medelorsaker; utan ofta utöfwar han sin försyn med förbigående af desamma, så att han werkar twertemot det, som wi kalla naturens lopp. Häraf uppkommer skilnaden mellan **Providentia ordinaria** och **extraordinaria**[23].

3) Annorlunda förhåller sig Guds försyn till det Onda och annorlunda till det Goda. (**Providentia quae circa bonum** och **quae circa malum occupatur**)[24].

Def.: Quen. Providentia est actio externa totius ss. trinitatis, qua res a se conditas universas ac singulas tam quoad speciem, tam quoad individua potentissime conservat, inque earum actiones et effectus coinfluit et libere ac sapienter omnia gubernat ad sui gloriam, et universi hujus atque imprimis piorum utilitatem ac salutem[25].

1) **Grh. Creator omnium Deus non discessit ab opificio a se condito, sed omnipotentia sua illud adhuc hodie conservat et sapientia sua omnia in eo regit ac moderatur.**

2) Grh. Utrumque conjungit scriptura, utrumque fideli corde credendum, Deum esse κτιστὴν, Deum esse προνοητὴν. Job. XII, 9 et 10. Act. XVII, 24, 25, 28. Ps. CXXI, 2. Imaginatio illa perversa, quod Deus creaturas reliquerit propriae tantum gubernationi, magnam caliginem offundit mentibus humanis, et tetras parit dubitationes. — Ipsa illa, quae conservatur ac regitur natura, divinae providentiae testis est. Si naturae discipulus esse volueris, invenies non minus vilissimis et minimis rebus consuli, quam nobilissimis; ad finem necessaria conferri omnibus; in certo ac mirabili ordine persistere omnia; ea, quae sine sensu et cogitatione agunt, tamen obtinere suum finem; res inter se pugnantes ita temperari ut, vires invicem frangendo, repugnantia sua mundo prosint. — Sed illa ex naturae libro petita divinae providentiae cognitio languida est et imperfecta, non aliquo naturae ipsius sed mentis nostrae vitio. — Certior autem et perfectior est illa providentiae divinae cognitio, quae ex scripturae libro petitur. —

Holl. Providentia Dei cognoscitur partim ex lumine naturae, partim ex lumine scripturae. —

3) Quen. Dicitur providentia a providendo et actum providentis ac sollicitam rerum ad se pertinentium curam gerentis notat. —

Uttrycket providentia (πρόνοια) förekommer icke uti de canoniska böckerna i den mening, som här dermed förbindes, utan blott i Wish. B. XIV, 3. Men likbetydande dermed äro uttrycken: visio Gen. XXII, 8. 1 Sam. XVI, 1. Ez. XX, 6. Ordinatio Ps. CXIX, 91. Servatio Ps. XXXVI, 7. διοίκησις Sap. XII, 18. διακυβέρνησις Sap. XIV, 3. πρόταξις, Act. XVII, 26. —

Skriftbewis: Holl. Tota s. scriptura nihil aliud est, quam pellucidum speculum, e quo, quocunque te vertas, promicat pervigil ille oculus providae directionis: derföre warder Gud Ps. CXXI, 4 kallad custos Israel. a) Providentia conservatrix bewises af Ps. XXXVI, 7. b) Prov. cooperatrix af Act. XVII, 27, 28. c) Prov. gubernatrix af Jer. X, 23.

4) Uti desa tre delar låter providentia dela sig, så wida den är ett opus Dei ad extra. Men söka wi att upplösa begreppet af providentia i de acter, hwilka föregå hos Gud, då werkställandet af detta opus icke kan tänkas, utan antagandet af ett förutwetande hos Gud af det, hwartill hans omsorg skall sträcka sig och af ett beslut att werkligen utöfwa denna sin omsorg; så kommer den att uti sig innefatta trenne acter: a) πρόγνωσις, (praevisio vel praescientia) b) πρόθεσις, (propositum aut decretum Dei) c) διοίκησις, actualis rerum creatarum conservatio, cooperatio s. concursus et gubernatio. Dädan skilnaden mellan providentia late och stricte dicta.

Holl. Late sumta providentia complectitur a) πρόγνωσιν seu praescientiam, quae est actus intellectus, quo Deus praecognoscit, quid creaturis sit conducibile; b) πρόθεσιν, propositum s. decretum, quod est actus voluntatis, quo Deus, quae conducibilia creaturis praevidit, ordinare et disponere vult; c) διοίκησιν, ipsam conversationem (concursum) et gubernationem divinam. Providentia Dei, qua πρόγνωσιν καὶ πρόθεσιν, est actus intelle-

ctus, et voluntatis divinae internus, qua *διοίκησιν*, actio externa. Stricte loquendo providentia Dei est actio divina ad extra: versatur enim circa creaturas, et extra sinum Deitatis terminatur. Quo sensu strictiori actualis Dei providentia est ipsa conservatio, cooperatio et gubernatio creaturarum; praescientia autem et decretum de rebus conservandis et gubernandis praesupponuntur, ut actus intellectus divini dirigentis et voluntatis imperantis. —

I afseende på providentia anmärkes: 1) att uttrycket förutwetande blott högst ofullständigt betecknar detta Guds wetande om allt, emedan Guds wetande icke såsom wårt blifwer förmedladt genom tidens och tankens följd på hwarandra; utan Guds wetande är fastmera ett intuitivt, i kraft hwaraf han på en gång, likasom uti en spegel ser allt, det förflutna, närwarande och tillkommande. Grh. Duplex est in scientia nostra discursus: primo secundum successionem tantum, cum, postquam intelligimus aliquid in actu, convertimus nos ad intelligendum aliud: deinde est alius discursus secundum causalitatem, cum per principia venimus ad cognitionem conclusionum. Neuter horum discursuum Deo convenit: non primus, quia omnia videt in uno, quod est ipse, sicut nos multa simul videmus in speculo: nec secundus, quia hic primum praesupponit et quia talis processus est a noto ad ignotum, jam vero Deus videt effectus suos in se ipso sicut in causa. — Quen. *Πρόγνωσις* seu praescientia tantum *ἀνθρωποπαθῶς* Deo tribuitur, cum praescientia proprie sit rerum futurarum, Deo autem nihil futurum est, sed omnis praescientia, non quidem actualiter per existentiam, sed objective, adeoque is nihil praevidet, sed omnia videt simplicissime in *νῦν* perpetuo, stabili et immutabili, ita ut in Deo potius sit *παντεποψία* quam *πρόγνωσις*.

2) Frågan: an praescientia div. imponit rebus creatis necessitatem? blifwer så beswarad: (Holl.) Quamvis omnia, quae Deus praevidit, fiant necessario, necessitate hypothetica, non tamen providentia div. imponit rebus omnibus creatis, imprimis voluntati humanae, necessitatem absolutam. — Necess. absoluta est, quae oritur ex indissolubili cohaesione causae cum effectu, v. gr. absoluta necessitate sol illuminat, omne leve sursum, omne grave deorsum fertur. Necess. hypothetica et consequentiae est, cum aliquid convenit rei contingenter, si ejus natura in se spectetur, facta tamen aliqua hypothesi non potest ipsi non convenire, v. gr. hominem progredi contingit; posito tamen quod currat, necesse est ipsum progredi. —

Grh. Si nondum plene percipis, sic habe: praescientia Dei non adfert rebus immutabilitatem a priori, sed saltem a posteriori; hoc est, quando Deus scit rem esse, necesse est eam esse. Interim tamen res sua natura et respectu suarum causarum poterat aliter esse, et tunc Deus aliter praescivisset. Res sive praesentes sive praeteritae sive futurae non a scientia, sed scientia a re et eventu dependet, qui talis praescitur, qualis est, ita ut si futurum non esset, id ipsum etiam a Deo praevideretur.

5) Holl. Conservat Deus species et individua. Species conservat, essentias rerum ab interitu vindicando, et perseverantiam

lis impertiendo. Individua conservat, in locum intereuntium nova substituendo ut essentia specierum perseveret.

Chemn. Proprium est providentiae, quod positum a se naturae ordinem intuetur et adjuvat, ut singulae substantiae habeant vires, motus et actiones convenientes. —

6) Grh. Non ex se et suis viribus res creatae subsistunt: sed portat Deus omnia verbo virtutis suae. Hbr. I, 3. Col. I,17. Act. XVII, 28.

Holl. Conservatio divina non est actus mere negativus aut indirectus, neque enim in eo consistit, quod Deus res conditas non velit destruere aut annihilare sed eas vigori suo relinquere, quoad vigere possunt ac durare, ex vi per creationem ipsis indita, sed est actus positivus et directus, quo Deus in genere in causas efficientes rerum conservandas influxu vero et reali influit, ut in natura, proprietatibus et viribus suis persistant ac permaneant.

7) Quen. Deus res omnes conservat continuatione actionis, qua res primum produxit. Conservatio enim rei proprie nihil est aliud, quam continuata ejus productio, nec differunt nisi per extrinsecam quandam denominationem. Holl. (Creatio et conservatio) distinguuntur diversis connotatis. Nam creatio connotat, rem ante non fuisse; conservatio rem ante fuisse, supponit: creatio dat essendi initium, conservatio essendi continuationem. —

8) Icke alla DD. anwisa läran om concursus denna plats. Utan de äldre DD., såsom Grh. och Calov, och äfwen ibland de yngre Baier indela fastmera providentia blott i conservatio et gubernatio, och widröra läran om concursus endast såsom ett bihang. Först af Quen. blifwa tres actus providentiae uppräknade. I och för sig sjelft är det likgiltigt, huru man indelar; dock synes den sednare indelningen hafwa det för sig, att den mera öfwerskådligt och fullständigt framställer sättet, hwarpå Gud utöfwar försynen; ty denna indelning uttalar: 1) att werlden icke kunde bestå utan Guds uppehållande werksamhet; 2) att Gud är så närwarande i werlden, att ingenting, hwarken stort eller litet, sker utan hans werksamma medwerkan; 3) att han är så närwarande i werlden, på det han måtte kunna leda allt uti densamma efter sina ändamål.

9) Quen. Deus non solum vim agendi dat causis secundis et eam conservat, sed immediate influit in actionem et effectum creaturae, ita ut idem effectus non a solo Deo, nec a sola creatura, nec partim a Deo, partim a creatura, sed una eademque efficientia totali simul a Deo et creatura producatur, a Deo scil. ut causa universali et prima, a creatura ut particulari et secunda. Actio Dei och actio hominis äro simultana actioner. Quen. Non est re ipsa alia actio influxus Dei, alia operatio creaturae, sed una et indivisibilis actio, utrumque respiciens et ab utroque pendens, a Deo ut causa universali, a creatura ut particulari. Quemadmodum eadem numero scriptio pendet a manu et calamo, nec pars una a manu et alia a calamo, sed tota a manu et tota a calamo: ita concursus Dei non est prior actione creaturae propria prioritate causalitatis, cum in re sit omnino eadem actio.

Adeoque totum effectum producit Deus, sicut et causa secunda, quod fit per actionem Dei exteriorem, quae intime in actione creaturae includitur, imo una eademque est cum illa.

Såsom skriftbewis anföras: Job. X, 8. XXXVIII, 28. Es. XXVI, 12. Phil. II, 13; isynnerhet Act. XVII, 28. "in ipso vivimus, movemur et sumus." Quen.: "In Deo sumus" tanquam conservante, "in ipso movemur" i. e. omnes nostras actiones et motus ipsius concursu perficimus, adeo ut sine ejus concursu ne digitum quidem extendere, nec minimum motum quidem producere possimus.

10) Quen. Non quaeritur hoc loco, an Deus vim operandi causis secundis communicet eamque conservet; hic enim concurrendi modus non plus Deo tribuit, quam quod esse rerum agendique facultatem, quam initio illis dedit, conservet, sed hoc quaeritur, an Deus immediate in actionem et cum actione in effectum, qua talem, causarum secund. ad unius cujusque exigentiam influat. Begreppen af causa prima och secunda definieras så af Quen.: Causa prima est, quae omnino independens est, ab ipsá autem dependent, si quae sunt, caetera omnia estque Deus. Secunda, quae aliam agnoscit causam se priorem, a qua dependeat, quales sunt causae efficientes creatae, quae etsi per virtutem principalem et proportionatam operentur, a prima tamen, ut in esse, sic in operari dependent. In essendo, inquam, quia absque illius conservatione ne ad momentum quidem existere possunt in operando, et quia absque ejusdem cooperatione nec operari nec operando effectus suos producere possunt. —

Med rätta anmärker Quen.: Cum concursu divino coincidit quoad rem omnipraesentia divina, quae est actus providentiae divinæ et formaliter ac definitive in sensu scil. biblico, tum adessentiam ad creaturas substantialem, illocalem, impartibilem, incircumscriptibilem, quam Scholastici in descriptione concursus Dei cum creaturis immediationem suppositi vocant, tum efficacem ac omnipotentem operationem, quam immediationem virtutis hic appellant, importat. Gen. I, 2. Ps. CXXXIX, 7. Jer. XXIII, 23, 24. Sap. I, 6, 7, 8. Act. XVII, 27, 28. Col. I, 17. —

11) Quen. Objectum concursus sunt omnes causarum secundarum actiones et effectus qua tales. Blott om concursus generalis et indeterminatus är här fråga, d. ä., här har man att bewisa, att öfwerhufwud ingen handling blifwer fullbragt utan Guds medwerkan; men af hurudan beskaffenhet denna concursus är, kommer icke här i betraktande. Det blifwer således wäl medgifwet, men icke widare utfördt, att concursus kan wara en conc. specialis, eller gratiosus, quo adest Deus omnibus fidelibus, sacra, honesta et utilia meditantibus, scribentibus et agentibus, occasionem suppeditando, instigando, movendo, juvando, approbando etc. etc., äfwen en conc. specialissimus, et extraordinarius, qui solis s. scriptoribus proprius fuit in V. et N. T. quique complectitur supernaturalem et extraordinariam mentis illuminationem, itemque peculiarem motum, instinctum, afflatum, impulsum et dictamen spiritus s. ad hoc et non aliud loquendum, scribendumve. Så skiljer äfwen Holl. mellan actiones naturales och supernaturales hos menniskorna: quaedam elici possunt ab homine viribus naturalibus,

quaedam vires naturales hominis transcendunt. Om de sednare nämner äfwen han här ingenting widare. Men i affeende på actus naturales anmärker han: ad actus naturales concurrit Deus quidem concursu generali, sed non exclusive; nam extraordinarie sub illo influxu generali continetur etiam influxus peculiaris, intensiores agendi vires, validioremque motum uni creaturae, quam alteri conferens. —

12) Quen. Concurrit Deus cum causis secundis juxta uniuscujusque indigentiam et exigentiam h. e. quando, quoties, et quomodo causa illa concursum illum postulat, pro conditione naturae suae. Neque enim immutat Deus naturas agentium aut eorum agendi rationem et ordinem sed agentia naturalia sinit agere naturaliter, libera libere. Concurrit Deus cum causis secundis juxta ipsarum naturam, cum liberis libere, cum necessariis necessario, cum debilibus debiliter, cum fortibus fortiter, pro sua suavissima dispositione universali operando. — Holl. Cum necessario agentibus Deus concurrit uniformiter, v. gr. cum igne ut urat, cum sole ut luceat. Cum libere agentibus concurrit multiformiter, liberum ipsis arbitrium, liberamque hoc vel illud eligendi potestatem relinquens: quem enim Deus ordinem semel constituit, non facile mutat. Ps. CXIX, 9.

13) Dogmatikens swåraste uppgift war den, att uppwisa sättet för den gudomliga concursus wid menniskornas onda handlingar, utan att dock i någon mon tillika hänföra skulden för det onda äfwen till c. prima, d. ä. till Gud. DD. begagnade sig härtill af twänne formler: Deum concurrere ad effectum, non ad defectum — Deum concurrere ad materiale non ad formale. Med den ena formlen wille de säga, att Gud wäl har gifwit kraften, hwarmedelst handlingen hade kunnat blifwa en god; men att, då å menniskans sida denna icke dertill blifwer anwänd, skulden derföre icke träffar Gud. Men med den andra formlen war meningen den, att kraften, förmågan i och för sig, hwarmedelst en handling kan blifwa werkställd, wäl är att hänföra till Gud; men anwändandet och rigtningen, som blifwer denna kraft gifwen, är endast att tillegna den menskliga friheten och således endast att tillräknas menniskorna. Den ena formeln finna wi hos Quen., den andra hos Holl.

Quen. Disting. inter actionem et actionis ἀταξίαν, inter effectum et defectum. Ad actiones et effectus, non vero ad actionum ἀταξίαν ens summum concurrit: licet enim causa universalis in omnem particularium causarum actionem influat, ἀταξίας vero et malignitatis ut sic, si quae actioni adhaeret, non nisi creatura causa est, quippe quae in agendo deficit a sua regula et ordine primi agentis, scil. Dei, et concursum divinum sequius ac oportet applicat. Hinc dicimus in thesi, influere Deum in causarum secundarum actiones et effectus, qua tales i. e. ut actiones et effectus sunt, in entitate seu substantia sua, praeciso conceptu defectuum et vitiorum, quae entitatem non habent, et sunt a causis in agendo deficientibus. Paucis: Coinfluit Deus in actus peccaminosos, quoad entitatem et speciem naturae, non quoad deformitatem et speciem moris. Concurrit quoque ad actus sordidatos sive sordidos, iisque intime adest, sed ita, ut non contaminetur, quippe substantia spiritualis, pollutioni nullatenus obnoxia, non magis ac sol.

Holl. Ad actionum moraliter malarum formale, nimirum ἀνομίαν vel ἀταξίαν Deus positivo influxu non concurrit, quia malitia est defectus et privatio, non proveniens a Deo perfectissimo, in quem nullus potest cadere defectus, sed a voluntate humana in agendo deficiente. Concurrit autem Deus ad actionum moraliter malarum materiale remotum, non proximum. Illud est actus indeterminatus, hoc est actus determinatus et ad rem prohibitam applicatus, v. gr. Quando Eva extendebat manum ad fructum vetitum, duo aderant actus: 1) extensio manus; 2) extensio applicata ad fructum vetitum. Prior actus dicitur materiale remotum, posterior materiae proximum. Ad hoc Deus non concurrit, quia ejus concursus est generalis et indeterminatus, adeoque determinatio ad hoc vel illud objectum non est a Deo, tanquam a causa prima et universali, sed a causa secunda et particulari. — Wid conc. Dei ad actiones moraliter bonas skiljer Holl. mellan den fysiska och moraliska concursus. Physice generalem concursum ad actiones morales praebet (Deus), vires animi et corporis ad agendum idoneas sustentando. Moraliter concurrit praecipiendo et promittendo. —

14) Holl. Concurrit Deus ad actiones creaturarum immediatione virtutis et suppositi. Immediatione suppositi concurrit, quoniam Deus substantia sua proxime adest creaturis operantibus, si quidem omnia in omnibus implet, Jer. XXIII, 24. Concurrit etiam immediatione virtutis, efficaci influxu actionem creaturae, ejusque effectum immediate et proxime attingendo, eo, quod omnia in omnibus operatur. 1 Cor. XII, 6. — Immediate agere quis dicitur vel exclusive vel inclusive. Exclusive, cum quis solus agit; inclusive, cum quispiam una cum aliis cooperantibus actionem et effectum proxime attingit. Immediate Deus influit in actiones creaturarum, non exclusive; quasi creaturae ab actione excludantur aut otiosae sint; sed quaelibet creatura agit, quod suum est; Deus autem una cum creaturis operantibus actionem et effectum influxu suo immediate et proxime attingit.

15) Holl. Qui docent concursum praevium, committunt contradictionem in adjecto. Nam si Deus concurrit, non praecurrit, si cooperatur, non praeoperatur. Praemotio est actus antecedens: concursus vero non antecedit, sed fit, cum actio ipsa producitur. — Si concursus divinus praedeterminaret agentia libera ad actionem, necessario agerent, non libere. —

Quen. Causae secundae, vel agentia sive naturalia sive libera, non opus habent, ut, quemadmodum dolabra, malleus aut securis fabro praeviam motionem accipit, ad eliciendam actionem praevio impulsu excitentur, utpote quae vel sibi propriam insitamque virtutem ad operandum obtinent, ut ignis, vel sunt ipsa agendi virtus, ut calor, immo si res creatae nihil omnino absque praevia illa excitatione moliri queant, sequitur excitari etiam voluntatem ad actus vitiosos.

16) Quen. Gubernatio est actus providentiae divinae, quo Deus omnes et singulas creaturas suas in viribus, actionibus et passionibus suis decenter ordinat, ad creatoris gloriam et universi hujus bonum ac piorum imprimis salutem. —

17) Calov. Ut conservatio versatur potissimum circa essentias, vires et facultates hominis, et rerum aliarum, ac permanentium rerum imprimis est: ita gubernatio versatur maxime circa actiones et passiones hominum rerumque omnium. . . Atque haec gubernatio non tantum universalis est, sed etiam ad singulas actiones sese extendit easque omnes moderatur et dirigit. Ps. CXXV, 6. Prov. XXIV, 12. Jer. XVI, 9. —

Skilnaden mellan den christliga och den hedniska läran om försynen angifwer Chemnitz i följande: Notum est, quale fuerit Epicuri dogma, qui in universum sustulit providentiam, Deum scilicet, qui summe beatus sst, non affici cura gubernationis rerum inferarum, quia talis occupatio interturbaret ejus beatudinem, et non esset digna divina ejus excellentia. Concedit igitur esse certas vires causis secundis insitas, secundum quas quando fit applicatio agentis ad patiens, fit actio et mutatio quaedam: sed illam applicationem negat administrari et gubernari a Deo. Immo dicit non esse curae Deo; sed sicut atomi in sole volitantes sine ordine et casu voluntur, ut idem atomus, qui antea fuerat in superiori parte, jam sit in media, mox futurus in infima, si casus ita tulerit. Ita fingit Epicurus causas secundas casu et sine ordine vagari, et produci quidem effectus ex applicatione causarum sufficientium, sed ipsam applicationem dicit fieri non Deo gubernante et moderante seriem causarum, sed prout casus tulerit.

Den christliga läran om försynen utesluter således hwarje föreställning om en blind nödwändighet, likasom om någon tillfällighet. Holl. Non asserendum est fatum Stoicum, quo omnia absoluta et inevitabili necessitate eveniant; neque fatum astrologicum rigidius, a quo etiam actus liberi voluntatis humanae ab influxu astrorum dependeant ac determinentur. — Men wäl erkänner den ett fatum christianum, quod est connexio causarum et effectuum necessaria, necessitate extrinseca, quatenus a Deo infallibiliter praescita, decreto absoluto vel conditionato constituta, et regimine divino suaviter disponente gubernata est. I detta christliga fatum blifwer således ett nödwändigt sammanhang mellan orsak och werkan erkändt, men ett sådant, hwarigenom Guds inflytande på den werkan, som skall frambringas, icke utestutes. — Fortuna, quae est eventus per accidens, effectum per se intentum causae libere agentis concomitans, non datur ratione Dei omniscii et sapientissimi (Sap. XIV, 3) sed respectu hominis ignorantis. —

18) Quen. Permissio est actus providentiae gubernatricis, quo Deus creaturas rationales ad peccandum sua sponte sese inclinantes per impedimenta, quibus agens finitum resistere nequit, vel quibus non restiturum novit, a malo lege vetito non retrahit, sed justis de causis in peccata ruere sinit, Ps. LXXXI, 13. Actor. XIV, 16. Rom. I, 24. 28. Holl. Permissio divina non est 1) blanda indulgentia, quasi Deus plane non curet, quando homines scelera committunt; nec est 2) relaxatio legis, quasi peccandi licentiam hominibus permittat; neque 3) est impotentia in Deo vel defectus scientiae, quasi malum velit, aut probet, vel defectus potentiae, quasi peccatum cohibere nequeat; neque 4) Deum facit otiosum peccatorum spectatorem, qui nec vetet peccata nec metam mali-

tiae ponat, neque flagitia poenis coërceat. Sed est 5) actus negativus, consistens in negatione vel suspensione impedimenti ineluctabilis. Posset quidem Deus objecto impedimento violento aut impervincibili peccatorem refrenare aut coërcere; at sunt numini sanctissimo causae permittendi peccatum justissimae. Cohibet interim hominis peccantis voluntatem impedimento legali et subinde peccatorem propositis poenis et praemiis ad poenitentiam invitat. Derwid följande anmärkningar af: Quen. Deus quidem permittit sed non vult τὸ permissum, quod fit, non quidem Deo absolute nolente h. e. renitente ac impediente, attamen non volente. Ps. V, 5. 1 Joh. III, 8. Dei non impedire non est velle, sed permittere et simul etiam nolle, quatenus serio ei displicent, quae permittit. — Grh. Non vult D. peccatum et tamen non impedit, quae est ipsa permissio. Quamvis vero permittat volens, non invitus, tamen permissio et voluntas ad diversa tendunt objecta, permissio refertur ad peccatum ipsum, voluntas ad finem utilem, quem pro sua sapientia ex illo novit educere.

19) Quen. Impeditio est actus providentiae gubernatricis, qao Deus actionem creaturarum pro arbitrio suo constringit, ne effectum dent, quod vel naturali vel libera agendi vi alias efficerent.

20) Quen. Directio est actus providentiae gubernatricis, quo Deus creaturarum actiones bonas ita moderatur, ut tendant et ferantur in objectum a Deo intentum (Act. IV, 28), actiones vero malas ad certum finem a se praestitutum, sed a peccantibus non spectatum et saepe ipsorum intentioni contrarium, dirigit. Sic 1 Sam. IX, 17. X, 21. Gen. XXXVII, 7. Gen. I, 20.

21) Quen. Determinatio est actus providentiae gubernatricis, quo Deus creaturarum viribus, actionibus et passionibus certos terminos, intra quos se contineant, tum ratione temporis, tum ratione magnitudinis et gradus constituit. Job. I, 12. II, 6. Ps. CXXIV, 2.

22) Chemn. Licet providentia Dei se extendat ad omnes creaturas, habet tamen suos gradus. Praecipue enim commendatur in gubernando genere humano. 1 Cor. IX, 9. Mtth. X, 31. Rom. VIII, 20. Deinde licet providentia Dei faciat solem oriri, et pluat super justos et injustos, peculiaris tamen et singularis est ratio providentiae specialis erga illos, qui sunt membra ecclesiae. I Tim. IV, 10. Ps. XXXIII, 13, 18, 19. Ps. C, 3.

Br. Habet providentia divina etiam ex parte actuum, ad quos terminatur, suos gradus et prae caeteris creaturis respicit homines, in genere humano autem praecipue fideles. Rom. VIII, 28. Dädan indelningen i provid. generalis och specialis. Illa est, qua Deus totum terrarum orbem et quidquid ejus ambitu continetur, conservat et gubernat. Haec est, qua Deus ecclesiam tam militantem sive coetum hominum fidelium quam triumphantem sive chorum angelorum et hominum electorum benignissime intuetur, clementissime fovet et suavissime regit. —

Quen. skiljer mellan objectum generale och speciale. Obj. gen. sunt in universum omnia, quae sunt. Hbr. I, 3. Sap. VIII, 1. XII,

13. 15. Obj. speciale aliud primarium aliud secundarium. Obj. primar. angeli sunt et homines et quidem hi in genere omnes. Act. XVII, 28. Mtth. V, 45. Specialissime objectum ejus sunt homines pii ac fideles. Deut. XXXII, 9. Ps. IV, 4. XXXIII, 18. XXXVII, 19. 26. LXXIII. 24. LXXVII, 21. XCI, 11. Hbr. I, 14. Mtth. X, 31. Obj. secundar. sunt reliqua creata omnia, ne minimis quidem exceptis. Deut. XXV, 4. 1 Cor. IX, 9. Job. XXXIX, 1 Ps. CXLVII, 9. Prov. VI, 8. Mtth. VI, 30. VIII, 31. X, 29, 30. Luc. XII, 6.

Då menniskan är medelpunkten för hela skapelsen och således äfwen för den gudomliga försynen, så utlåta sig DD. ännu närmare om det inflytande, som försynen har på ursprunget, fortgången och slutet af det menskliga lifwet.

Quen. Vitam (hominum Deus moderatur) partim in ingressu, homines in utero materno formando et conservando (Job. X, 3. 8. 9. 10. 11. 12. Ps. CXXXIX, 14. 15. 16. Actor. XVII, 25.) eosdemque ex utero trahendo (Job. X, 18. Ps. XXII, 10. 11. LXXI, 6.), partim in progressu (Deut. XXX, 20. Joh. X, 12. Ps. LVI, 9. XXXVII, 23. 24. Job. XXXIV, 21. Prov. XVI, 2. XXI, 1. Ps. CXXXIX, 2. 3. Mtth. VI, 25, X, 30.), partim in egressu (Job. XIV, 5.) ita ut constitutus vitae terminus vel obtineatur (Gen. XLVII, 29. 2 Sam. VII, 12.), vel abbrevietur (Ps. LV, 24.), vel prolongetur (Esa. XXXVIII, 5.), vel duplicetur (1 Reg. XVII, 22. 2 Reg. XIII, 21. Mtth. IX, 25. Luc. VII, 15. Joh. XI, 44. Actor. IX, 40. XX, 12.).

Ad 1) Holl. Vitae humanae ingressus complectitur tum formationem et conservationem in utero matris tum extractionem ex utero. Dertill anmärker Br.: Ea ratione recte statuitur, quod Deus non tantum causae universalis, sed et particularis rationem habeat, et causarum secundarum defectum suppleat, vel saltem eas in agendo dirigat et gubernet. Quod quidem aliqui sic exponunt, ut partim, spectata membrorum corporis varietate et nexu ac structura mirabili, causam efficientem particularem cum cognitione agentem requiri; adeoque aliam quandam, quam quae in semine est, (δύναμις πλαστικὴ vulgo vocata) ac subliniorem virtutem, quae non nisi ipsius Dei esse cogitari possit, speciali influxu concurrere statuant; partim etiam, considerata animae immaterialitate, quodque illa ideo independenter a subjecto sive ex nihilo producenda sit; talis autem productio virtutem agendi infinitam postulet adeoque solius Dei propria sit; colligant inde, Deum ad productionem animae humanae specialem ac determinatum influxum praebere. Alii vero, etsi corpus pariter atque animam humanam ab ipsis parentibus, tanquam causis secundis, cum concursu Dei, tanquam causae universalis, produci credant; tamen, quod in productione et nativitate hominis varios casus et arcenda pericula, ac singularia multa peculiaris curae ac favoris divini documenta, aestimant; praeter universalem, etiam specialem aut particularem concursum Deo tribuunt; eoque referunt locum Jobi cap. X, 8. 9. 10. 11.

Ad 2) Holl. Vitae progressum moderatur Deus alimenta vitae largiendo, Ps. CXLV, 6. gressus nostros dirigendo, i. e. con-

silia, coepta factaque ad optatos exitus provehendo, Ps. XXXVII, 23. hostium insidias aut apertam vim a nobis propulsando, Ps. III, 8. 9. ad certum vitae genus nos aptando et vocando, Jerem. I, 5. 6. 7.

Ad 3) Br. Terminum vitae humanae respicit divina providentia, non solum, quatenus de lege communi suum cuique temperamentum confertur, cujus vi ille ad certum vivendi spatium cum generali Dei concursu potest pertingere (terminus vitae naturalis Ps. XC, 10); verum etiam quatenus hominibus quibusdam prorogatur vita ultra eum terminum (2 Reg. XX, 1), ad quem illi viribus naturae erant perventuri: aliis vitae finis citius imminet (Ps. LV, ult. CII, 25), quam secundum naturae cursum oportebat (term. abbreviabilis). — Mutat autem divina providentia terminum vitae humanae naturalem (terminus vitae praeternaturalis s. hyperphysicus), cum circa pios homines (terminus gratiae), tum circa impios (terminus irae). — Piis Deus vitam prolongat vel in praemium obedientiae ipsorum (Ex. XX, 12. Prov. III, 1. IV, 10) vel propter utilitatem publicam (2 Cor. I, 8. Phil. II, 27. 30). Iisdem vitam abbreviat, partim ne per aliorum prava exempla corrumpantur (Sap. IV, 10. 11.), partim ne videant calamitates eventuras atque angantur (2 Chron. XXXIV, 28. Es. XXVI, 20, LVII, 2). — Impiis Deus justo judicio citius abrumpit vitam, quando vel ipse morbum letalem aut mortem illis infligit (Deut. XXVIII, 21. 22. Genes. XXXVIII, 7. 10. 1 Sam. XXV, 38. Jer. XXVIII, 14. 15.), vel infligere jubet (Gen. IX, 6. Exod. XX, 12. 14. Exod. XXII, 18. Levit. XVIII et XX.) mortem, vel patitur, ut ipsi sibi per intemperantiam (2 Reg. VIII, 15.), seu crimina alia (2 Sam. XVIII, 14. XVII, 23.) morbos aut mortem violentam sibi contrahant. — Atque ita etiam constat, non esse absolute necessarium (seu non esse a Deo citra et ante omnem respectum ad causas aut circumstantias extra Deum inveniendas absolute et immutabiliter decretum. Alias enim irritae forent preces et vota piorum, promissiones et comminationes divinae . . Terminus hyperphysicus seu divinus semper est hypotheticus, includens conditionem pietatis vel impietatis vel contemtus mediorum), ut quisque hominum eo tempore ac genere mortis, quo moritur, moriatur. —

23) Chemn. Deum non esse alligatum causis secundis ut scil. nihil faciat aliter, quam ut causae secundae cient, sed extra usitatum ordinem causarum secundarum et contra communem naturae cursum velle et posse ecclesiam juvare et impios punire, ita ut vel impediat, mutet, mitiget, vel exasperet causas secundas.

Quen. Prov. extraordinaria est, quando Deus vel absque mediis vel praeter aut supra media vel contra media eorumque naturam sive quod idem est, supra et contra ordinem a se institutum operatur, v. gr. Ex. XXXIV, 28. 1 Reg. XIX, 8. Es. XXXVIII, 8. 2 Reg. VI, 6. etc. (omnia miracula sunt effecta providentiae Dei extraordinariae). Prov. ordinaria est, qua Deus per media ordinaria videl. per institutum et consuetum naturae cursum opera sua exequitur. —

24) Holl. Providentia circa bonum est, quae bonum creaturarum conservando tuetur, cooperando promovet, et gubernando

ad laudem gloriae divinae dirigit. Prov. circa malum est, qua Deus circa malum morale versatur non ut otiosus speculator, sed ut justissimus judex, atque adeo justitiam, gratia sua temperatam actibus peccatum antecedentibus, concomitantibus et consequentibus exserit. I den här uppställda skilnaden blifwer det serskilda sätt, hwarpå Gud förhåller sig till de goda och onda, widrördt, såsom det i det wäsendtliga redan har skett i läran om gubernatio (jfr. not. 18—21). Skilnaden är blott den, att här är fråga om det allmännare begreppet af providentia, hwilken således i sig inbegriper icke blott gubernatio, utan äfwen conservatio.

Såsom actus providentiae peccatum antecedentes anföras af Holl. praevisio, aversio och impeditio. Såsom actus concomitantes: sustentatio naturae male agentis — concursus ad actionis vitiosae materiale remotum, ἀταξίας actioni peccaminosae adhaerentis permissio — determinatio peccati limitans — directio ad bonum finem. Såsom actus consequentes: poenarum divinarum irrogatio Ex. XXXIV, 8 — peccatorum remissio. —

25) Chemn. Providentia est actio Dei generalis, quo adest suae creaturae, sustenstans et conservans eam, donec vult eam conservari et ordinem sui operis a se institutum servat et adjuvat non fatali aliqua necessitate sed ut agens liberrimum, ita ut propter homines omnia moderetur, multa mitiget, mutet, impediat in causis secundis.

Allt hwad nu sagdt är om prov. sammanfattar Grh. sålunda: Providentiae divinae actio vel est aeterna, scilicet πρόγνωσις καὶ πρόθεσις, vel temporis, scilicet rerum creatarum conservatio et gubernatio, eaque vel ordinaria per media, vel extraordinaria, idque vel sine mediis vel contra media. Utraque versatur circa res omnes, praecipue circa naturam humanam, in cujus conservatione et gubernatione eminent vita et actiones hominum. Vitae spectatur vel ingressus vel progressus vel egressus. Actiones quaedam bonae, idque vel civiliter vel spiritualiter, vel malae, quomodo in his omnibus divinae providentiae actio concurrat, certis aphorismis exposuimus.

Cap. V.

De angelis *).

§. 22.

Om änglars tillwaro erhålla wi först wißhet genom uppenbarelsen; ty genom förnuftets ljus synes oß denna deras tillwaro på sin höjd trolig eller sannolik [1]). I skapelsehistorien nämnes wäl ingenting om dem; likwäl weta wi, att de äro af Gud skapade wäsenden, och wi hafwa äfwen

wen orsak att antaga, att de blifwit skapade icke före och icke efter, utan inom de 6 skapelsedagarne; men om dagen då de blefwo skapade weta wi icke något bestämdt [2]).

Den Heliga Skrift gifwer oß närmare upplysning:

I. Om änglarnes natur.

II. Om deras sedliga tillstånd.

Den Heliga Skrift beskrifwer för oß änglarne såsom wäl ändliga, alldenstund de äro skapade, men intelligenta och andliga, följaktligen okroppsliga wäsenden, hwilka, utan att wara i behof af en kropp, dock hafwa personlig subsistens. (**Sunt angeli substantiae spirituales (Ps. CIV, 4. Ebr. I, 14.) h. e., omnis corporeae, tam crassioris, quam subtilioris molis expertes, finitae, completae, adeoque verae hypostases** [3]). **Sunt porro angeli substantiae intelligentes, et tum suimet ipsius tum aliarum rerum cognitione et intelligentia maxime pollent. Quen.** De äro ursprungligen af Gud skapade till det ändamål att förherrliga och tjena honom [4]).

Af denna i den H. Skrift gifna beskrifning af deras natur och deras bestämmelse, hwartill de äro skapade, följa de egenskaper, hwilka wi kunna tillägga dem och genom hwilka wi kunna skaffa oß en närmare kunskap om deras natur i deß serskilda delar [5]).

Af änglarnes natur, såsom andliga wäsenden följa 1) deßa egenskaper: **indivisibilitas, invisibilitas, immutabilitas, immortalitas, duratio aeviterna, illocalitas, ubietas definitiva** och **agilitas**. Ty rent andliga wäsenden kunna wara hwarken synbara eller delbara [6]); icke heller fysiskt föränderliga, ty blott det materiella är en sådan förändring underkastadt (**immutabilitas**) [7]). Blott det kroppsliga förgås; änglarne äro således icke dödliga. (**Immortalitas, duratio aeviterna**) [8]). Widare äro de icke på en bestämd ort, på det sätt, att de der skulle uppfylla ett rum, men derföre dock icke alleståDes närwarande såsom Gud; utan alltid blott tillstädes på ett bestämdt ställe; men så, att de kunna wara på hwilket äfwen det minsta rum, såsom de sjelfwa för godt finna, emedan de icke hafwa några kroppar, hwilka uti rum alltid måste inneslutas. (**Illocalitas — ubietas definitiva**) [9]). Slutligen kunna de, emedan de uti sina rörelser icke äro bundne wid tid och rum, röra sig med underbar snabbhet (**agilitas**) [10]).

2) Såsom intelligenta wäsenden tillkomma änglarne, egenskaperne af scientia, voluntatis libertas, och för den tjenst, hwartill de äro utkorade, af potentia. De äro alltså af Gud utrustade med förstånd [11]) och fri wilja [12]) och med en wäl stor, men dock icke oinskränkt makt och kraft [13]).

Då den Heliga Skrift indelar änglarne i goda och onda, så är dermed en skiljaktighet i sedliga tillståndet hos dem förutsatt. Men denna har icke ifrån början warit förhanden; ty såsom allt, som wid skapelsen utgick ifrån Guds hand, war godt; så woro äfwen änglarne det. Derföre måste man ock antaga att i denna tidpunkt allas sedliga tillstånd warit ett och detsamma, och att skiljaktigheten deri först sedermera har uppstått. Wi hafwa derföre att skilja mellan det ursprungliga tillståndet och det som följde på detta. (Status originalis et originalem secutus).

Det ursprungliga tillståndet war ett sådant, i hwilket alla änglarne woro lika goda, rättfärdiga och heliga, begåfwade af Gud med wishet och med förmågan att fullkomligt uppfylla Guds wilja [14]); hwarmed dock ingalunda möjligheten af en ohörsamhet emot Gud och dymedelst äfwen af ett fall war utesluten [15]). Men änglarne woro af Gud utrustade med deßa nådegåfwor, på det de genom det rätta bruket af desamma skulle kunna ernå den bestämmelse, hwartill de woro skapade, nemligen det saliga åskådandet och njutandet af Gud. Derföre kallas det ursprungliga tillståndet: status gratiae [16]). Men derigenom att en del af änglarna illa anwände den dem förlänta friheten, upphörde det ursprungliga tillståndet och uppstod denna skiljaktighet i deras sedliga tillstånd, i följd hwaraf änglarne söndrades i 2 claßer, i Goda och Onda; och de ena öfwergingo i status gloriae; de andra i status miseriae [17]).

A. De Goda Änglarne.

Ända ifrån det tidsmoment, då änglarne skildes ifrån hwarandra i twänne claßer, är äfwen hos dem, hwilka icke woro Gudi ohörsamma, en förändring föregången. Ty emedan de förblifwit Gudi hörsamma och Gudi trogna, hafwa de till lön derföre blifwit till den grad befästade i det goda, att de nu mera aldeles icke kunna löpa fara att synda, och att för dem äfwen möjligheten att synda upphört. Boni dicuntur (angeli), qui in bonitate seu justitia et sancti-

tate, in qua conditi fuerant, perseverarunt atque a Deo, obedientiam ipsorum gratiose remuneraturo, confirmati sunt in bono, ut bonitatem perdere, peccare aut mali fieri amplius non possint. Br.[18]). Dermed hafwa de goda änglarne tillika uppnått det mål, hwartill de ursprungligen af Gud blifwit skapade; ty de hafwa nu hunnit till fulla åtnjutandet af Guds åskådande, och dymedelst inträdt i status gloriae[19]). Blott en följd af detta tillstånd är derföre förökandet af alla dem i skapelsen förlänta krafter[20]). Ty woro de redan förut (in statu gratiae) wise, så äro de det nu ännu mera, emedan de nu skåda Gud[21]); woro de redan förut helige, så äro de det nu i den grad, att det icke en gång gifwes för dem någon möjlighet att synda. Men härmed är icke i något afseende deras frihet worden ringare, utan högre, emedan de göra det goda icke af twång, utan af en inre, fri drift[22]). Så har äfwen deras makt blifwit ännu större, ty nu förmå de äfwen att öfwerwinna de onda änglarne, hwilka förut woro dem lika i makt[23]).

De goda änglarnes göromål är: att tillbedja Gud, att tjena honom uti werlden genom att skydda och waka öfwer de goda, så ock att straffa och kufwa de onda. Quen. Officia et opera bonorum angelorum sunt adorare et laudare Deum (Ps. CIII, 20. Ps. CXLVIII, 2. Es. VII, 3) et mandata ejus exsequi (Dan. VII, 10.) tum impios puniendo (Gen. XIX, 13. 2 Reg. XIX, 35.) tum pios custodiendo et protegendo (Ps. XXIV, 8. Ps. XCI, 11 et 12. Hbr. I, 14)[24]).

För desza tjenster, som de göra menniskorna, tillkommer dem wäl tacksägelse, men hwarje slags tillbedjan och åkallan är gudlös och widskeplig[25]).

Äfwen antyder den H. Skrift en wisz rangordning emellan dem, utan att den dock lemnar osz någon närmare upplysning derom[26]).

B. De Onda Änglarne.

Så warda de kallade för deras ohörsamhet emot Gud, och för det onda sinnelag, som efter fallet städse funnits hos dem[27]). Angeli mali sunt, qui in concreata sapientia et justitia non perseverarunt, sed sponte sua a Deo et regula recti aversi, perpetui facti sunt Dei hominumque hostes, aeternis cruciatibus torquendi. Holl. — Hwari

denna ohörsamhet emot Gud har bestått, upplyses icke med wißhet af den H. Skrift; dock ligger den förmodan nära, att högmod war den synd, hwarigenom de föllo ifrån Gud [28]). Grunden till denna synd, låg allena i deras wilja, hwarmed de friwilligt afwände sig ifrån Gud, och ingalunda uti någon yttre nödwändighet eller någon brist i deras natur [29]). — Huru många af dem på sådant sätt affölllo ifrån Gud, om alla på en gång och i hwilken tidspunkt? Öfwer allt detta hafwa wi inga säkra intyg i den H. Skrift och weta blott det, att deras affall har föregått menniskans fall och att en ond ängel står i spetsen för dem, liksom deras anförare och öfwerste [30]).

Men såsom en lön åtföljde de goda änglarnes hörsamhet; så följde äfwen ifrån Guds sida ett straff på de onda änglarnes fall af en sådan beskaffenhet, att de, hwilka en gång hade wändt sig bort ifrån Gud, blefwo för alltid förskjutne af honom, och i följd deraf försatte ur nådens tillstånd i ett tillstånd af den högsta osalighet (status miseriae) och hafwa på domens dag ännu swårare straff att wänta [31]).

Och likasom för de goda änglarna försättandet i status gloriae hade till följd en förhöjning af de dem i början förlänta krafterna; så har de onda änglarnes försättande i osalighetens tillstånd en förminskning af de dem ursprungligen gifne krafterna med sig. Ty desamma gåfwor och krafter förblifwa wäl hos dem, hwilka äro oskiljaktiga ifrån deras natur, men deras kunskap är icke mer, såsom i status gratiae, en saliggörande, utan en på mångfaldigt sätt förmörkad, hwarföre de ock hysa förwända tankar om Gud och gudomliga ting [32]).

Men de onda änglarne äro ständigt sysselsatte med, att, så mycket de kunna, förringa Guds ära och hindra menniskornas timliga och ewiga wäl [33]). Dock kunna de med all sin onda wilja icke helt och hållet undandraga sig Guds tjenst; ty han begagnar sig af dem för att straffa de gudlösa, och att tukta de fromma till deras eget wäl [34]).

Def. Angeli sunt spiritus finiti, completi, intelligentes, insigni potentia instructi et in justitia et sanctitate a Deo initio conditi, ad Dei gloriam et hominum ministerium, quorum aliqui liberrima voluntate a creatore suo et concreata perfectione defecerunt, et pro-

pterea non tantum gratia et felicitate, quam habuerunt, sed etiam beatifica Dei visione, quam habere potuissent, privati et in ignem infernalem ad perpetuos cruciatus sine omni spe veniae conjecti sunt. Reliqui vero in statu suo originali perstiterunt, et in bono a Deo confirmati sunt ita, ut nunquam eo excidere aut labi neque velint neque possint, Deoque aeternum fruantur. Quen.

*) DD. anwisa detta locus en olika plats. Somliga, såsom Quen. och Holl. infoga det i art. de creatione; andra i art. de providentia. Cal. utlåter sig så om den olika plats, som blifwit anwisad detta locus: Tractatio de angelis referri potest vel ad opera creationis, quemadmodum communiter fieri solet, unde doctrinae de providentia Dei praemittitur, vel etiam ad providentiam divinam, siquidem ad angelos etiam sese extendat divina providentia, iisdemque insuper utatur in gubernatione hominum, ceu ministris, cum in bonum hominis, tum in supplicium ejusdem. Quae sedes commodior videri queat, siquidem circa creationem Dei de angelorum apostasia aut de bonorum angelorum confirmatione in veritate ac sanctitate concreata non ita concinne agatur; haec enim attinent magis articulum de providentia Dei.

1) Quen. Esse revera angelos docent tum expressae s. scripturae assertiones Ps. CIV, 4. Hbr. I, 14. tum variarum apparitionum descriptiones Gen. XVIII, 2. XIX, 1. sq. — Existentia angelorum nititur non tam argumentis probabilibus ex philosophia petitis, sive a gradibus entium et complemento universi (quod dentur creaturae 1) mere corporeae ut stellae, lapides etc. 2) partim corporeae partim spirituales ut homines; 3) mere spirituales ut angeli) sive a testimoniis humanis sive ab experimentis variis, quam apodictico argumento, clara nimirum et crebra scripturae assertione.

Br. Dari angelos ex lumine naturae evidenter demonstrari vix potest, quamvis suaderi possit rationibus probabilibus. —

Om ordets betydelse: Quen. Nomen angeli non naturae est, sed officii et significat missum, legatum, nuntium. Hinc Augustinus: quaeris naturae nomen, spiritus est, quaeris officium, angelus est. — Vi vocis nomen angelus nuntium designat. Ex usu autem et stylo scripturae receptissimo naturam et certam creaturam designat. Men alldenstund ordet ursprungligen blott är en embetsbeteckning, blifwer det i den H. Skrift äfwen brukadt om Guds Son, såsom angelus increatus. Es. LXIII, 7. Mal. III, 2. Gen. XLVIII, 16. etc. etc.; äfwen om menniskor: Mal. II, 7. Ap. I, 20. Mal. III, 1. Mr. XI, 10. Luc. VII, 27.

2) Chemn. Quia descriptio creationis angelorum non extat in Mose, multa curiose disputantur, scil. quando sint creati? . . . Sed quia scriptura non expressit praecisum tempus et diem creationis angelorum, libenter nesciamus, quod scire nec debemus nec possumus. — Sufficiat ergo nobis scire: 1) angelos non a se ipsis extitisse, nec a substantia Dei genitos sed creatos esse; 2) non ab

aeterno fuisse angelos: seu ante principium illud, quo omnia, quae sunt in coelo et in terra, visibilia et invisibilia esse coeperunt, angelos non extitisse. Nam in principio fuisse, illius tantum est, per quem omnia facta sunt, quique est aeternus. Joh. I, 1—3. —

Quen. Angeli sunt a Deo creati (Col. I, 16. Ps. CIV, 4. CIII, 21) in tempore una cum hoc mundo visibili sive intra hexaëmeri primi spatia, quo vero die aut tempore producti sint, nescire nos libenter fatemur. — Bewiset anförer Br. i följande: Ante coelum et terram non sunt conditi, quia haec initio, adeoque prima ex creatis omnibus, sunt condita; vid. Gen. I, 1. Atque alias notum est, quod per existentiam ante mundum conditum aeternitas Dei describatur. cf. Ps. XC, 2. Jes. XLVIII, 13. Non autem post, sed intra hexaëmeron creati sunt, quia hoc elapso quievit Deus ab opere creationis ordinario. Ante hominem autem conditos esse angelos, probari solet ex Job. XXXVIII, 7. Imo credunt aliqui, ex hoc ipso loco posse intelligi, angelos prima die fuisse conditos, nempe quia, cum Deus terram fundasset, illico angeli Deum laudasse dicuntur. Sed haec non satis clara sunt, licet angelos nomine filiorum Dei denotari juxta I, 6. non negemus, atque inter ceterarum creaturarum origines horum initium referri dicamus. Fortasse etiam, sicut hominem post alias creaturas, bono ejus destinatas, conditum novimus: ita et angelos homini ministraturos (juxta Ebr. I, 14.) ante hominem creatos esse recte colligitur. Neque tamen necesse est, ut nominibus vel coeli vel lucis Gen. I, metaphorice acceptis angelos dicamus indicari.

3) Substantiae completae sive per se subsistentes kallas änglarne, emedan de icke behöfwa en kropp för att med denna förenade utgöra en person. Holl. Anima humana est spiritus incompletus, per se et natura sua ordinatus ad totius hominis compositionem. Hinc etiam anima separata naturalem propensionem et inclinationem habet ad corpus, cum quo velut parte componente completum constituit hominem: at angeli naturaliter ordinati non sunt ad constituendum unum, per se, cum parte quadam componente, sed habent essentiam in se terminatam. Proinde anima est spiritus incompletus, angeli sunt spiritus completi. Derföre kan skilnaden mellan änglar och menniskor så uppställas, att de förre äro spiritus completi, men de sednare spiritus incompleti, då mellan Gud och änglarne den skilnad är, att Han är en oskapad och oändlig ande, men de äro skapade och ändlige andar. Br. Sicut angeli essentiam spiritualem cum Deo et anima humana communem habent, ita differunt a Deo quidem, quod essentia ipsorum non infinita, sed finita est; ab anima humana autem, quod completa est illorum substantia. —

Bewisen för att änglarne äro subst. completae hemtar Quen. 1) ex illorum nominibus, dicuntur enim custodes Dan. IV, 10. principatus, dominatus. Col. I, 16. Elohim Ps. VIII, 6. filii Dei. Job. II, 1. viri Dei Jud. XIII, 6. 2) ex illorum actionibus personalibus, quales sunt ministrare, adstare Jehovae, apparere, loqui etc., quae sane motibus hominibus inspiratis aut actionibus Dei nudis tribui nequeunt; 3) ex angelorum lapsu seu ruina, et bonorum in veritate constantia; 4) ex eo, quod adscribitur ipsis scientia; 5) desiderium, potentia. Detta bewis är för DD. af stor wigt emot dem, som

förneka änglarnes personlighet. Quen. Tenendum est contra Sadducaeos veteres, qui angelos motus quosdam vel affectus hominibus inspiratos esse censuere, item Anabaptistas, qui angelos actiones solum Dei, delicta punientes, aut bona remunerantes esse delirant, itemque contra Davidem Georgium superioris seculi haeresiarcham, confundentem angelos cum mentis humanae cogitationibus. —

4) Calov. Finis angelorum creatorum est tum respectu Dei celebratio ejusdem et voluntatis divinae exequutio (Job. XXXVIII, 7. Ps. CIII, 21. CIV, 4): tum respectu angeli aeterna Dei fruitio: tum respectu hominum, ministerium, ad quod ipsi praestandum destinabantur divinitus, siquidem Deus omnia propter hominem condiderit atque angelos ministros fecerit in ipsa creatione Ps. CIV, usurus ministerio ejus maxime ob homines, et ipsorum salutem. Ebr. I, 14. —

5) Flertalet af DD. indelar dessa egenskaper i attr. negativa och affirmativa. Till den första classen räkna de: indivisibilitas — invisibilitas — immutabilitas — immortalitas — illocalitas. Till den andra classen: scientia — voluntatis libertas — potentia — duratio aeviterna — ubietas definitiva — agilitas. I stället för att följa denna, dock blott yttre indelningsprincip, föredraga wi att behandla egenskaperna enligt Calovs Br. m. fl. föredöme i den ordning, att de motswara änglarnes wäsende; men uppräkna dem dock enligt Quen. och Holl., alldenstund de icke nog utförligt äro hos Cal. och Br. angifne. —

6) Quen. Indivisibilitas angelicae substantiae oritur ex incorporeitate, seu immaterialitate, quod enim non est materiatum, illud non est quantum, nec habet partes extra partes et per consequens est indivisibile in partes quantitativas.

It. Invisibilitas est consequens spiritualitatis: spiritus enim oculis corporeis videri nequit, hinc quoque inter ἀόρατα angeli numerantur. Col. I, 16. —

7) Men immutabilitas blifwer dock restringerad till en icke absolute et simpliciter sådan, sed comparate et relative. Holl. Solus Deus simpliciter immutabilis est, angeli sunt immutabiles secundum quid; quia non subjacent mutationibus physicis, quae corporibus naturalibus sunt propriae. Neque enim angeli generant nec generantur, nec crescunt nec minuuntur; nec senescunt nec corrumpuntur: nec progrediuntur pedibus de loco in locum. Neque tamen omni mutatione superiores sunt; variant enim suum ubi, laetantur, tristantur, amant, aversantur, quae sunt mutationes morales.

8) a) Då immortalitas warder änglarne tillagd, så sker det blott i den mening, att hos dem såsom okroppsliga, alltså någon förwandling eller undergång icke underkastade wäsenden, ingenting finnes, som kunde tillföra dem döden; men icke förnekas dermed, att Gud äfwen skulle hafwa makt öfwer deras lif.

Calov. Quamquam a Deo, a quo creati sunt e nihilo, in nihilum iterum redigi possint, per absolutam ejus potentiam, eoque pacto corruptibiles dici queant, ac solus Deus incorruptibilis sit, et immortalitatem habeat 1 Tim. VI, 16. physicae tamen corru-

ptionis expertes sunt, nec ullum internum corruptionis principium habent, quia materiae expertes tantum sunt, ideoque natura incorruptibiles et immortales sunt. **Holl.** uttrycker detta genom skilnaden mellan **incorruptibilitas in sensu physico** och s. **metaphysico**: Ab intra sunt **physice** incorruptibiles, quia non habent internum in se ipsis mutationis aut corruptionis principium, quod est materia. Neque ullum corpus physicum tantae est virtutis, ut spiritum aut angelum ab **extra** corrumpere valeat. At si **metaphysice** dicatur corruptibile, quod in nihilum redigi potest a potentia div. absoluta, angeli non sunt incorruptibiles, quia jubente Deo in illud recidere queunt nihilum, e quo emerserunt. Derföre föreslå andra DD. i stället för corruptibilitas i denna mening uttrycket annihilabilitas. — Widare hafwa änglarne principen för immortalitas icke af sig sjelfwa; utan den är dem af Gud gifwen utaf nåd. **Holl.** Immortales et incorrupt. sunt angeli non independenter, originaliter et per essentiam aeternam, nam sic solus D. est immortalis; sed sunt immortales dependenter, participative et per Dei creantis atque conservantis gratiam. —

b) **Quen.** Aevum angelis tribuitur, quod medium est inter aeternitatem et tempus. Aeternitas, quae soli Deo convenit, et initio et fine caret. Tempus, quod creaturis corporeis competit, initium habet et finem. Aevum vero initium habet sed finis expers est. **Calov.** Duratio creata rerum naturâ suâ indefectibilium a tempore distinguitur et aevum vocatur a philosophis. — Duratio aeviterna innebär således i sjelfwa saken ingenting annat, än immortalitas. Skilnaden synes blott wara den, att samma oförgänglighet härledes med det sednare uttrycket ifrån negationen af materien; med det förra ifrån negationen af tiden. Änglarne äro odödliga, emedan de icke hafwa någon materia, som är förgängelsen underkastad; de äro till sitt bestånd oförgängliga, emedan deras tillwaro icke mätes genom tiden.

9) Änglarne fylla såsom okroppsliga wäsenden intet rum och äro derföre **illocales**. **Quen.** Neque enim angeli sunt in loco per circumscriptionem, ut corpora naturalia, quia sunt spiritus, sed coexistunt potius loco corporeo vel corpori. Men dock äro de icke öfwerallt; utan alltid blott på ett bestämdt ställe närwarande. Det sednare betecknas genom egenskapen **alicubitas**. **Quen.** Tribuitur ipsis $\pi o \tilde{v}$ seu Ubi, in quo angelus est definitive. Sunt enim angeli in certo spatio per designationem seu definitive h. e. eorum **substantialis, non solum virtualis praesentia** aliquo spatio definitur, ut ibi, **non in aliis spatiis, nedum ubique** sint et quia angelus partium expers est, totus non tantum in toto loco est, sed et totus in qualibet etiam minima parte loci, imo in puncto existere potest. — Detta sätt och wis för detta deras någonstädeswarande till skilnad ifrån Guds och physiska kroppars, betecknas så: om änglarne säges det, att de äro **in ubi definitivo**, quoniam pro lubitu certum sibi definiunt spatium, in quo toto sunt toti, et toti in qualibet spatii parte; propterea quod essentia illorum est indivisibilis. Om Gud: han är **in ubi repletivo**, quoniam omnia in omnibus implet. Om de physiska kropparne: de äro **in ubi circumscriptivo** s. **occupativo**, ideo quod commensuratum sibi spatium occupant et ab ambiente aëre circumscribuntur. **Holl.** At angeli non sunt **in ubi repletivo**, quia non sunt ubique sicut Deus: neque in ubi

occupativo, quoniam juxta indolem spiritualis suae naturae commensuratum non occupant spatium. Mensura enim sequitur quantitatem, cujus expers est angelus. —

10) Holl. Mira est angelorum agilitas et velocitas, ut sine motu locali, qualis est corporum atque adeo sine successione partium, quas non habent, ubi suum celerrime variare queant. Neque tamen omnis motus angelis denegandus videtur, cum modo hic, modo alibi adsint. Et quamvis angelorum motus sit rapidissimus, non tamen est instantaneus, propterea quod spatium, in quo moventur, extensum atque continuum est, quod nulla creatura in instanti transire potest. —

11) Angelorum scientiam esse magnam et omni humana superiorem, quia cum filii Dei scientia conjungitur, non tamen infinitam, cum diem judicii ignorent, slutar man af 2 Sam. XIV, 20. Mr. XIII, 32. Efter Scholastikernas exempel försökte enskilda DD. att närmare bestämma beskaffenheten och måttet af änglarnes kunskap. Quen. Non cognoscunt vero angeli omnia simul, una intellectione, sed distincte et per diversos conceptus, nec tantum per apprehensionem simplicem sed etiam componendo et dividendo, imo etiam et discurrendo et unum ex altero colligendo. Cognoscunt Deum, non tamen comprehendunt, propter essentiae divinae infinitam et intellectus angelici finitudinem (Br. Cognoscunt Deum non nisi abstractive h. e. a posteriori, et rebus creatis; perfectius tamen, quam est nostra cognitio abstractiva). Cognoscunt cogitationes hominum non a priori et distincte sed a posteriori et confuse, per signa, effectus et affectus. Quoad futura contingentia ex causarum inspectione eventus futurus sagacissime quidem sed probabiliter tantum et ut plurimum, colligere possunt. — Cognitio angelorum blifwer betecknad såsom naturalis, quae angelis bonis et malis aeque communis est propter identitatem naturae, revelata, quae fuit omnibus communis ante lapsum quorundam, beatifica, quae angelis in bono confirmatis unice competit (Br.). Men många DD. afhöllo sig ifrån alla närmare bestämningar öfwer beskaffenheten och graden af denna kunskap. Grh. Sed enim quid nos humi reptantes vermiculi de spirituum coelestium intellectione in hac mentis nostrae caligine statuere possumus, cum ne nostram quidem intellectionem exacte cognoscamus? Praestat ergo, Deo pro angelorum ministerio, quod nobis quotidie exhibet, devotas agere gratias, quam haec arcana et non revelata extra verbi limites curiose scrutari. —

12) Holl. Intellectum voluntas, voluntatem libertas comitatur. Libera autem est voluntas angelica, tum ratione actuum immanentium, volitionis aut nolitionis hujus vel illius objecti, tum ratione diversorum effectuum externorum, dum modo hoc, modo aliud facit libere. —

13) Holl. Potentia angelorum magna sed finita est. 1) Magna est, dicuntur quippe fortes robore Ps. CIII, 20. fortes armati Luc. XI, 21. Possunt enim a) corpora movere de loco in locum transferendo Mtth. IV, 5, 8. Act. VIII, 39; b) corpora prosternere 2 Reg. XIX, 35; c) corpora assumere eaque non quidem essentialiter aut personaliter sed accidentaliter sibi unire, iisque assistere, uti assistit gubernator navi; d) loqui cum Deo, angelis et homini-

bus. — **Cum Deo loquuntur**, cogitationes suas ad Deum dirigendo, dum ipsum adorant et laudant: **cum angelis loquuntur**, dum species intelligibiles sibi libere imprimunt: **cum hominibus loquuntur** voce sensibili et distincta, ad vocis humanae imitationem efformata in aëre. (Quen. Fit illa loquela per formationem vocis in corporibus assumtis. Men försigtigtwis tillägger han dock: hic nescire velle, quae magister optimus docere non vult, erudita inscitia est.) 2) **Finita**, non autem infinita est potentia angelica; infinita enim potentia cum creatori sit propria, creaturae merae est incommunicabilis. Inde fit, ut angeli nequeant a) creare b) generare c) substantias immutare d) vera miracula facere Ps. LXXII, 18. e) morbos omnes depellere; f) mortuos resuscitare. —

14) Quen. Quoad statum originalem angeli omnes initio sunt aequaliter justi, boni et sancti a Deo conditi, ad glorificandum Deum et sanctum ipsi praestandum ministerium.

Bewisen: a) ex generali elogio, creationis operibus subjuncto Gen. I, 31. b) ex Joh. VIII, 44. c) ex Jud. 6. ubi lapsus angelorum describitur tum negative tum affirmative; d) ex 2 Ptr. II, 4. —

Holl. Gratia illa importabat 1) ex parte intellectus lucem quandam habitualem intellectus seu concreatam scientiam, ad cognoscendum Deum ejusque voluntatem; 2) sanctitatem habitualem voluntatis, qua poterant angeli in statu viae actiones omnes aeternae Dei legi conformiter instituere et perficere. —

Not. Widare anmärkes, att de blifwit skapade i ett stort, dock för oß obekant antal. Quen. Quia angeli multiplicari non debuerunt, ut homines per procreationem sed semel a Deo creati sunt, ideo certus ipsorum numerus fuit ab initio, qui uti successu temporis non auctus fuit nec augebitur, ita nunquam etiam deficiet: Quantus autem iste numerus sit, in scriptura definitum non est, et nihil ultra revelatum de eo nobis, quam quod sit magnus. Dan. VII, 11. Matth. XXV, 31. Hbr. XII, 32.

15) Holl. Concreata erat angelis justitia perfecta, sed non immutabilis aut inamissibilis. Neque enim voluntas angelorum in statu gratiae determinata erat ad perpetuo amandum et eligendum bonum, sed concesserat Deus angelis libertatem arbitrii cum concreata propensione ad bonum, ut non proxima sed remotissima in ipsis esset potentia ad peccandum, consistens in negatione impossibilitatis ad peccandum et inamissibilitatis donorum concreatorum.

Quen. Angelorum quorundam lapsus non contigit ex concreata quadam ad malum inclinatione vel proclivitate, sed ex abusu libertatis internae, h. e. lapsi sunt quidam angeli nullo intrinseco principio ad lapsum inclinante vel determinante, nullo externo motivo ad labendum restringente aut necessitante, sed quia nondum confirmati in bono et indifferentes erant ad bonum et malum, libertate illa sua abusi sunt, et stationem suam liberrime deseruerunt.

Hela sammanhanget utwisar, att det af Quen. begagnade uttrycket: indifferentes ad bonum et malum ej måste uppfattas såsom oförmåga att skilja emellan det goda och onda, utan endast uttrycker förmågan att wälja det ena, som det andra, samt att uttrycket har blifwit waldt med serskildt hänseende till det efterföljande tillståndet, hwaruti de goda änglarne beskrifwas såsom ad bonum confirmati.

16) Holl. Status originalis est status gratiae, quem in prima creatione per gratiam creatoris O. M. omnes angeli sunt nacti et in eodem aequaliter sapientes sanctique conditi atque in via ad aeternam beatitudinem collocati sunt. Calov. Antequam in bono confirmarentur, fuere adhuc in via ad beatitudinem: nondum terminum ipsum, nempe beatitudinem consecuti erant. — —

17) Quen. Ratione status originalem secuti quidam angelorum in concreata bonitate, veritate et sanctitate perstiterunt, atque in ea a Deo confirmati sunt, aliqui vero peccando liberrima voluntate a creatore suo defecerunt. Et hinc distinctio orta est inter angelos bonos et malos.

De goda änglarnes tillstånd kallas derefter status gloriae; de onda änglarnes status miseriae. Holl. St. gloriae est, in quo angeli, qui in concreta sapientia et sanctitate perstiterunt, admissi ad clarum intuitum Dei, hujus exuberantissima bonitate perpetuo fruuntur. Mtth. XVIII, 10. Ps. XVI, 11. Status miseriae (2 Ptr. II, 4) est conditio tristissima illorum angelorum, qui sponte sua a Deo defecerunt.

18) Holl. Angeli boni sunt, qui in concreata vera sapientia et sanctitate perstiterunt, et a Deo lumine gloriae illustrati atque adeo in bono confirmati sunt, ut a periculo peccandi immunes Deum clare intueantur, ejusque bonitate perpetuo fruantur. Quen. Boni angeli dicuntur, non tantum ob bonitatem entitativam, metaphysicam seu transcendentalem, quam omnes angeli etiam mali habent; in quantum enim ens sunt, in tantum etiam boni sunt. Nec tantum propter habitum concreatum bonum, nam et in hoc pares cum angelis malis fuerunt, utpote qui aeque illum olim habuerunt, sed etiam ob actum bonum, seu obedientiam Deo praestitam et in bono perseverantiam et denique ob sui in bono confirmationem. Ratio itaque formalis, a qua denominantur, angeli boni est, quod in veritate et bonitate, in qua erant creati, permanserunt, et jam in ea ita confirmati sunt, ut nunquam ea excidere neque velint neque possint.

19) Derföre tillegnas de goda änglarne: Calov. 1) persistentia et continuatio in veritate et sanctitate concreata; 2) divina in bono confirmatio, quae et donorum concessorum in creatione ad aeternam immutabilem persistentiam, in bono robur vel donum perseverantiae indefectibile, et donorum istorum insignem augmentationem importat. Unde impeccabilitas oritur. (Quen. Angeli boni ita sunt in bono confirmati, ut cum antea saltem potuerint non peccare, nunc omnino non possint peccare. Mtth. XVIII, 10. VI, 10. 1 Tim. V, 21. Luc. XX, 36. Gal. I, 8. Holl. In statu viae angeli poterant non peccare, h. e. non erat in ipsis potentia proxima aut propensio ad peccandum, erat tamen in illis potentia remota ad delinquendum: in statu gloriae non possunt peccare i. e. in ipsis nec proxima nec remota ad delinquendum est potentia, sed *ἀναμαρτησία*, seu impeccabilitas eorumdem est immutabilis sanctitasque inamissibilis); 3) aeterna Dei fruitio, quae proprie est status gloriae, ad quem *τελικῶς*, vel quantum ad causam finalem attinet, conditi quidem omnes angeli fuerunt. Aequalis enim eorum, quantum ad creationem, fuit ratio. Sed quum alii a Deo defecerint seque gloria illa privarint, pro-

prium domicilium deserentes Jud. 4. reliqui, qui steterunt in veritate soli beata Dei visione vel statu aeternae beatitudinis fruuntur, qui "semper vident faciem Dei patris in coelo" Mtth. XVIII, 10 ac angeli lucis ideo dicuntur 2 Cor. XII, 12. angeli electi 1 Tim. V, 21. quaemadmodum etiam beati homines in statu gloriae futuri dicuntur ἰσάγγελοι Luc. XX, 23. — DD. uppställa confirmatio in bono mest såsom en följd af deras upptagande i status gloriae: Br. Postquam (angeli) obedientiam suam in statu viae, etiam labentibus aliis angelis, Deo constanter exhibuerunt; placuit Deo, eos lumine gloriae implere, ut ipsum Deum clare et intuitive possent cognoscere (hoc enim est videre faciem patris coelestis). — Secutus autem est hanc visionem Dei amor intensissimus, quo voluntas angelorum Deo ita inhaerere coepit, ut ab eo averti non posset. — Et sic facta est confirmatio eorum in bono, sive determinatio voluntatis ad bonum, ut quidquid agunt, id agunt in ordine ad Deum, tanquam bonum infinite perfecte cognitum, sine ulla labe, ullo defectu. —

Holl. Qui Deum summum bonum clare intuetur, non potest non perpetuo ipsius amore flagrare, cum nihil nisi bonum et amabile in eo cernatur: qui autem perpetuo Deum amat, non potest peccare. It Angeli boni tum in bono confirmati sunt, quando lumen gloriae ipsis a Deo infusum est, ut confirmatio eorum in bono, quoad rem nihil aliud sit, quam infusio luminis gloriae, quo Deum intuitive cognoscunt. — Att änglarne, sedan de en gång blifwit upptagne i statum gloriae, omöjligen mera kunna synda, blifwer i synnerhet härledt ur Luc. XX, 36: Quen. In vita aeterna beati dicuntur futuri ἰσάγγελοι, jam vero certi sumus, nos nunquam ex illa coelesti felicitate casuros. Ergo multo magis tales sunt angeli, quibus nos similes erimus. — Quen. synes hafwa tänkt sig confirmatio in bono mindre såsom en följd af fruitio Dei, utan fastmera det ena gifwet med det andra: Angeli semper vident faciem patris in coelo, quae beatifica Dei visio confirmationem in bono praesupponit, omne peccatum excludit, et impeccabilitatem introducit h. e. angelos et homines reddit beatos, in bono confirmatos et impeccabiles. —

Detta inträdande i statum gloriae blifwer wäl betecknadt såsom en lön, som de goda änglarne erhållit af Gud, men dock alltid sådan, att den utgått ifrån Guds fria nåd. Tillika betecknas det såsom af Gud ifrån ewighet så beslutadt, men icke genom ett decretum absolutum.

Holl. Gloria angelorum in bono confirmatorum neque absoluto divino decreto neque merito Christi neque merito angelico, sed liberalissimae bonitati Dei perseverantem angelorum obedientiam ultra condignum remunerantis tribuenda est.

20) Quen. In genere observandum, quod jam per et post confirmationem in angelis bonis praestantiora et perfectiora sint, quam ante confirmationem fuerunt.

Holl. Nacti sunt angeli beneficio confirmationis scientiam excellentiorem, sanctitatem perfectiorem, libertatem perfectiorem, potentiam majorem, concordiam arctiorem,

21) Quen. Quod intellectum angelorum concernit, illustriori is nunc sine dubio radiat scientia, cum terminum assecuti sint et

beata Dei visione fruantor, in quo est satietas gaudiorum Ps. XVI, 11 et hinc angeli lucis dicuntur, ob majorem lucem cognitionis. 2 Cor. XI, 14. — Dock tillägges äfwen härwid den inskränkning: Licet vis intellectiva bonorum angelorum ingens sit, finita tamen est (Mtth. XIII, 32. 1 Ptr. I, 12) et suis circumscripta limitibus. Est eorum intellectio multiscia sed non omniscia, nec futurorum quorumvis praesaga nec cordis recessus vel cogitationum humanarum a priori conscia.

22) Cal. 1) Sanctitas, quâ non naturâ tantum sancti sunt, quales erant in statu gratiae sed perfectiores nunc in sanctitate sunt confirmati in bono, et in statu gloriae constituti: si quidem e cognitione Dei perfectiori perfectior redundet Dei amor, adeoque perfectior sanctitas: et quum luce cognitionis et sanctitatis Dei gloriosissima illustrentur διὰ παντός Mtth. XVIII, 10. 1 Cor. XI, 14. sanctitate perfecta, quae comprehensorum est, gaudeant. . . Non tamen sanctitas haec eorum essentialis est: solus enim Deus sanctus est essentialiter, sed accidentalis, quia excidere eadem potuerunt, Job. IV, 28.

2) Quen. Confirmatio in statu originali non ademit angelis bonis libertatem, sive non desierunt illi propterea liberi esse arbitrii, sed potius majorem libertatem exinde sunt consecuti. Competit enim illis 1) libertas a coactione, non enim coacte nunc agunt bona, sed libere et sponte sua. Libere Deum celebrant eique serviunt, non coacte, licet non possint non Deum celebrare, ejusque voluntatem exsequi; 2) libertas exercitii, quae alias dicitur contradictionis, quae est, quando quis uno objecto proposito potest velle et non velle, agere et non agere. Competit etiam angelis bonis 3) libertas quaedam specificationis, ea scil. quae est inter hoc et illud bonum in particulari libere eligendum vel non eligendum. Licet enim libertas specificationis, quae etiam dicitur contrarietatis, indifferentiam ad utrumque oppositorum, bonum et malum inferat, angeli vero boni non habeant libertatem ad contrarios actus, ut possint bene et male agere, sed tantum bene velle et bene agere queant, et hoc modo libertas contrarietatis angelis bonis non competat, habent tamen libertatem contradictionis, qua licet necessario bonum velint, quoad speciem actus, possunt tamen libere hoc bonum velle, alterum bonum malle, hoc bonum agere et alterum non agere. Imo libertas maxima est, non posse peccare, non posse non bene agere, quem summum libertatis gradum Deus obtinet omnium liberrimus.

23) Quen. Potentia bonorum angelorum magna est. Cum enim insigni virtute instructi fuerint per creationem, majore tamen adhuc nunc pollent, postquam in statum gloriae evecti sunt, qua ipsam etiam diabolorum potentiam superant. — Hinc dicuntur heroes roboris. Ps. CIII, 20. Men äfwen härwid göres den inskränkning: Licet magna sit angelorum bonorum potentia, finita tamen est et potentiae et voluntati divinae subordinata atque subjecta.

24) Holl. Angeli beati opera et officia sua expediunt coram Deo consistendo, (ψαλμωδίᾳ laetissima laudes Jehovae decantant — λατρείᾳ humillima Deum venerantur et adorant — λειτουργίᾳ promtissima voluntatem Dei exsequuntur) hominibus piis assistendo atque diabolis et hominibus malis resistendo. —

utförligare **Br.** (efter de äldste **DD.**, såsom **Chemn.** och **Grh.**): In vita sua beata operationibus diversis funguntur angeli boni: quarum aliae ad ipsam beatitudinem eorum pertinent (non enim beatitudo in otio consistit, sed partim ipsa ἐνέργειαν quandam importat; partim praeterea admittit plures operationes, ab his, qui beati sunt, exercendas); aliae ministeriales sunt, quibus angeli Deo et Christo θεανθρώπῳ (Hbr. I, 6. Mtth. IV, 11) serviunt ac promovent hominum salutem. — — — Posterioris generis actiones respiciunt partim homines pios singulos, partim ipsos status hierarchicos custodiendos et promovenda commoda eorum. Piis singulis ministrant angeli, quando eos in ipso vitae initio atque infantia tuentur (Mtth. XVIII, 10) serviunt adultioribus (Ps. XXXIV, 8. XCI, 11, 12. Mtth. I, 19, 20. II, 13, 19. Act. X, 3, 5. Ap. I, 1. XXII, 6, 16. Dan. VI, 22. Act. XII, 7. V, 18, 19. Luc. I, 13, 30. etc. etc.) in omni honesta functione: adsunt denique morientibus Luc. XVI, 22.

Ad officium angelorum ratione status ecclesiastici pertinet, quod promovent ministerium verbi: ac speciatim quod promulgationi legis mosaicae tanquam ministri adfuerunt (Deut. XXXIII, 2. Gal. III, 19.) quod Christi adventum in carnem annunciarunt; quod impediunt idololatriae in ecclesiam introductionem (Jud. 9), intersunt coetibus sacris (I Cor. XI, 10. 1 Tim. V, 21).

Statui politico ita serviunt angeli, ut impediant, quo minus rumpantur vincula reipublicae (Dan. X, 13) adjuvent et defendant magistratum ejusque ministros (Dan. VI, 22), arceant pericula et hostes iniquos affligant. 2 Reg. XIX, 35. Es. XXXVIII, 36.

Oeconomiae ministrant promovendo conjugia piorum (Gen. XXIV, 7), custodiendo rem familiarem, Job. I, 10. Ps. XXXIV, 10), tuendo pignora familiae, liberos (Mtth. XVIII, 10).

Denique peculiare erit officium angelorum, quo fungentur in die extremo, quando Christum ad judicium accedentem comitabuntur, ejusque adventum sono tubarum proclamabunt (Mtth. XXV, 31. 1 Thss. IV, 15, 16). Homines ex omnibus mundi partibus colligent (Mtth. XXIV, 31. Mr. XIII, 27), pios ab impiis segregabunt (Mtth. XIII, 41.) illos ad dextram Christi collocabunt (Mtth. XXV, 32.) in occursum ei ductos in aëre; hos ad sinistram Judicis constitutos Matth. XXV, 32, (1 Thss. IV, 17.) mox in infernum praecipitabunt (Mtth. XIII, 42, 50.) — -

På den frågan slutligen, om en egen s. k. skyddsängel står wid hwarje menniskas sida, bekänna **DD.**, att de icke hafwa något swar att gifwa. **Br.** Hoc certum est, hominis custodiam non ita assignandam esse uni angelo, ut reliquorum auxilio destituatur. Ordinarie tamen unum angelum pio cuivis ad custodiendum destinatum, probabiliter dici potest: extraordinarie plures angelos ad singulos fideles mitti. —

25) **Br.** Propter illas perfectiones, quibus angelos bonos pollere vidimus, quodque nobis plurimum favent ac prosunt; decet utique, ut eos magnifaciamus, amemus et caveamus, ne malis actionibus eos offendamus. — Preces autem nostras ad angelos dirigere non decet. Hoc enim vel impium et idololatricum est (nempe si preces religiosas cum fiducia, ad ipsos tanquam largitores bonorum spiritualium, dirigamus) vel saltem inutile et inconsultum.

Holl. Angeli religiose non adorandi neque invocandi sunt. —

26) **Holl.** Dari inter angelos bonos certum ordinem, nullum est dubium, sed qui et qualis sit iste ordo angelicus, in hac vita arbitramur scire neminem. — **Prob.** a) ex regula generali, qua Deus in ecclesia militante omnia vult fieri decore et secundum ordinem, 1 Cor. XIV, 40. Nullum igitur est dubium, quin certus ordo sit in ecclesia triumphante inter angelos beatos, isque tanto perfectior, quanto splendidior est ecclesia triumphans militante; b) a diversis spirituum coelestium denominationibus, Eph. I, 21. Col. I, 16. 1 Thss. IV, 16. et Jud. ep. v. 9. Diversa nomina discrimen angelorum inferunt; c) a pari. Datur ordo inter angelos malos. E. et inter bonos. Anteced. liquet ex Luc. XI, 25, ubi Beelzebub princeps daemoniorum dicitur, et Mtth. XXV, 41. mentio fit diaboli et angelorum ejus.

27. **Quen.** Dicuntur angeli mali non ratione essentiae, sunt enim ratione essentiae boni, et cum reliquis angelis in veritate, sanctitate et justitia creati, sed 1) ratione actus mali, sc. malitiosae defectionis et apostasias a Deo, 2) ratione habitualis malitiae sive horribilis depravationis naturae suae, quae actum illum est consecuta, 3) ratione perseverantiae et persistentiae in malo incorrigibili, et 4) denique propter effectus malos, quia non nisi mala perpetrant.

28) **Quen.** Quodnam in specie fuerit primum malorum angelorum peccatum, non liquet. Eorum tamen sententiam, qui affectatam Deiformitatem seu affectationem superioris ὑπεροχῆς fuisse existimant, probabilem reddit tentatio, qua Satan primos nostros parentes aggressus est et debellavit Gen. III, 5. ejusque ingenium et perpetuus conatus, quo Dei gloriam in se transferre studet. Mtth. IV, 9.

29) **Quen.** Forma generica lapsus diabolici consistit in libera et spontanea a Deo et recti regula aversione. Poterant enim in veritate et sanctitate concreata persistere et non deficere, poterant recti regulam ex creationis gratia tenere, sponte ergo et libere, per libertatis scil. concessae abusum, peccarunt. — Non enim peccaverunt ex naturae defectu, aut impotentia sed ex mera malitia et contumacia et per spontaneum concessi liberi arbitrii abusum. —

30) **Quen.** Subjectum, quod defecit, sunt angelica individua, quorum numerus in scripturis non est expressus, multa tamen fuisse, ex multitudine daemonum colligitur. Mr. V, 9. Luc. VIII, 30.

It. Quo ordine angeli mali peccarint, an omnes simul, an unus post alterum, sive an primo unus ceciderit, et alios suo exemplo et persuasione ad ἀποστασίαν et lapsum induxerit, de eo Scholastici disputant sed ἄτερ γραφῆς.

Holl. Probabile est angelos malos lapsos esse sub certo quodam duce, aut principe, quem satanam et diabolum s. scriptura appellat Joh. VIII, 44. Luc. XI, 15, qui vel suasione vel exemplo plures angelos ad societatem ejusdem peccati pellexit. Ap. XII, 4.

Om sjelfwa tidpunkten för fallet: **Holl.** Lapsi sunt non intra hexaëmeron creationis, sed eo absoluto (Gen. I, 31). Ante lapsum

primorum hominum, secunda orbis conditi hebdomade, incertum, qua die.

31) Br. Commisso peccato, angeli illi omnes amiserunt gratiam sibi concreatam atque ita inciderunt in miseriam acerbissimam, sine spe restaurationis.

Calov. Poena angelorum malorum est tum desertio Dei aeterna, unde converti nunquam possunt: tum rejectio ad infernalia supplicia in aeternum sustinenda.

Holl. delar noggrannare deras straff i poenas damni et sensus. Poena damni, quam etiam privativam vocant, est tristissima jactura gratiae et gloriae. Poena sensus seu positiva sunt cruciatus, quos persentiscunt daemones inde a lapsu permagnos, majores subibunt in die extremi judicii (2 Ptr. II, 4. Jud. 6). — Br. Erunt autem poenae, quibus affliguntur angeli mali, aeternae. Mtth. XXV, 41—46. Mr. IX, 43. —

På den frågan: quare mali angeli non recipiantur in gratiam? swarar Grh.: Praestat summam filii Dei erga lapsum genus humanum φιλανθρωπίαν et misericordiam depraedicare, qua propter nos et propter nostram salutem descendit de coelis et homo factus est, non angelos sed semen Abrahae apprehendens, Hbr. II, 16 quam extra limites scrutari causas justissimi illius judicii, quo Deus angelos a se aversos catenis noctis in tartarum praecipitatos tradidit in judicium servatos. Grunden till deras ewiga förkastelse har man mest trott sig finna i storheten af deras förbrytelse, Atrocit. peccat. wisar Holl. a) Ex objecto laeso, quod est Deus, angelorum creator optimus maximus; b) ex praesidiis, quibus malum declinare poterant. Angelorum quippe intellectus eximia sapientiae luce resplendescebat. Voluntas sanctitate perfecta eminebat c) ex modo peccandi. Peccarunt enim angeli non ex infirmitate aut inadvertentia, sed ex pleno intellectu, deliberato consilio et voluntario liberi arbitrii abusu, nemine instigante.

32) Quen. Cognitionem naturalem sive quam habuerunt mali angeli ex naturae lumine per lapsum non amiserunt, Deum enim aliasque res supernaturales quodammodo cognoscunt, sed illa rerum supernaturalium cognitio est conjuncta 1) cum extremo odio et fremitu adversus Deum; 2) cum livore, invidia et furore adversus angelos bonos et homines pios et beatos; 3) cum ignorantia, dubitatione, errore et oblivione Mtth. IV, 6. Joh. XIII, 2. 1 Cor. II, 8. Cognitionem vero ex lumine gratiae ortam prorsus amiserunt. Holl. Cognoscunt angeli Deum sed ut ad hanc θεογνωσίαν toti cohorrescant. — Br. Intellectus illorum non solum lumine gratiae, verum etiam lumine gloriae destitutus atque in contemplatione irae divinae ac suae miseriae defixus, velut obtunditur et caret recto de bonis agendis judicio (Alias corruptio intellectus diabolici etiam hinc ostendi solet, quod Satanas mortem Christi tanto studio promovit, non sentiens, inde sibi maximam contrahi adversitatem. Quae autem superest in angelis malis cognitio naturalis, ea nihil felicitatis illis, a Deo rejectis, addit.) Deras

öfriga

öfriga gäfwor beskrifwas sålunda: Holl. Voluntas eorum ad malum projecta non gaudet libertate ea, quae infert indifferentiam ad bonum et malum, vel ad plura bona, sed versatur libertas eorum circa mala particularia. Potentia illorum est quidem humana superior, attamen virtute divina ligata, ut absque permissione Dei nihil efficere valeant. — Quen. Futura contingentia interdum ex revelatione divina certo norunt Job. I, 12. II, 6. 1 Reg. XXII, 22. 1 Sam. XXVIII, 19. Quaedam vero sagacitate naturali admodum probabiliter norunt. —

33. Holl. Operationes angelorum malorum sunt variae quidem; at omnes directae ad labefactationem gloriae divinae (Ap. XII, 7) et ad perniciem non temporalem minus, quam aeternam tum hominum singulorum tum statuum hierarchicorum. I det enskilda: Cacodaemones statum ecclesiasticum (haereses spargendo Mtth. XIII, 27. — conatus piorum ecclesiae ministrorum impediendo 1 Thss. II, 18. auditorum mentes a meditatione et praxi verbi divini avocando. Luc. VIII, 12 — persecutiones adversus regnum Christi excitando. Ap. XII, 7.) statum politicum (1 Reg. XXII, 21. 1 Chron. XXII, 1) et oeconomicum (mentes conjugum distrahendo Joh. VIII, 44. Conjugum liberis bonisque insidiando. Job. I, 13) turbare, convellere, penitusque evertere assidue meditantur.

Till allt det onda, som de onde Änglarne tillfoga menniskorna, räknas i synnerhet obsessio corporalis et spiritualis. Den blir i allmänhet af Quen. så beskrifwen: Est actio diaboli, qua ex permissione Dei homines ad peccandum instigat, et corpora eorum occupat atque excruciat, ut salutis aeternae jacturam faciant. Ex primo, scil. ad peccandum instigatione, spiritualis, ex altero, nempe ejusdem corporum humanorum occupatione, corporalis obsessio oritur. Illa est, cum diabolus dicitur possidere et implere mentes et corda impiorum, in ea et in ipsos venire, in iis ἐνεργεῖν. Act. V, 3. Luc. XXII, 3. Joh. XIII, 2. 2 Thss. II, 9. Eph. II, 2. Haec est, quando diabolus immediate et localiter intra corpus existit, et operatur, illudque ad tempus subigit. Mtth. IV, 24. VIII, 28. Mr. VII, 16 et 25. IX, 32. XII, 12. XV, 22. Luc. IV, 33. Act. VIII, 7. XIX, 13. — Obsessio spiritualis blifwer af Quen. närmare beskrifwen så: Forma consistit tum in propinquiori substantiae diaboli ad animam impii adessentia Luc. XI, 24, 26. tum in efficaci et ad quaevis flagitia propellente ἐνεργείᾳ. Såsom subjectum quo (obsessionis spiritualis) betecknas anima impii, non mere passive sed simul active et ut συνεργὸς diaboli se habens. Joh. VIII, 44. Såsom subjectum quo (obsessionis corporalis) angifwes: corpus humanum mere passive se hic habens; mediate tamen et ad συμπάθειαν etiam anima malo isto afficitur. (Satan corpus obsessi ejusque membra pro lubito suo movet etc. etc.)

Obsessio corporalis kan äfwen träffa de fromme. Quen. Subjectum illius non solum constituit homo impius sed etiam quandoque pius. Mr. IX, 21. cum nonnunquam contingat, ut ex arcano, justissimo tamen Dei judicio atque consilio probi quoque homines a Satana possideantur. Impios Deus Satanae obsidendos tradit, ut

puniantur et corrigantur, pios autem, ut peccatorum foeditas ostendatur et eorum fides exerceatur. —

Om signa obsessionis corporalis säger Holl.: Signa obsessionis corporalis recensentur varia, quorum quaedam obsessis sunt propria; quaedam melancholicis, ecstaticis et phreneticis communia, ideoque non disjunctim, sed conjunctim sumenda et consideranda sunt, ne gravibus morbis afflictos pro obsessis habeamus.— Indicia corporalis obsessionis sunt: 1) linguarum peregrinarum atque disciplinarum notitia, nullo studio comparata; 2) occultorum et futurorum scientia atque manifestatio; 3) loquela, aperto ore absque debita organorum dispositione, facta; 4) avicularum, ovium, boum, porcorum, ursorum etc. etc. repraesentatio; 5) robur plus quam humanum in portandis oneribus immanibus; 6) blasphemiae horrendae in sanctissimum numen eructatae; 7) agillima corporum diductio sine dissolutione compagis corporis, Luc. IV, 35; 8) gestus et actusimpuri, saevi, terribiles, v. gr. spumant interdum ore, frendent dentibus, abjiciunt se in aquam, in ignem, et mortem sibi consciscere nituntur; 9) gravis vexatio intus in visceribus et partibus corporis, ventrisque intumescentia; 10) cessatio sensuum, tam internorum quam externorum, et facultatis locomotivae, Mtth. XV, 22. XVII, 16. Luc. VIII, 25—35. Marc. I, 24.

Enskilda DD. tala äfwen om spöken, genom hwilka menniskorna förskräckas af de onda änglarne: Holl. Cacodaemones hominibus illudere spectris sacrae docent literae. Es. XIII, 21. XXXIV, 14. Sap. XVII, 3, 4. Mtth. XIV, 26. Luc. XXIV, 37. Men: spectra non sunt animae defunctorum. Luc. XVI, 26. Sap. III, 1.

34) Br. Interim Deus ipse etiam utitur ministerio malorum angelorum, ad castigandos in hoc mundo pios (exempl. Jobi) et ad puniendos impios tum in vita (Ps. LXXVIII, 49.) tum post mortem. (Mtth. XVIII, 34.) —



Pars II.

De homine.

§. 23.

Då i den första delen fråga warit om Gud och om de werk, som Han skapat; så handlar den andra delen om menniskorna, för hwilkas skull werlden är skapad och uppenbarelsen gifwen; men i synnerhet om det tillstånd, hwari menniskan nu befinner sig och hwilket gör att hon har behof af återlösning [1]). Men detta hennes närwarande sedliga tillstånd kan icke blifwa beskrifwet, utan att förut upplysa, huru detsamma har uppstått. Ty det är icke det ursprungliga tillståndet, hwari menniskan blef skapad. Först således hafwe wi att handla om menniskans ursprungliga tillstånd; derefter om det tillstånd, hwari hon sig nu befinner [2]).

Den andra delen innefattar således twenne afdelningar, I) De statu integritatis; II) De statu corruptionis. —

Cap. I.

De statu integritatis.

§. 24.

Status integritatis est prima hominis ad imaginem Dei in bonitate et rectitudine creati conditio. Quen. — Så warder menniskans första tillstånd kalladt, emedan menniskan då till alla sina gåfwor, krafter och egenskaper war helt och hållet oförderfwad [3]). Närmare blifwer detta tillstånd beskrifwet genom uttrycket: imago Dei, secundum quam creatus est homo (1 Mos. 1, 26. 27. c. 5, 1.), ty derigenom skiljer sig menniskan från alla andra creatur, att hon

är skapad efter Guds beläte [4]. Detta uttryck betecknar i allmänhet en likhet med Gud, hwilken har sin grund deri, att Gud tagit sig sjelf liksom till mönster och urbild, hwarefter Han har skapat menniskan [5]. Hwaruti således likheten med Gud, hwarmed menniskans första tillstånd skall betecknas, har bestått, lära skriftställena Col. 3, 10. Eph. 4, 24. [6]. Uti deßa ställen säger nemligen Aposteln, att menniskorna, om hwilka han förutsätter, att de hafwa förlorat Guds beläte, skola åter warda förnyade till detsamma. Och under det han beskrifwer detta nya tillstånd såsom ett sådant, uti hwilket menniskan genom den H. Andes kraft warder förnyad till en rättskaffens rättfärdighet och helighet, se wi, att med Guds beläte, 1 Mos. c. 1 och c. 5, den serskilda andeliga och sedliga fullkomlighet bör förstås, hwaraf menniskan i sitt ursprungliga tillstånd hade att glädja sig [7]. **Imago Dei est perfectio naturalis, in excellente conformitate cum Dei sapientia, justitia, immortalitate et majestate consistens, concreata homini primo divinitus, ad Deum creatorem perfecte agnoscendum, diligendum et glorificandum** [8]. **Quen.** I enlighet härmed tillkom menniskan i hennes ursprungliga tillstånd:

1) Wishet och förmåga att efter måttet af sitt behof fullkomligt känna gudomliga, menskliga och naturliga ting [9].

2) Helighet och frihet i wiljan, så att menniskan älskade Gud och det goda och förmådde uti allt efterlefwa den gudomliga wiljan [10].

3) Renhet i de sinliga affecterna och fullkomlig harmoni mellan alla krafter och drifter [11].

Perfectiones, imaginem Dei constituentes fuerunt: excellens scientia intellectus, perfecta sanctitas, et libertas voluntatis, sincera puritas appetitus sensitivi, et suavissimus quasi concentus affectuum, cum dictamine intellectus et regimine voluntatis, sapientiae, sanctitati, et puritati Dei, pro captu hominis primi, conformes. Holl. —

Deßa så beskrifna andliga och sedliga företräden äro den egentliga grunden, hwarföre menniskan warder kallad Guds afbild [12]. De sammanfattas äfwen uti uttrycket: justitia originalis [13]. — Till deßa, såsom deras nödwändiga följd, komma nu äfwen kroppsliga företräden och en serdeles utmärkt ställning till den yttre werlden [14], nem-

ligen corporis impassibilitas et immortalitas, (ty de andligt och sedligt så utrustade menniskorna kunde hwarken lidanden eller död widkomma) och externum in cetera animantia dominium, 1 Mos. 1, 26, 28, ty Gudalikhetens höga wärde yttrade sig ock deruti. Perfectiones minus principales, quibus imago Dei absolvitur, sunt corporis, nulla peccati labe infecti, immunitas a passionibus corruptivis, ejusdem immortalitas, et plena imperandi creaturis sublunaribus in primis bestiis, potestas. Holl. [15]). — Med denna beskaffenhet kunde det icke wara annorlunda, än att menniskan hade att glädja sig af en ostörd lycksalighet, hwartill äfwen deß wistande i paradiset (amoenissima habitatio) måste i sin mån bidraga [16]).

Alla deßa förmåner måste wi beteckna såsom naturliga, likwäl icke i den mening, som skulle menniskan, sedan hon förlorat deßa förmåner, icke mera förblifwit till sitt wäsende den samma menniska; utan i en sådan, att deßa förmåner måste tänkas såsom gifna på samma gång med menniskan, och att de icke kunde skiljas ifrån henne, utan att äfwen hennes hela förhållande blef ett annat än det förut war. Detta uttryckes med den satsen, att imago Dei är en perfectio naturalis och icke en donum supernaturale externum ac accessorium [17]). Detta tillstånd med alla deß förmåner skulle menniskan derföre, om hon icke hade fallit, äfwen hafwa kunnat fortplanta på sina efterkommande (naturalis propagatio. 1 Mos. 5, 3. Rom. 5, 12). — Frågar man efter de öfwernaturliga gåfwor, af hwilka menniskan i det ursprungliga tillståndet war delaktig, så låta deßa ganska lätt uppräkna sig: supernaturalis Dei favor, gratiosa ss. trinitatis inhabitatio et resultans inde suavitas et delectatio; ty deßa gåfwor äro i wißt afseende att betrakta såsom ett serskildt tillägg och såsom följder af menniskans sedligt goda och lyckliga tillstånd [18]).

1) Quen. Subjectum theologiae est homo, de primo felici suo statu deturbatus in miseriam, ad Deum et aeternam salutem perducendus. — Non agitur hic de homine, ratione essentiae suae, et prout creatura est, ... sed ut talis vel talis creatura est, et ratione status sui, qui ante lapsum integer fuit et felicissimus, post lapsum vero corruptus et miserrimus. —

2) Holl. Circa lapsum hominis considerandus est tum terminus a quo, tum terminus ad quem. Terminus a quo est status innocentiae sive integritatis. Miseria hominis lapsi accurate expendi nequit, nisi exacte penderetur eam antegressa felicitas,

qua homo a Deo aversus seipsum privavit. Privatio namque cognoscitur ex opposito habito, et gravitas mali aestimatur ex amisso bono. — Menniskans ferskilda tillstånd uppräknar Cal. i följande ordning: Status hominis diversi sunt, qui in theologia considerandi veniunt. Alius ante lapsum, qui vocatur status integritatis: alius post lapsum, qui iterum alius sub peccato extra gratiam est, quem vocant statum peccati vel corruptionis: alius sub gratia, per gratiosam restitutionem, quae in hac vita inchoatur, sed in altera consummabitur: unde status gratiae in hac vita status reparationis dicitur, quem excipit in altera vita status glorificationis. — — — Porro etsi Deus intendat omnium hominum reparationem eoque directa s. scriptura et theologia sit, multi tamen non reparantur, qui proinde post hanc vitam alium statum subire coguntur, aeternae nempe condemnationis: ideo quinque status, si omnes hominum conditiones spectandae sint, constitui possunt; naturae integrae, corruptae, restauratae, glorificatae, et damnatae; status nempe innocentiae, miseriae, gratiae, gloriae et ignominiae aeternae. . . . Errant autem Papistae, qui alium adhuc statum comminiscuntur, quem vocant purorum naturalium, qui non est tantum purum putum commentum φαντασίας Scholasticorum, si quidem homo nec extiterit nec existere potuerit cum simplici negatione tum integritatis et gratiae, tum peccati et miseriae, qui nec justus nec injustus esset, Deoque nec placeret nec displiceret. — I detta locus är blott fråga om de båda första tillstånden, ty subjectum theologiae är blott: homo sub statu peccati, qui reparandus est ad salutem.

3) Calov. Dicitur integritatis status, quia homo integer et rectus in eodem erat, Eccl. VII, 30. mente, voluntate, affectibus et dotibus corporis, et omnia tum erant salva atque integra. — Vocant etiam statum innocentiae, quia innocens et sanctus erat, expers peccati et labis. —

4) Br. . . Constat caeteras creaturas, licet ad certam ideam intellectui divino observantem conditas, dici quidem valde bonas, non tamen ad imaginem Dei conditas. —

5) Holl. Formalia requisita imaginis, generatim consideratae, sunt 1) similitudo sive convenientia cum exemplari vel prototypo; quia imaginis est, repraesentare rem, cujus est imago. Hoc autem sine similitudine fieri nequit; 2) origo vel processio imaginis ab exemplari, quia imago ad imitationem prototypi, repraesentationis ergo, expressa est. — Skilnaden mellan imago och vestigium efter Holl. består deri, att Imago repraesentat manifeste id, cujus est imago: vestigium obscure refert id, cujus est vestigium. In omnibus creaturis deprehenduntur vestigia potentiae, sapientiae et bonitatis divinae; at in homine integro pleno jubare effulgebat imago Dei. Dock anmärker äfwen Br. wid denna allmänna bestämning af imago: Haec imago Dei in homine non referri debet vel potest ad omnia, quae in Deo sunt: neque eo perfectionis gradu est, in homine, quo est in Deo. —

Uttrycket imago finnes i 1 Mose Bok 1, 26. Om de der förekommande orden צֶלֶם och דְּמוּת Holl. In fonte (Gen. I, 26) duae adhibentur voces, צֶלֶם, imago, et דְּמוּת similitudo non eo fine, ut

distinctarum rerum symbola sint et imago ipsam animae humanae substantiam, similitudo ipsius perfectiones accidentales denotet (ut volunt nonnulli Pontificii), sed ut posterior prioris sit exegetica et imago simillima aut valde similis designetur.

6) Det måste wäl medgifwas, att uttrycket imago Dei är mångtydigt, och att det derföre måste förklaras af andra ställen, i hwilket afseende menniskan kan sägas wara skapad efter Guds beläte. Den riktiga canon för uppställandet af den här ifrågawarande Gudalikheten finnes hos Cal. i följande: Quia conformitas hominis cum Deo, ceu archetypo multifaria reperitur, ac diversimode proinde respectu conformitatis cum Deo a variis definitur imago Dei, ne hic a sensu proprio scripturae aberremus, haec cumprimis tenenda est regula: eam conformitatem hominis cum Deo ad imaginem Dei spectare, quae in creatione primis parentibus impressa, per transgressionem maximam partem amissa, per renovationem in hac vita et maxime in beata regeneratione ad alteram vitam restauranda est. Denna canon grundar sig på Col. 3 och Eph. 4, af hwilka wi lära känna, att Gudalikheten, hwarom här är fråga, måste bestå i andliga och sedliga egenskaper. Derföre blifwer imago Dei, hwilken tillägges menniskorna i det ursprungliga tillståndet, betecknad såsom accidentalis, cujus accidentales (mutabiles et amissibiles) perfectiones infinitis Dei perfectionibus, secundum modum capacitatis humanae, conformes sunt (Holl.). Genom denna bestämning blifwer 1) den skild ifrån imago Dei substantialis, hwilken Christus är, 2 Cor. 4, 4. Col. 1, 15. Ebr. 1, 3, och hwarmed Fadrens och Sonens wäsens-enhet warder betecknad. Holl. Im. substant. est aeternus Dei filius, quia totam essentiam patris in se exprimit, modo subsistendi ab eo distinctus; 2) Antydes genom denna bestämning att det ursprungliga tillståndets företräden icke utgjorde sjelfwa menniskans wäsende, hwarken till kroppen eller själen, utan att de bestodo i egenskaper, hwilka wäl woro innerligen förbundna med wäsendet; men likwäl, då de bortföllo, icke förändrade menniskans wäsende. — Derföre fortfar Cal. efter den ofwan anförda satsen, så: Unde patet, conformitatem, quae in substantia animae reperitur aut corporis, ad imaginem Dei, stylo biblico descriptam, non pertinere, quia substantia animae aut corporis per lapsum non est deperdita; nec per renovationem restauratur. Quen. Distinguendum inter substantiam hominis seu materiam ipsam et id, quod substantiae hominis tanquam ἑπόμενον aliquod arctissime adhaeret et illam accidentaliter, intrinsece tamen perficit; sive disting. inter naturam ipsam et ejus qualitates sive perfectiones in qualitatibus: non illam sed has notat imago Dei. Paucis: imago illa Dei non est homo sed in homine h. e. non est homini substantialis sive essentialis, sed accidentalis. — Antith. Flacianorum, contendentium, imaginem Dei fuisse ipsam primi hominis formam substantialem, ipsam animae rationalis essentiam, quae lapsu Adamae penitus sit abolita.

Men äfwen i imago Dei accidentalis göres skilnad mellan generaliter et abusive och specialiter et proprie accepta. I förra fallet tillägges gudalikheten menniskorna propter generalem quandam analogiam aut convenientiam cum Deo. (Holl. Ipsa substantia animae humanae quaedam θεῖα seu divina exprimit, et

exemplar divinitatis refert. Nam D. est spiritus immaterialis, intelligens, voluntate libera agens etc. etc. Quae praedicata de anima humana certo modo affirmari possunt). Men i denna mening har menniskan äfwen genom fallet icke förlorat densamma; utan warder den henne äfwen efter fallet tillagd. — Gen. IX, 6. Jac. III, 9. Blott såledés om gudalikheten i sednare meningen är det fråga i stat. integr. Quen. Imago Dei (specialiter accepta) non est quaerenda in illis rebus, quae post lapsum in homine adhuc supersunt, hominique non renato vere insunt. Ratio: quia imago Dei per inobedientiam primi Adami amissa, per obedientiam secundi Adami est nova creatione reparanda. I detta loc. förstår man alltså med Guds afbild: ipsa dona et bona homini in prima sui creatione concessa et per lapsum amissa h. e. ipsa illa omnium virium integritas et rectitudo primo homini concreata. —

7) Grh. In his dictis (Col. III. Eph. IV.) sunt termini aequipollentes: ad imaginem Dei et juxta Deum, ac proponitur in eis descriptio novi hominis, qui novus dicitur non propter essentiae mutationem sed propter novas qualitates, cognitionem Dei, justitiam et sanctitatem veritatis seu veram. Cujus respectu homo juxta Deum conditus et ad imaginem Dei renovatur, in eo consistit imago Dei: at ratione cognitionis Dei, justitiae et sanctitatis etc. etc. renovatur, et eorum ratione juxta Deum conditus est ad imaginem Dei. Ergo in illis ipsis primaeva Dei imago in homine consistit. —

8) Br. Specialiter accepta imago divina importat perfectiones quasdam accidentales, intellectui et voluntati primorum hominum concreatas, perfectionibus, quae in Deo sunt, conformes, et collatas hominibus, ad actiones suas recte instituendas ac perficiendas finis ultimi consequendi causa. —

Grh. Haec est descriptio imaginis Dei in primo homine in scriptura petita, nimirum quod fuerit justitia et sanctitas vera, quibus verbis denotatur summa omnium animae et corporis virium rectitudo, integritas, et cum lege divina conformitas, summa totius hominis perfectio, innocentia et mundities, quam nuditas hominis et paradisi inhabitatio etiam comprobat. —

9) Br. Scilicet ex parte intellectus contulit Deus hominibus primis, ad imitationem sui, tanquam causae exemplaris, sapientiam quandam i. e. lucem seu perfectionem aliquam habitualem intellectus, ad cognitionem rerum divinarum, humanarum et naturalium eximiam et pro statu primaevo sufficientem. —

Bewis: Quen. 1) Ex Col. III, 9, 10; 2) ex Adamii factis, qualia sunt: a) nominum conveniens expositio Gen. II, 19, quae erat non solum grammatica quoad nomenclaturam animalium sed vel maxime logica quoad verissimam definitionem; b) Evae agnitio Gen. II, 23; c) Prophetia seu praedictio firmitatis copulae conjugalis. Gen. II, 24.

Närmare bestämmes beskaffenheten och omfånget af sapientia genom följande: Br. Ita ut intellectus hominis essentiam et voluntatem Dei in tantum cognosceret, quantum necesse erat ad id, ut in-

tellectus cultum Deo convenientem aut quantum satis erat ad juste et sancte vivendum praescriberet. —

Quen. Fuit haec Adami scientia excellens, plena, perfecta et tanta, quantam nullus hominum post lapsum sive ex libro naturae sive ex libro scripturae acquirere sibi potest. Quando igitur quaeritur: an apostolorum post acceptum spiritum s. an vero Adam ante lapsum major fuerit intellectus excellentia? Resp. distinguendo inter notitiam rerum divinarum et mysteriorum fidei, quae, quia post Christi adventum uberius et distinctius cognoscuntur, credibile est, eorum cognitionem majorem fuisse in apostolis, quam in Adamo. Et inter perfectam consummatamque omnium naturalium et homini utilium rerum notitiam et hac Adam cunctos mortales et sic etiam apostolos tum extensive seu amplitudine tum intensive seu modo sciendi, scil. non ex ratione probabili vel effectis sed ex propriis cujusque rei causis tum denique firmitate atque immobilitate scientiae antecelluit. — Finitam tamen fuisse et limitatam inde patet, quia non novit Adam arcana Dei decreta, non cordium cogitationes, non futura contingentia, non numerum stellarum. . . Haec ipsa scientia Adami concreata perfici quoque magis magisque potuisset et augmentum admisisset, si perfectionem graduum spectes, tum per revelationem sive ulteriorem informationem Dei in supernaturalibus, tum per experientiam et observationem propriam in naturalibus.

Holl. Eximia quidem et sufficiens pro statu primaevo fuit scientia Adami: at non fuit cognitio Dei intuitiva. Nam clara Dei visio non datur in his terris, sed promittitur danda in coelis. 1 Cor. XIII, 12. 1 Joh. III, 2. —

10) Br. Ex parte voluntatis collatae sunt homini a Deo vires spirituales, seu habitualis inclinatio et promtitudo ad Deum super omnia diligendum, et facienda omnia ex praescripto intellectus recte illustrati: omittenda autem, quae ille omittenda judicaret: regendas item facultates inferiores, ne ullatenus in actus inordinatos et peccaminosos erumperent. —

Quen. Consistebat ergo voluntatis primi hominis perfectio 1) in naturali ad bonum inclinatione, omnem omnino potentiam praevaricandi proximam excludente; 2) in libera et expedita boni volitione volitique exsecutione atque ita erat in eo sancta voluntatis libertas, et libera sanctitas, excludens omne peccatum . . Sic autem libera fuit voluntas, ut tamen tantum ad bonum propenderet, ad mali delectum aut boni neglectum prona non fuit, quidquid postea accidit, infausto liberi arbitrii abusu accidit. Menz: sanctitas in primo homine non absolutam impeccabilitatem sed saltem secundum quid immunitatem a peccato in voluntate ejus introduxit. —

11) Holl. In primo homine erat exactissima harmonia mirusque consensus virium superiorum et inferiorum. Nam legi divinae ratio, rationi voluntas, voluntati appetitus sensitivus, appetitui affectus, affectibus membra corporis promtissime obsequebantur. —

Br. Hoc est, quod primi parentes in statu integritatis non cognoverunt se esse nudos, neque erubuerunt; i. e. nulla inordinata libidine appetitus sensitivi (quamquam praesente objecto, quod allicere poterat) vel leviter tacti fuerunt. Gen. II, 25.

12) Br. Haec sapientia, justitia et sanctitas primorum hominum ita obtinet rationem imaginis divinae, ut ea sola atque unica sit, a qua homo, absolute loquendo, imago Dei appellari possit. —

13) Uttrycket justitia originalis war i den äldsta dogmatiken ännu mera bruktigt till att beteckna det ursprungliga tillståndet. Ap. conf. I, 17. Justitia originalis habitura erat non solum aequale temperamentum qualitatum corporis sed etiam haec dona, notitiam Dei certiorem, timorem Dei, fiduciam Dei, aut certe rectitudinem et vim ista efficiendi. Idque testatur scriptura, cum inquit (Gen. I, 27): hominem ad imaginem et similitudinem Dei conditum esse. Quod quid est aliud, nisi in homine hanc sapientiam et justitiam effigiatam esse, quae Deum apprehenderet, et in qua reluceret Deus, h. e. homini dona esse data, notitiam Dei, timorem Dei, fiduciam erga Deum et similia. . . Et Paulus (Col. III. Eph. IV.) ostendit imaginem Dei notitiam Dei esse, justitiam et veritatem. —

Chemn. Justitia orig. non tantum fuit acceptatio sed rectitudo et integritas omnium virium — just. orig. non fuit tantum aequabile temperamentum corporis, sed praecipue fuit rectitudo virium animae. — Just. orig. complectebatur non tantum secundam tabulam decalogi sed primam quoque. Nec sita fuit tantum in exterioribus actionibus vel inferioribus viribus. Detta är äfwen wäsendtligen allt, hwad de äldsta DD. säga om Stat. integr. Den i texten gifna framställningen tillhörer först en sednare tid.

Wid uttrycket justitia originalis anmärker Cal.: Vocatur justitia, non prout haec virtus a caeteris distinguitur, quae particularis justitia indigitatur, sed uti justitia universalis accipi consuevit, quae tamen hic eminentiori modo intelligitur, complexum omnium virtutum non moralium tantum sed spiritualium, non earum solum, quae ad voluntatem spectant, sed etiam intellectualium exhibens, quia nomine hoc in praesenti, ex usu theologico, significatur universalis illa συμφωνία in primo homine longe suavissima, mentis, voluntatis et cordis cum intellectu et voluntate ac corde Dei . . . Nec immerito hoc nomen adhibetur: vocatur enim illa primaria naturae perfectio, justitia, tum ratione essentiae, quia nempe id, quod sua natura verum, perfectum, rectum, integrum et incorruptum est, justum appellari solet: tum ratione efficientiae, quia hominem in conspectu Dei reddebat justum, i. e. innocentem, gratum, sanctum . . . . Originalis vero justitia vocatur, tum quia in homine fuit omnium prima, tum quia is ab ortu ipso eandem per modum habitus concreati possidebat, tum ut justitia status primi et originarii a justitia ethica, imputata, inchoata, consummata alterius vitae et alia quacunque discriminetur, tum denique quia per generationem in posteros transmitti debebat, ut et illi cum origine sua naturalem hanc perfectionem consequerentur, in statu innocentiae, quemadmodum nunc, in statu peccati, originale peccatum propagetur, et

ab illa propagatione originale vocatur. **Calov** definierar justitia orig. så: habitus concreatus sapientiae in mente, et sanctitatis ac puritatis in appetitu et corde perfectae, vi cujus primi parentes lumine naturali verum, etiam spirituale, sine errore ac dubitatione, cognoscebant, ac naturali propensione ad bonum libere ferebantur, ac citra internorum affectuum pugnam promte, quod volebant, exequebantur. —

14) Många DD. upptaga desa företräden redan uti definitionen af imago Dei, men skilja dock mellan imago μερικῶς accepta, quae notat cognitionem et justitiam originalem, och imago ὁλικῶς accepta, quae omnia complectitur, quae imaginem Dei absolvunt. Den första klaßens egenskaper kalla de perfectiones principales, quarum sedes est anima; den andra klaßens perf. minus principales, quarum sedes est corpus. Deßa sednare indelar **Quen.** i sådana, quae sunt partim in homine, partim extra hominem. Då deßa blifwa med-upptagne i definitionen af imago Dei, så gäller i affeende på skilnaden mellan imago Dei och justitia orig. följande: **Quen.** Differunt imago Dei et just. orig. ut totum et pars; imago Dei tam principalem quam secundariam cum Deo conformitatem complectitur, justitia vero originalis tantum de principali conformitate accipi solet. —

15) a) Impassibilitas bewisar **Holl.** genom följ.: Passiones dolorificae et destructivae sunt poenae peccati, Gen. III, 16. Sir. XXXVIII, 15. Quam ob rem homo primus, peccati immunis, ejus passionis acerbae expers fuit.

Quen. anmärker härwid: Habuerunt protoplasti in statu innocentiae corpus impassibile, quatenus non obnoxium fuit iis, quae nocuissent naturali ipsorum dispositioni, et ad interitum et corruptionem ejus tendissent. Talia erant immunitas ab omnibus dolorum et molestiarum injuriis, privilegia contra imbres, ventos, aestum, morbos etc. etc. aliaque incommoda, quae jam post lapsum innumera (prob. Gen. II, 25). Interim tamen alterationes physicae, ut sunt generatio, nutritio etc. si perstitisset homo in integritate sua, non abfuissent, opusque habuisset cibo et potu ad sui sustentationem. —

b) **Immortalitas. Quen.** Probatur ex Gen. II, 17. Rom. V, 12. VI, 23. —

Disting. 1) inter immortalitatem quae notat vacuitatem ab omni omnino moriendi potentia et actu, et sic Deus est immortalis, itemque angeli, animae nostrae et corpora beatorum et damnatorum; et immortalitatem quae notat vacuitatem a moriendi potentia proxima, et per se ad interitum propendente, et simul ab actu moriendi, ita tamen ut mors accedere possit, certa conditione posita, et talis fuit in statu integritatis. — Disting. inter **immunitatem a morte absolutam**, qualis erit in altera vita, et hypotheticam seu ordinatam quae fuit in primo statu, scil. quousque non peccaret homo quaeque non excludebat usum cibi ac potus, et praesertim esum arboris vivificae, sed includebat, quibus mediis naturaliter poterant vitam perpetuare protoplasti. Aliud est, **non posse mori**, aliudque **posse non mori**, aliudque non posse non mori. Hoc peccatoribus omnibus, **illud** Adamo integro, **istud** beatis competit. —

c) Dominium. Holl. a) Concessit Deus homini primo dominium in res sublunares, extensum per maria et terras, non autem per sidera coeli, nisi quatenus horum influxum in suam utilitatem convertit. b) Dominium illud non fuit absolutum et directum sed respectivum et utile, quod denotat incolatum orbis, cum usu fructus. c) Dominium accipitur vel radicaliter, pro jure et potestate dominandi vel formaliter pro actuali dominio. Priori sensu pars minus principalis imaginis divinae dicitur; posteriori sensu accidens extrinsecum aut appendix imaginis Dei fuit. —

Br. anförer ännu flera kroppsliga företräden: Caeterum contulit Deus homini etiam ex parte corporis aliquam sui imaginem, quatenus non tantum perfectiones animae per actus externos corporis se exseruerunt, sed praeterea ipsa membra corporis organici analogiam quandam habent ad attributa divina; vultus ad coelum erectus divinae majestatis speciem praebet; imprimis vero corpus immortale, seu quod perpetuo poterat durare, et ab omni corruptione liberum manere, immortalitatis divinae similitudinem ex intentione Dei habuit. Men han erkänner dock, att icke alla dessa förmåner hafwa gått förlorade genom fallet och räknar dem derföre till en del till imago generaliter accepta. —

16) Derföre kallas det ursprungliga tillståndet conditio felicissima Quen. Hujus felicitas elucebat: 1) ex conditione animae, quae sapiens fuit et sancta; 2) ex conditione corporis, quod pulchrum, impassibile et immortale; 3) ex conditione vitae, quae felix et beata; 4) ex conditione domicilii, quod amoenissimum fuit, hortus nempe voluptatis, qui paradisus dicitur. —

Grh. Hinc factum, ut homo laetus, beatus et quietus in Deo creatore suo exultaret, nullus in eo metus, nullus terror, nulla tristitia in ipso locum haberet.

17) Br. Fuit ergo etiam imago haec divina donum naturale, seu homini ad actus suos connaturales recte exercendos per naturam debitum: quo absente natura non fuerit pura sed impura. Holl. Imago Dei non quidem naturam primi hominis per modum partis essentialis constituit neque ex natura ejusdem per se et necessario velut proprium inseparabile, emanavit: attamen primo homini naturalis fuit, quia per creationem cum ipsa hominis natura esse coepit; adeoque ipsi tum debita tum penitissime infixa fuit, juxta atque naturam hominis integri ad obtinendum finem ipsius, intime perfecit et per naturalem generationem ad posteros propagari potuit.

De serskilda betydelser, i hwilka ordet naturale blifwer brukadt, äro efter Quen. dessa: Naturale aliquid dicitur 1) constitutive, quod ipsam naturam constituit estque vel ipsa natura, vel pars ejus essentialis ut anima et corpus; 2) consecutive, quod naturam consequitur et a forma essentialiter manat ut facultates animae, docibilitas etc. etc.; 3) subjective, quod naturae arctissime ut proprietas nativa inhaeret; 4) perfective, quod eam intrinsece exornat et perficit; 5) transitive, quod naturaliter cum natura simul in alios propagatur. Quando justitiam primaevam Adamo naturalem vel connaturalem fuisse dicimus, non primo vel secun-

do sed tertio, quarto et quinto modo naturale accipimus, videl. ob naturalem inhaesionem, perfectionem et propagationem.

Justitia orig. är alltså icke en donum supernaturale, ty supernaturale est, quod non inest naturae a prima ipsius origine sed ad imperfectionem ejus supplendam a Deo ex speciali gratia superadditur: wore således just. orig. en donum superadditum, så skulle det wara stridande emot Gen. I, 31.

Holl. Antith. Pontificiorum statuentium, imaginem Dei fuisse donum supernaturale ad supplendam connaturalem imperfectionem homini superadditum: sicut sertum aut vestimentum extrinsece ornat hominem, frenum compescit equum. Sicut autem, sublato vestimento et freno, natura hominis et equi manet incorrupta: ita iidem opinantur, per lapsum summota imagine Dei naturam hominis non esse corruptam, sed mansisse integram.

Tillika med detta påståendе blifwer äfwen det andra om en status purorum naturalium förkastadt. cf. not. 2. —

18) DD. äro icke eniga i denna punkt. Grh. Cal. Quen. o. a. kalla gratiosa trinitatis inhabitatio etc. en donum supernaturale; men andra, såsom Holl., wilja att äfwen dessa skola tagas såsom dona naturalia. Holl. Sunt quidem nonnulli theologi magni nominis, qui censent gratiam Dei et inhabitationem ss. trinitatis primo homini fuisse supernaturalem. Attamen, si consideramus, 1) naturam hominis primi nec unquam fuisse nec esse potuisse integram, sine spiritu s. inhabitante et sanctificante; 2) peccatum originale, quod in locum imaginis divinae post lapsum Adami successit, non tantum corporalem sed et spiritualem mortem (quae est privatio mysticae unionis animae cum Deo) homini lapso intulisse; iis accedimus auctoribus, qui gratiam divinam et inhabitationem ss. trinitatis primo homini non supernaturalem sed naturalem fuisse statuunt.

Såsom dona supernaturalia betecknar deremot Holl. revelatio imprimis extraordinaria et quae ei erant connexa (scil. lex positiva et vires supernaturales ad legem positivam implendam). —

Cap. II.

II. Status corruptionis.

St. corrupt. est status in quem homo voluntarie, sua a summo bono defectione, se praecipitem dedit et malus, simul ac miser evasit. Quen.

Genom synden är detta tillstånd föranledt och sålunda hafwe wi att handla om 1) den serskilda synd, genom hwilken detta tillstånd är föranledt samt 2) sjelfwa detta derur föranledda tillstånd; 3) de ur detsamma härflytande werk-

synderna, och ändtligen 4) de hos menniskan äfwen efter fallet qwarblifna krafterna, eller frågan, huruwida wiljans frihet ännu tillkommer menniskorna.

§. 25. Synden i allmänhet.

Synd är, enligt 1 Joh. 3, 4, hwarje afwikelse ifrån en gudomlig lag (Peccatum est aberratio a lege divina. Holl.) må denna wara en i wårt hjerta inskrifwen, eller utanifrån oß gifwen [1]. Synden kan blott utgå ifrån ett med förnuft och fri wilja begåfwadt wäsende; men till deß allmänna begrepp hörer det således icke, att hwarje sådan handling, hwilken grundar en afwikelse ifrån den gudomliga lagen, äfwen måste ske med medwetande och wilja, att en sådan warder begången [2]. Gud är i intet afseende uppshofsman till synden. Ty hwarken har Han skapat menniskan med synd, emedan det heter om allt hwad Han skapat har, att det war ganska godt, 1 Mos. 1, 31, eller har Han anordnat, att synden någon tid skulle få inträde hos menniskan. Han har således hwarken äggat menniskorna till att synda, Jac. 1, 13, eller billigat synden, när den inträffade. Han hatar henne fastmera alltjemt, Ps. 5, 5. Zach. 8, 17. 1 Joh. 2, 16 [3]. Grunden till synden ligger fastmera allena i kreaturets wilja, hwilket af fritt beråd bortwände sig ifrån Gud och handlade emot den gudomliga lagen [4]. Och dertill gjorde Satan början och förförde äfwen sedermera menniskorna till synd [5].

Syndens omedelbara följd är derföre, att syndaren, hwilken har öfwerträdt den lag, till hwilkens noggranna efterlefnad han war förpligtad, har åsamkat sig en skuld, som förtjenar straff. Consequens peccati est reatus culpae et poenae. Holl. [6] Men straffet är dels ett timligt; dels ett ewigt.

1) Br. Per legem intelligi debet aeterna et immutabilis Dei sapientia ac judicium de his, quae creaturae rationali, qua talis est, conveniunt aut disconveniunt, conjunctum cum voluntate, ut ea fiant vel non fiant. — Promulgata est lex illa primum in ipsa creatione, cum conferretur hominibus notitia principiorum practicorum et facultas, eadem ad singulas actiones et actionum circumstantias applicandi. — Postea amissis per lapsum perfectionibus istis, vi imaginis divinae ante acceptis, lex illa equidem valde obliterata fuit, sed tamen manserunt aliqua ejus vestigia aut judicia: Deus autem praeter caeteras revelationes imprimis in De-

calogo summam legis voce atque scripto repetiit et singula praecepta in s. scriptura passim clarius explicavit. — Est autem illud etiam revera peccatum, quod contra legem aliquam positivam sive divinam sive humanam committitur: modo lex humana non contrarietur divinae. —

2) Holl. Peccator est creatura rationalis, voluntate libera praedita, et legi divinae subjecta, ab hac in faciendo et omittendo aberrans.

Peccati, generatim considerati, definitionem non ingreditur τὸ ἑκούσιον, sive voluntarium. — Voluntarium dicitur peccatum vel subjective, quatenus voluntati inhaeret, vel efficienter, prout a voluntate deliberata proficiscitur. Posteriori modo non omne peccatum est voluntarium. Voluntarium dicitur pecc. vel formaliter, quod propria voluntate committitur, vel virtualiter, quod voluntarium fuit in generis humani radice et stirpe, a qua propagatum est in posteros; quorum eadem fuisset voluntas, quae Adae, si cum hoc eodem tempore vixissent. —

3) Mel. Non Deus causa est peccati, nec peccatum est res condita aut ordinata a Deo, sed est horribilis destructio operis et ordinis divini.

Chemn. Observanda autem est etiam descriptio, quid sit, Deum non esse causam peccati scil. non velle, non approbare peccatum nec impellere voluntates ad peccandum. Quidam enim intelligunt, non esse auctorem peccati, ita quia in principio non creavit peccatum nec in se habeat vel per se operetur peccatum. Sed tamen Dei voluntate homines peccare et Deum non permissive tantum, verum etiam effective operari in hominibus et per homines peccata: nec ideo dici autorem peccati. Additur itaque tanquam explicationis gratia: auctor et causa peccati. —

Quen. Causa efficiens peccati, qua talis nullo prorsus modo Deus est, h. e. neque ex parte, neque ex toto, neque directe, neque indirecte, neque per se neque per accidens, sive in specie lapsus Adamitici sive in genere peccati cujuscunque Deus causa vel auctor est vel dici potest. — Non est Deus caussa peccati 1) physice et per se, quia sic malum sive peccatum nullam causam habet; 2) non moraliter, imperando, suadendo vel approbando, quia non vult peccatum, odit, nec 3) per accidens, quia Deo nihil aut casu aut fortuito accidere potest. Repugnat id divinae sapientiae. praescientiae, bonitati, sanctitati, et independentiae. — Prob. ex: Ps. V, 5. XLV, 8. Es. LXV, 12. Zach. VIII, 17. 1. Joh. I, 5. Jac. I, 13, 17.

Huru Gud förhåller sig till det onda, derom war fråga i läran om concursus.

4) Quen. Quidquid ἀνομίας in agente rationali uspiam est, id omne liberae ipsius creaturae voluntati, in agendo sponte sua deficienti, adscribendum est. Ps. V, 5. Os. XIII, 9. Mtth. XXIII, 37. — Agens rationale vel creatura, quae pollet ratione et facultate cognoscendi ea, quae lex data vel jubet vel vetat, est causa peccati proprie dicta, videl. voluntas diaboli et hominis. Conside-

rari autem debet hoc agens rationale, non ratione influxus alicujus realis sed ratione defectus. Peccatum enim deficientem potius causam habet, quam efficientem.

5) Conf. Aug. XIX. De causa peccati docent, quod tametsi Deus creat et conservat naturam, tamen causa peccati est voluntas malorum, videl. diaboli et impiorum, quae non adjuvante Deo avertit se a Deo.

Chemn. Diabolus est primus auctor peccati: 1) quia ipse sua libera voluntate se avertit a Deo; 2) quia est causa peccati in genere humano, hoc modo, quia in natura integra decepit et seduxit Evam ut averteret se a Deo.

6) Holl. Culpa est foeditas, vel deformitas moralis ex actu legi difformi et creaturae rationali indecoro resultans, atque per modum turpis maculae peccatori adhaerens. Reatu's culpae est obligatio, qua homo, propter actum, legi morali difformem, sub peccato et macula quasi constrictus tenetur, ut ab illo actu peccator detestabilis censeatur et denominetur.

Poena divina est malum molestum, quo Deus judex offensus culpam antegressam et nondum remissam vindicat, ut justitiam suam demonstret et suam majestatem, legisque auctoritatem a contemtu asserat. Reatus poenae est obligatio, qua peccator a Deo, judice irato, obstrictus tenetur, ad sustinendam vindictam culpae, non remissae. — Culpa differt a poena. Nam illa praecedit, haec sequitur; culpa meretur poenam, poena culpae debetur ejusque quasi stipendium est. Rom. VI, 23. culpa a voluntate proficiscitur, a poena voluntas peccatoris abhorret: culpam peccator contrahit agendo, poenam sustinet patiendo. —

§ 26. Menniskans första synd, och det derigenom föranledda tillståndet, Arfsynden.

Menniskoslägtets första synd är den, som begicks af de första menniskorna. Ty desza hafwa, förförde af Satan i en orms gestalt, af fritt beråd öfwerträdt det dem af Gud gifna förbudet (1 Mos. 2, 16. 17.) att äta af kunskapens träd [1]). Peccatum hominum primum est transgressio legis paradisiacae, qua homines protoplasti interdictum divinum de non comedendo fructu arboris scientiae boni et mali a diabolo persuasi et libertate voluntatis abusi, violarunt inque se et posteros suos, ordine naturae ex se propagandos, amissa imagine divina grandem culpam et reatum poenae temporalis atque aeternae derivarunt [2]). Genom denna öfwerträdelse hade de första menniskorna ådragit sig en skuld, som förtjenade straff. Derföre bragte ock Gud strax i werkställighet på dem det straff, hwarmed Han

hotat

hotat dem, i fall de öfwerträdde hans bud. 1 Mos. 2, 17.[3]). — Följderna af deras synd war derföre, att deras hela förhållande till Gud, och deras kroppsliga, andliga och sedliga tillstånd förändrade sig. Det förut beskrifna rättfärdighets-tillståndet upphörde och i deß ställe inträdde ett tillstånd af sedligt förderf[4]), hwilket äfwen redan derföre måste öfwergå på alla deras efterkommande, emedan de, hwilka genom naturlig aflelse uppstå, icke kunna komma i något annat tillstånd, än det, hwilket de aflande i aflelse-momentet sjelfwe hafwa. Således war den första synden af swåra följder icke blott för de första menniskorna, utan äfwen för alla deras efterkommande[5]). Blef derföre det första menniskoparet genom synden ett föremål för den Gudomliga wreden, så äro äfwen alla de af detsamma härstammande menniskorna det i lika hög grad. Och de äro det af dubbelt skäl; å ena sidan, emedan detta tillstånd af förderf, som de af de första menniskorna hafwa bekommit, i och för sig sjelft gör dem förkastliga inför Gud; och å den andra sidan, emedan alla efterkommanderne äro representerade och inbegripne uti Adam, såsom stamfadren för hela menniskoslägtet; hwadan ock det, som af Adam skedde, kan blifwa betraktadt såsom en allas gerning, hwars följder ock alla hafwa att bära. Således warder Adams synd äfwen tillräknad hans efterkommande, d. ä. ansedd såsom deras egen synd, emedan de alla äro representerade i Adam[6]). — Det genom Adams fall uppkomna tillstånd af förderf, hwari de första menniskorna med alla sina efterkommande blefwo försatte, betecknas med uttrycket: **peccatum originale**[7]). **Peccatum originale est intima corruptio naturae humanae, per lapsum primorum parentum justitia originali privatae et ad omne malum pronae. Holl.**[8]). Till sina enskilda beståndsdelar warder det så beskrifwet:

1) Såsom **privatio justitiae originalis, homini inesse debitae;**

2) Såsom **carnalis concupiscentia sive inclinatio ad malum**[9]);

i stället för den ursprungliga heligheten och renheten inträdde den fullkomliga motsatsen, ett helt och hållet syndigt och ondskefullt tillstånd, hwilket redan i sig sjelft är synd; så att menniskan redan för denna ständiga benägenhet till det onda, och ingalunda först för de ur densamma härfly-

tande werksynderna är ett föremål för Guds mißhag [10]). Detta förderfwade tillstånd är derföre grunden och källan för alla werksynder och förer med sig Guds wrede, så wäl som timliga och ewiga straff [11]).

Om detta tillstånd måste det äfwen sägas, att det är ett för oß naturligt, i samma mening, som detta blef sagdt om justitia originalis in st. integr. Menniskan skulle wäl icke upphöra att wara menniska, om detta tillstånd blefwe undanröjdt. Det utgör således icke menniskans wäsende; men är dock tillika med menniskans wäsende, såsom hon nu födes, gifwet, och alltså på det oupplösligaste med henne förbundet. Och likasom ingen menniska mer födes utan i detta förderfwade tillstånd; så kan ock detta tillstånd för menniskorna, så länge de här på jorden lefwa, aldrig upphöra. Menniskan kan wäl, när hon är worden delaktig af den H. Ande, neka den onda böjelsen lydnad, och äfwen warda befriad ifrån denna syndens werkan, d. ä. ifrån Guds wrede och straff, då återlösningen i Christo blifwit med tro annammad; men dock förblifwer alltid ännu den onda driften till synden qwar hos henne. Detta allt uttryckes genom adjunctis peccati originalis, hwilka såsom sådana anföras af Quen.

1) Naturalis inhaerentia Hbr. XII, 1 Rom. VII, 21. quae ergo non substantia sed accidens est. [12]).

2) Naturalis propagabilitas Gen. V, 3. Joh. XIV, 4. Ps. LI, 7. Joh. III, 6. Eph. II, 3. [13]).

3) Duratio (tenacitas seu pertinax inhaesio per omnem vitam Rom. VII, 17, Hbr. XII, 1.) [14]).

I) Quen. Peccatum primum in genere humano est voluntaria primorum parentum apostasia a Deo, creatore suo, qua a Diabolo seducti et legem divinam generalem et internam menti suae impressam, et interdictum speciale externum de non comedendo fructu arboris scientiae boni et mali, sponte sunt transgressi, de cujus peccati existentia non sinit nos dubitare historia Gen. III, consignata. A Paulo appellatur παράβασις Ἀδὰμ, Rom. V, 14. quia ipse limites praecepti divini per comestionem fructus vetiti transilivit. Adamo autem κατ᾽ ἐξοχὴν lapsus tribuitur, tum quia ipse fuit mulieris caput, tum quia fuit principium et radix humani generis, a quo principaliter peccatum in posteros descendit. Simili ratione vocatur παράπτωμα τοῦ ἑνὸς v. 15. 17 et 18. ubi per unum hominem apostolus praecipue Adamum intelligit, ita tamen ut Evam non penitus excludat. — Derur härledas följande bestämningar:

(Quen.) 1) Causa hujus peccati externa, prima et principalis (men remota), est Satan, agens hic non per impulsionem

internam, neque per violentiam extrinsecam (utrumque enim integritati status, in quo primitus conditus erat homo, repugnat) sed per meram suasionem moralem externam. Joh. VIII, 44. 2 Cor. XI, 3. Ap. XII, 9.

2) Causa instrumentalis est serpens, isque verus et naturalis, sed a diabolo obsessus.. Gen. III, 1, 14. — non nudus serpens, verum a diabolo assumtus et impletus, quod patet ex colloquio et discursu cum Eva itemque ex supplicio Gen. III, 15. Conculcatio enim capitis per semen mulieris secutura, non ad naturalem sed ad infernalem serpentem spectat.)

3) Causa interna et directe efficiens (propinqua) est hominis primi intellectus et voluntas, non ex defectu aliquo interno, qui tum scil. in statu ante lapsum nullus, sed per accidens, ob seductionem externam aberrans seque a Deo avertens. (Non est homo lapsus ex absentia et denegatione gratiae alicujus specialioris, nec ex praesentia interni alicujus languoris et vitii naturalis, sed per accidentarium libertatis abusum, dum voluntas in persuasionem et seductionem diabolicam externam consensit et influxum Dei gratiosum interrupit). —

4) Ordo et modus seductionis är sålebes denna: Holl. primo Eva est immediate a diabolo seducta, (Holl. Primum peccavit Eva, non intellectu simplicior Adamo, sed voluntate facilior.) mediate tamen et suasu mulieris Adam in idem peccatum pertractus est, adeoque lapsus Adami etiam in diabolum ut primum peccati auctorem redit. Wid stället 1 Tim. II, 14 anmärker Quen. Intelligenda haec verba non de seductione simpliciter sed de seductionis modo et ordine — seductio est vel exterior, foris per alloquium serpentis, vel interior, intus per suggestionem Satanae. Priori sensu Adam non est seductus sed Eva solum. —

5) De ferskilda actus peccaminosi, quos involvit haec ἀνομία, äro: Holl. a) ex parte intellectus incredulitas (anceps haesit Eva inter verbum Dei Gen. II, 17 et verbum diaboli Gen. III, 4); b) ex parte voluntatis φιλαυτία et superbia Gen. III, 5; c) ex parte appetitus sensitivi inordinata fructus vetiti concupiscentia. Gen. III, 6. — e quibus emersit actus externus, lege paradisiaca prohibitus. —

2) Holl. Primi parentes lapsu suo immediate violarunt legem positivam in paradiso promulgatam, de non comedendo fructu arboris scientiae boni et mali; mediate et virtualiter inobedientia sua totius legis moralis repagula perfregerunt. — Ratio legis positivae erat δοκιμασία, sive probatio obedientiae, quam Deo debitam tota lex moralis requirit. Qui autem non veretur unum praeceptum transgredi, is non erubescit reliqua violare praecepta, cum eundem auctorem eandemque vim obligandi habeant.

3) Holl. Consequentia lapsus Adamitici sunt reatus culpae et poenae. — Culpam poena pressit individua comes. Interminatus erat Deus sanctissimus homini, si legem praescriptam transgrederetur, mortem. Gen. II, 17. Per mortem denotabatur mors spiri-

tualis, corporalis et aeterna. Mors spiritualis, radix omnis mali, peccati primi immediatum est consequens. Nam quo momento homo animum a lege divina avertit, se ipsum privavit unione spirituali cum Deo, qui est vita animae, adeoque a Deo desertus spiritualiter mortuus est. Quae mors spiritualis secum traxit amissionem imaginis divinae, profundissimam totius humanae naturae corruptionem et defectum liberi arbitrii in rebus spiritualibus. Mortem spiritualem sive animae sequitur mors corporis, complectens omnes morbos et miserias extrinsece hominem circumstantes. Quo pertinet labor asper et molestus, viro jugiter exantlandus Gen. III, 17. et partus uxoris dolorificus v. 16. Quamvis autem primo lapsus momento protoplasti mortem corporis non oppetiverint, illico tamen debitores mortis facti sunt, cum isthaec peccati sit stipendium. Rom. VI, 23. Mors aeterna est perpetua a beatifica Dei fruitione exclusio, cum cruciatibus perennibus, iisque longe acerbissimis conjuncta; quae vi comminationis, legi divinae annexae, subeunda fuisset Adamo, et universae ipsius posteritati, nisi Jesus Christus, redemtor generis humani, et reparator amissae imaginis divinae, intervenisset. —

4) Kg. Effectus peccati primi ratione primorum parentum sunt: divinae imaginis amissio, et quidem totalis, remanentibus saltem quibusdam sive ruderibus, sive vestigiis: profundissima item totius naturae depravatio: obligatio ad poenam in comminatione legi paradisiacae annexa expressam: vitae hujus aerumnae atque miseriae, et denique mors ipsa.

5) Grh. Primorum parentum peccatum et quae illud secuta sunt, non ita intueamur ac si ad ipsos solos spectassent, nulla autem ex parte nos attingerent; quia Adam postea genuit filium ad imaginem et similitudinem suam Gen. V, 3; qualis ipse erat, tales filios generabat, imagine Dei spoliatos et justitia originali destitutos, peccato, irae Dei, morti et damnationi obnoxios. Fuit Adam et in illo fuimus omnes, periit Adam et in illo periimus omnes. — Ut, parentibus possessionem feudi amittentibus, etiam filii masculi eam amittunt, quia parentes non tantum pro se sed etiam pro filiis eam acceperunt; ita primi parentes ad imaginem Dei creati, dona illa benignitate sibi concessa, pro se et posteris instar depositi fideliter custodiendi acceperant, ideo etiam ea non sibi tantum sed toti stirpi ex se genitae peccando perdiderunt. —

Holl. Proxima connatae hujus labis causa sunt parentes nostri, e quorum impuro sanguine macula originalis ad animum nostrum promanavit. — Adeo naturae sequitur semina quisque suae. Nec niger corvus albam columbam, nec ferox leo mitem agnum, nec homo, peccato congenito pollutus, sanctum producit filium.

6) Holl. Primum peccatum Adami, quatenus is ut communis parens, caput, stirps et repraesentator totius generis humani spectatur, omnibus ipsius posteris vere et justo Dei judicio ad culpam et poenam imputatur. Med peccatum, quod nobis imputatur, förstås (Quen.) inobedientia illa, qua primi parentes generis humani a Deo sese averterunt etc. etc. Derföre säges det ock: Non solum primi parentes fuerunt subjectum

primi peccati sed et omnes ipsorum posteri, carnali generatione ex ipsis propagandi. Grunden: Supponebant enim Adam et Eva pro toto genere humano, quippe qui considerari debent, tum ut principium naturale, seminale videl. generis humani, tum ut principium morale, repraesentativum, quippe totius posteritatis et in natura et in gratia. . . . . Causa proxima, cur peccante primo homine omnes ejus posteri peccaverint, est existentia totius speciei humanae in persona protoplasti Rom. V, 12. Nam non tantum ut prima speciei humanae individua tunc considerabantur primi parentes, sed etiam revera radix, stirps et principium erat totius generis humani, quod et stare et labi in illis poterat. Hinc dicimur fuisse in lumbis et femore primorum parentum. —

Ordet "imputare" förklarar Quen. så: Vox imputandi hoc loco non physice pro implantatione vel insitione sed relative pro aestimatione accipitur. In Hebraeo per חָשַׁב, in graeco per λογίζεσθαι, et germanice per zurechnen exponitur, quasi dicas in supputando aliquid alicui attribuere vel in numerando seu putando quid assignare. Imputationen bewisas Rom. 5, 12. 14. 19. Den wanliga förklaringen af det första stället är: in quo, scl. Adamo, omnes peccaverunt. Wid Rom. 5, 19. armärker Quen.: Non multum interest, sive ἐφ' ᾧ vertas: "in quo" sive "eo quod". Si enim causalis retinetur, sententiam nostram confirmat. Ita enim argumentamur: "qui moriuntur, moriuntur eo quod peccarunt, sed omnes homines, etiam infantes et nondum nati moriuntur.. Ergo moriuntur eo quod peccarunt." At moriuntur infantes et nondum nati aut ob suum aliquod delictum seu peccatum actuale: ergo ob alienum scil. Adami, qui suam illis labem aspersit. Quod si vero altera significatio acceptatur, (in quo) relative scil. in Adamo, ut radice, fonte, causa, capite, iterum peccatum Adamiticum omnibus imputari evincitur. — Wid Rom. 5, 19. anmärker Quen.: Ut justi constituimur per imputationem justitiae Christi, ita injusti constituti sumus per inobedientiam Adami. —

Quen. anmärker äfwen, för att rätt noga uttrycka sig, att ordet lapsus Adami tages i serskilda betydelser. Den ena gången betyder det: praecise transgressionem circa arborem vetitam och är således formaliter illius individui Adami peccatum: i detta fall säges det: noster fit lapsus ille **sola imputatione**. En annan gång betyder det simul id, quod ex transgressione illa fluxit scil. justitiae originalis carentiam et totius naturae corruptionem, och då måste det heta: non sola imputatione sed etiam per carnalem generationem ad posteros transit. — För öfrigt anmärke wi, att påståendet om imputatio culpae et poenae primorum parentum först ifrån och med Grh. bestämdt uttalas. Ty åtminstone mindre bestämdt är Form. conc. sats (I, 9), quod hoc haereditarium malum sit culpa seu reatus, quo fit, ut omnes propter inobedientiam Adae et Hevae in odio apud Deum et natura filii irae simus. — Äfwen Br. antager icke satsen, att alla menniskor skulle hafwa syndat uti Adam, alldeles på samma nyß anförda sätt, och nämner icke en serskild skuld, hwilken efterkommanderna skulle hafwa ådragit sig genom Adams fall, utan låter denna deras skuld först framgå ur deras eget medfödda förderf. — Men med affeende härpå säger han: Ut autem subtilius disputetur: quomodo Deus lapsum protoplasto-

storum posteris ipsorum, nondum existentibus, ita imputare potuerit, ut propterea etiam ipsos justitia originali destitutos et peccatores nasci oporteret? non opus est, nec fortasse consultum. Sufficit enim τὸ ὅτι esse revelatum: etsi τὸ πῶς ignoretur. —

7) Scholastiken skilde mellan peccatum originale originans och p. orig. originatum. Quen. p. orig. active sive originans est vitiosus ille actus, quem primus homo commisit transgrediendo legem paradisiacam, qui quidem actus in posteros non transiit nec in illis reperitur, nisi sola imputatione. Originem tamen tribuit intimae humanae corruptioni, quae dicitur peccatum originale passive sive originatum, quod est vitiosus habitus, quem actuali illa legis divinae transgressione contraxit Adam et in posteros propagavit. Uti denna betydelse blifwer ordet här taget.

Holl. Phrasi ecclesiastica, non biblica hoc peccatum, e lapsu Adam ortum, dicitur originale, et quidem non ratione originis mundi aut hominis, sed 1) quia ab Adamo, radice et principio generis humani, derivatum; 2) quia cum origine Adamigenarum conjunctum; 3) quia origo et fons est peccatorum actualium. —

In sacris literis connata haec pravitas vocatur: 1) peccatum inhabitans Rom. VII, 17. eo quod post lapsum in homine firmam sedem fixit, nec discedit, nisi domicilio animae et corporis dissoluto; 2) p. circumstans; quia nos undique cingit, instar vestis prolixae, cursorem remorantis. Hbr. XII, 2; 3) lex in membris Rom. VIII, 23. Nam ut lex regit et moderatur agentem; ita peccatum originale membra corporis ad patrandum opera prava dirigit; 4) malum adjacens. Rom. XII, 21 ideo, quod homini, bonum facturo, sufflaminis instar adjacet. —

8) Utförligare definitioner: Holl. Pecc. orig. est privatio justitiae originalis, cum prava inclinatione conjuncta, totam naturam humanam intime corrumpens, ex lapsu primorum parentum derivata, et per carnalem generationem in omnes homines propagata, ipsos ineptos ad bona spiritualia, ad mala vero propensos reddens, reosque faciens irae divinae et aeternae condemnationis. —

Quen. Est p. orig. a peccato Adami in omnes homines, communi et carnali modo progenitos, derivata et propagata justitiae originalis privatio, includens horrendam humanae naturae, omniumque virium corruptionem et depravationem, omnesque excludens a gratia Dei et vita aeterna, et subjiciens aeternis et temporalibus poenis, nisi ex aqua et spiritu renascantur, sive per Christum remissionem peccatorum consequantur. —

Bewiset för werkligheten af pecc. orig. hemtas ur 1 Mos. VI, 5. c. VIII, 21. Job. XIV, 4. Ps. XIV, 2. 3. Ps. LVIII, 4. Es. XLVIII, 8. Joh. III, 5. 6. Eph. II, 3.; i synnerhet af Ps. LI, 7. Rom. V, 12—14. 1 Mos. V, 3. Hufwudstället Rom. V, 12. commenterar Chemn. så: 1) Monstratur causa efficiens peccati originalis scil. primus homo . . 2) ostenditur subjectum, quod non in solo Adam haereat sed transierit in mundum i. e. in omnes homines venientes in hunc mundum; 3) describitur reatus, quod sit non tantum mors corporalis, sed regnum mortis, judicium condemnationis . . . 4) ne intelligatur reatus tan-

tum ob alienum peccatum, sine proprio aliquo vitio, affirmat Paulus mundum reum esse et ex uno delicto primi hominis, et quia omnes peccaverunt i. e. peccatores constituti sunt; 5) quale peccatum sit indicat, cum inquit: habere pecc. orig. etiam illos, qui non actione aliqua sicut Adam praevaricati sunt; 6) describit modum, quomodo propagatur peccatum orig.: per unum, inquit, hominem.

9) Quen. Forma est habitualis justitiae originalis privatio, Ps. XIV, 3. LIII, 4. Rom. III, 10, 11, 12, 23. cum forma contraria, totius nempe naturae profundissima corruptione conjuncta. Rom. VII, 17, 20, 21. Hbr. XII, 1.

cf. in libr. symb. isynnerhet: Apol. conf. I, 26. Form. conc. I, II. —

Till denna första (just. or. privatio) anmärker Br.: Huc pertinet mors illa, seu carentia vitae spiritualis, omniumque virium activarum, quae ad actus vitales legi divinae conformiter exercendos requirebantur. Atque haec mors hominibus, quatenus natura filii irae sunt, tribuitur Eph. II, 1 et 5. Col. II, 13. Quemadmodum enim justitia originalis, cum facultatibus animae primi hominis inesset, animabat quasi, et instruebat eas ad vivendum vitam quae secundum Deum est et ad actus motusque spiritualiter bonos, intra se eliciendos et exercendos: sic deperdita justitia illa primaeva, homo similis est mortuo, per separationem animae a corpore omnibus plane viribus ad actus et motus vitales in se eliciendos exercendosque, destituto: destitutus quippe viribus ad actus et motus spirituales.

Wid den andra (concupiscentia) Br. Idem enim homo carnalis qui, ob privationem spiritualis vitae, mortui instar est, alia ratione vivus et valde actuosus dicitur, sed ad vitam a vita Dei alienam Eph. IV, 18. II, 3. Nimirum facultates animae per essentiam sunt facultates vitales, et quando justitia originali privantur, licet careant viribus ad vitam secundum Deum instituendam necessariis; non tamen ipsae, quoad esse vitale et vim eliciendi actus motusque vitales, perditae sunt aut abolitae: sectantur itaque aliam vitae rationem, a priori plane diversam. — Concupiscentia är sålebes gifwen i och med privatio justitiae orig., derföre såsom antithes contra Pontificios den sats: (Quen.) Consistit pecc. orig. formaliter non in mera privatione rectitudinis inesse debitae, sive defectus justitiae concreatae, sed etiam in illegalitate seu accessu legi divinae contrario ad objectum prohibitum, quae uno vocabulo dicitur prava concupiscentia. — Sålebes är pecc. orig. en pravitas privativa et positiva: privativa, expers boni inesse debiti; positiva, cupida mali indebiti h. e. ipsa concupiscentia. Men pravitas positiva blifwer närmare bestämd sålunda: (P. orig. dicitur pravitas positiva, non secundum ἀκρίβειαν et abstractionem philosophicam, in qua omne positivum ens est bonum a Deo creatum, sed in latitudine theologica, idque 1) denominative, quatenus subjective includit actum positivum; 2) formaliter, quatenus praeter actum, cui privatio inhaeret, et praeter privationem justitiae debitae inesse, inclinationem et malitiam aliquam contrarie oppositam involvit. —

Närmare blifwa derpå de serskilda delarne af pecc. orig. af Br. så betecknade: Ex parte intellectus importat p. orig. totalem priva-

tionem lucis spiritualis, ita ut nec Deum recte cognoscere, neque adeo, qua ratione colendus sit Deus, perfecte praescribere, aut quae divinitus revelata sunt, firmo assensu amplecti possit; simul etiam pronitatem intellectus ad temeraria et falsa de rebus spiritualibus judicia ferenda; imo vero etiam in his, quae lumini naturae subjacent, impotentiam quandam in cognitione Dei et instituenda vita. — Ex parte voluntatis consistit peccatum originis in carentia sanctitatis originalis, seu virium diligendi Deum super omnia, et exequendi, quae intellectus recte dictitavit, itemque recte coercendi appetitum: quodque voluntas ex adverso propendet ad opera peccaminosa. Ex parte appetitus sensitivi locum habet privatio obsequii superioribus facultatibus debiti, quodque illa contra in ea, quae sensibus grata sunt, licet lege divina prohibeantur, quodam quasi impetu, sive non exspectato, sive repudiato, rationis judicio, ruit. —

10) Conf. Aug. II. Docent quod post lapsum Adae omnes homines, secundum naturam propagati nascantur cum peccato h. e. sine metu Dei, sine fiducia erga Deum, et cum concupiscentia: quodque hic morbus seu vitium originis vere sit peccatum, damnans et afferens nunc quoque aeternam mortem his, qui non renascuntur per baptismum et spiritum s. cf. Apol. conf. I, 38—41. Form. conc. I, 6. Hoc malum aliquando D. Lutherus peccatum naturae, item peccatum personae appellare solet, ut significet, etiamsi homo prorsus nihil mali cogitaret, loqueretur aut ageret: (quod sane post primorum nostrorum parentum lapsum, in hac vita, humanae naturae est impossibile) tamen nihilominus hominis naturam et personam esse peccatricem, h. e. peccato originali prorsus et totaliter in intimis etiam visceribus, et cordis recessibus profundissimis totam esse, coram Deo, infectam, venenatam et penitus corruptam; et propter hanc corruptionem atque primorum nostrorum parentum lapsum natura aut persona hominis lege Dei accusatur et condemnatur, ita ut natura filii irae, mortis et damnationis mancipia simus, nisi beneficio meriti Christi ab his malis liberemur et servemur.

Quen. Concupiscentia illa notans ipsam insitam naturae depravatae propendentiam ad malum, etiam prout in renatis reliqua est, veri nominis peccatum est, quia competit ei peccati definitio, unde decies quater peccatum eam appellat Paulus Rom. VII, non metonymice, quod tantum poena sit peccati primi et causae peccatorum actualium insequentium, ut volunt Pontificii, sed proprie et formaliter, quia vere peccatum est, unde etiam nominat eam apostolus legem peccati, legi mentis repugnantem — malum — peccatum peccans.

11) Br. Effectus peccati orig. sunt mala varia: ex parte animae quidem, defectus liberi arbitrii in spiritualibus et infirmitas ejus in naturalibus: peccata actualia, specie et numero multa: privatio gratiae et opposita ira Dei: ex parte corporis, morbi et aerumnae aliae, ipsaque mors temporalis: denique et mors seu damnatio aeterna. —

12) Deruti, att pecc. orig. tillegnas en naturalis inhaerentia, innefattas båda deßa påståenden:

1) (Quen.) Quod non sit accidens aliquod leviter et extrinsece adhaerens, sed intrinsece et intime inhaerens, unde vocatur *εὐπερίστατον*. Hbr. XII, 1.; quod sit accidens *συνέμφυτον* et naturale, quod non quidem ex natura ut sic oritur, sed tamen una cum ea producitur vel ei connascitur; quod non sit accidens aliquod temporale et transiens, sed fixum ac permanens. För att aflägsna en sådan åsigt (den Pelagianska) uttrycka sig DD. ganska starkt öfwer menniskans medfödda förderfwade tillstånd. Så Chemn. Non pauci sunt, qui p. orig. ita extenuant, ut fingant, esse tantum accidentium quorundam corruptionem, ipsa hominis et praecipue animae substantia existente jam post lapsum et manente integra, illaesa et pura: ita ut, remoto isto quasi impedimento, ipsa hominis substantia jam post lapsum ante renovationem spiritus per se, in se aut ex se habeat spirituales aliquas vires seu facultates, quas ex se conferat ad inchoandas et efficiendas actiones spirituales. . . . Contra has philosophicas et Pelagianas imaginationes opponenda, perspicue explicanda et acriter defendenda est vera et perpetua ecclesiae sententia . . . quod scil. in homine jam post lapsum ante renovationem natura seu substantia nequaquam sit integra, pura aut sana: sed quod ipsa natura seu substantia hominis, praecipue vero animae humanae sit corrupta, vitiata seu depravata idque non leviter vel in superficie tantum, nec etiam in parte tantum aliqua: sed quod tota massa (ut ita dicam) substantiae seu naturae humanae, praecipue vero animae summa et extrema depravatione sit corrupta et vitiata. . . . Haec corruptio seu depravatio non est abstractum aliquod seu idea aliqua extra substantiam seu naturam humanam sed haeret in ipsa natura seu substantia nostra et tanquam spirituale venenum infecit, persuasit et diffusum est longe lateque per omnia membra totius substantiae seu naturae nostrae. Utur öfwerdrift och mißförstånd af deßa påståenden uppstod då Flacii sats: quod p. orig. sit ipsa substantia hominis seu ipsa anima humana. Derföre innehålles uti uttrycket naturalis inhaerentia äfwen

2) (Quen.) quod p. orig. non sit ipsa hominis substantia . . sed quod ipsi inhaereat per modum accidentis, ab ipsa enim hominis essentia distinguitur in scriptura et dicitur malum inhabitans Rom. VII, 20. jam vero incola vel hospes non est idem cum domo, ita nec peccatum cum homine. Form. concord. I, 33. Etsi peccatum orig. totam hominis naturam, ut spirituale quoddam venenum et horribilis lepra infecit et corrupit, ita quidem ut jam in nostra natura corrupta ad oculum non monstrari possint distincte haec duo, ipsa natura sola et orig. peccatum solum: tamen non unum et idem est, corrupta natura, seu substantia corrupti hominis, corpus et anima, aut homo ipse a Deo creatus, in quo orig. p. habitat (cujus ratione natura, substantia, totus denique homo corruptus est) et ipsum orig. peccatum, quod in hominis natura aut essentia habitat, eamque corrumpit. . . . Discrimen igitur retinendum est inter naturam nostram, qualis a Deo creata est, hodieque conservatur, in qua peccatum orig. habitat, et inter peccatum orig. quod in natura habitat. Derföre äfwen p. orig. benämnes ett accidentale: Form. conc. I, 57: Cum igitur haec sit immota veritas, quod quidquid est, id aut substantia sit, aut

accidens, hoc est, vel per se subsistens quiddam vel quod aliunde accidit et in substantia haeret . . . profecto necessario fatendum est, . . . peccatum non esse substantiam sed accidens. Hon tillägger äfwen (I, 60): quando quaeritur, quale nam accidens sit peccatum originis, haec jam alia est quaestio. Hujus quaestionis declarationem veram nullus philosophus, nullus Papista, nullus Sophista, imo nulla humana ratio proferre potest sed ejus explicatio e sola s.scriptura est petenda. — Det på ofwananförda ställe af Chemn. brukade uttrycksfättet warder äfwen rättfärdigadt genom denna uppställda skillnad: (I, 51.) Et aequivocationes vocabulorum ad cavendas λογομαχίας, diligenter et diserte sunt explicandae. V. gr. cum dicitur: Deus creat hominum naturam: per vocabulum (naturae) intelligitur ipsa substantia, corpus et anima hominis. Saepe autem proprietas aut conditio alicujus rei (tam in bonam quam in malam partem) vocatur ejus rei natura, ut cum dicitur: serpentis natura est icere et veneno inficere (ibi exprimitur non serpentis substantia sed malitia); in hac sententia D. Lutherus utitur vocabulo naturae, cum dicit, peccatum et peccare esse corrupti hominis naturam. —

13) Form. conc. I, 7. Et hodie, etiam in hac naturae corruptione, Deus non creat aut facit in nobis peccatum sed una cum natura, quam D. etiamnum in hominibus creat et efficit, peccatum orig. per carnalem conceptionem et nativitatem a patre et matre (ex semine per peccatum corrupto) propagatur. —

Dit hörer äfwen frågan, på hwad sätt detta förderfwade tillstånd sig fortplantar samt den: an anima sit ex traduce? i. e. sicut in generatione caro prolis substantialiter traducitur ex semine patris, an etiam ita anima filii essentialiter traducatur ex anima patris? Hwaröfwer Chemn.: Lutherus in disputationibus concludit: se publice nihil velle affirmare de ista quaestione, sed privatim se tenere sententiam de traduce. . . . Satis sit de causa efficiente scire, primos parentes lapsu suo meritos esse ut, quales ipsi erant post lapsum et corpore et anima, tales procrearentur omnes posteri. Quomodo autem malum illud contrahat anima, salva fide potest ignorari: quia spiritus s. non voluit hoc certis et perspicuis scripturae testimoniis patefacere. De sednare DD. bestämma sig ännu mera för Traducianismus. Quen. Uti peccati πρῶτον δεκτικὸν, anima, ita et ipsum peccatum originis, mediante anima, cui penitissime inhaeret, propagatur per traducem. — Widare derom cf. i §. 20. not. 8.

14) De närmare bestämningarne äro följande:

Quen. Quatuor in peccato originali notabilia occurrunt, quorum singulis certus durationis terminus praefixus est: 1) fomes habitualiter inhaerens, sive radix; 2) fomitis sensus; 3) ejusdem dominium et denique 4) reatus. Hic tollitur in regeneratione et justificatione: dominium in renovatione (non statim sed paulatim et successive, quia renovatio in hac vita imperfecta est.): sensus in morte: fomes ipse non in cinefactione (quum non corpus sed anima primum et immediatum peccati subjectum sit) sed ipsa animae a corpore solutione.

Ap. conf. I, 35. Semper ita scripsit (Lutherus) quod baptismus tollat reatum peccati originalis, etiamsi materiale, ut isti vocant, peccati maneat videl. concupiscentia. Addidit etiam de materiali, quod spiritus s., datus per baptismum, incipit mortificare concupiscentiam et novos motus creat in homine. Ad eundem modum loquitur et Augustinus, qui ait: peccatum in baptismo remittitur, non ut non sit, sed ut non imputetur. Hic palam fatetur esse, hoc est, manere peccatum, tametsi non imputetur. —

§. 27. Werksynderna.

Arfsynden är grunden och källan till alla werksynder. Med deßa förstår man dock icke blott de synder, som göra sig bemärkta genom yttre gerningar; utan äfwen de, hwilka bero på blott inre actioner hos menniskan. Peccatum actuale est omnis actio sive interior sive exterior, pugnans cum lege Dei [1]). Af dem finnas ganska många och olika slag; de indelas (efter Quen.):

I. Ratione causae in agendo deficientis internae: in voluntaria et involuntaria. Pecc. voluntarium est actus, quo homo legem divinam contra dictamen conscientiae deliberato voluntatis proposito transgreditur. Pecc. involuntarium est actus legi difformis, non profectus ex certa scientia, nec ex deliberato voluntatis proposito. Det sednare slaget indelas in pecc. ignorantiae et infirmitatis [2]).

II. Ratione suppositi peccantis 1) in nostra et aliena. Nostra sunt, quae ipsimet vel committendo prohibita vel omittendo imperata contrahimus. Aliena dicuntur, quae ab aliis quidem perpetrantur, nos vero iisdem communicamus, vel de illis participamus [3]); 2) in venialia et mortalia. Pecc. veniale est, quod quam primum commissum est, et eo ipso momento, quo perpetratur, veniam indivulso nexu conjunctam habet. Pecc. mortale est, quod mortem spiritualem infert eo ipso momento, quo committitur [4]).

III. Ratione materiae in qua: in interna et externa. Interna sunt cordis: externa sunt oris et operis [5]).

IV. Ratione materiae circa quam: in pecc. contra primam tabulam immediate et directe, et contra secundam tabulam: in specie in Deum, contra proximum, contra propriam peccantis personam.

V. Ratione ipsius actus peccati in: peccata commissionis et omissionis. Pecc. commissionis vocantur, quae consistunt in actibus positivis, cum praecepto negativo pugnantibus. Pecc. omissionis in negatione aut omissione actus, praecepto affirmativo praescripti, consistunt (Br.)[6]).

VI. Ratione effectus in: pecc. clamantia et non clamantia. Pecc. clamantia sunt actus vitiosi, qui hominibus etiam tacentibus vel conniventibus, ad vindictam Deum provocant. Pecc. non clamantia dicuntur, quae Deus longanimitate sua tolerat et poenam vel differt, vel si a renatis sint remissa, remittit[7]). —

VII. Ratione adjunctorum 1) in peccata graviora et leviora (ob majorem et minorem culpam sive foeditatem adhaerentem.)[8]); 2) in pecc. occulta et manifesta; 3) in mortua et viventia[9]). Pecc. mortuum est, quod in nobis quidem haeret sed pro peccato non agnoscitur vel certe non pro tanto. Pecc. vivens est, quod tale agnoscitur et furit post legis cognitionem Rom. VII, 8. 9; 4) in peccata manentia et remissa. Pecc. manens est, quod reatu et pondere suo adhuc premit hominem peccatorem. Pecc. remissum, cujus reatus ab homine peccatore per Dei gratiam ob Christi meritum est sublatus; 5) in pecc. cum induratione et excoecatione conjuncta et ab ea sejuncta[10]); 6) in peccata remissibilia et irremissibilia. Till det sednare slaget räknas blott: peccatum in spiritum sanctum[11]). Pecc. in spir. s. est veritatis divinae evidenter agnitae et in conscientia approbatae malitiosa abnegatio, hostilis impugnatio, horrenda blasphematio, et omnium mediorum salutis obstinata et finaliter perseverans rejectio (Holl.). Mtth. XII, 31. 32. Mr. III, 28. 29. Luc. XII, 10. Hbr. VI, 4—6. X, 26. 29. —

1) Calov. Peccatum actuale est aberratio a lege, qua cogitationes et actiones humanae, a carne profectae, legem divinam, a Mose praescriptam transiliunt, reatum temporalium et aeternarum poenarum inferens.

Holl. P. actuale est deflexio actus humani commissi vel omissi, a regula legis divinae, reatum culpae et poenae inferens.

Quen. Sumitur vox actus et actuale h. l. non stricte, pro externis tantum operibus, et peccatis commissionis, sed late, ita ut

etiam internos vitiosos motus, tam primos quam secundos nec non peccata omissionis complectatur.

In scriptura s. peccata actualia dicuntur opera carnis. Gal. V, 19. opera infructuosa tenebrarum Eph. V, 11. actiones veteris hominis Col. III, 9. opera mortua Hebr. VI. 1. IX, 14. ἔργα ἄνομα 2 Ptr. II, 8.

2) Derwid anmärkes ytterligare: a) (Quen.) Voluntarium hic dicitur peccatum, non quia cum voluntate et in voluntate est, sic enim etiam involuntariae praevaricationes voluntariae forent, sed accipitur hoc loco ita, prout opponitur ei, quod fit per ignorantiam et ἀπροαιρέτως. b) (Holl.) Consideratur p. voluntarium tum in ordine ad conscientiam tum in ordine ad voluntatis propositum. P. contra conscientiam est quadruplex. Committitur enim vel contra conscientiam rectam, cum homo in agendo vel omittendo dictamen conscientiae, cum lege divina consentiens, non sequitur sed contemnit; vel contra conscientiam erroneam, quando homo in agendo vel omittendo a dictamine conscientiae errore imbutae deflectit; vel contra conscientiam probabilem, cum quis delinquit contra dictamen intellectus, probabiles ob causas aliquid hic et nunc agendum vel omittendum suadentis; vel contra conscientiam dubiam, quando quis id agit vel omittit, de quo dubitat, sitne agendum vel omittendum. — Pecc. voluntarium in ordine ad propositum voluntatis spectatum duplex est. Aliud enim est, quod ex mera malitia et voluntate plane libera; aliud, quod ex voluntate, vi metuve et circumstantibus periculis inclinata committitur. Mtth. XXVI, 70. 72. 74. Mr. XIV, 68. 70. 71. Luc. XXII, 57. 58. 60. Joh. XVIII, 25. 27. — c) Ad p. involuntarium Pecc. ignorantiae est, quod ex caligine mentis, per spiritus s. illuminationem, nondum penitus sublata, regenitis invitis obrepit. Pecc. infirmitatis est, quod sine certo peccandi proposito regenitis obrepit, ut sunt motus animi vitiosi, illis invitis oborti, et illegalia quaecunque, ex incogitantia vel praecipitantia et citra propositum sive dicta, sive facta: Gen. IX, 21. XVI, 5. XVIII, 12. Num. XX, 11. 12. Act. XV, 39. Rom. VII, 15. Gal. II, 12. 13. 14. VI, 1.

3) Holl. P. nostrum est actus vitiosus, reali nostro influxu productus, pecc. alienum nobis imputatum, est actus illicitus, ad cujus productionem nos non reali quidem influxu, efficaci tamen intentione concurrimus, ut jure nobis imputari queat. (efficaci intentione concurrit ad peccatum alienum, qui praecipit, consulit, consentit, connivet, non obstat, non manifestat, atque adeo causa moralis est peccati alieni) Eph. V, 7 et 11. 1 Tim. V, 22. 2 Joh. 11. Ap. XVIII, 4.

4) Holl. a) P. veniale est omne peccatum involuntarium in renatis, quod neque gratiam inhabitantem spiritus s. excutit, neque fidem exstinguit sed eodem momento, quo committitur, veniam indivulso nexu conjunctam habet. — Distinctio peccati in mortale et veniale non est petita a merito peccati; omne namque peccatum ex se et natura sua, in foro legali est damnabile merito: sed 1) a diversa conditione subjecti sive personae peccantis. Nam

p. veniale est in renatis, p. mortale in iis, qui vel nunquam fuerunt regeniti, vel a praedominante carne victi, ex statu gratiae exciderunt. 2) Ab aestimatione Dei secundum evangelium; quia Deus reconciliatus et gratiosus pater renatis peccata infirmitatis et ignorantiae ad culpam et poenam non imputat. 3) Ab eventu. Pecc. mortale peccantem in statum irae, mortis et condemnationis praecipitem agit, ut, si in illo statu absque poenitentia moriatur, omnino condemnetur: pecc. autem veniale, quia veniam individuam comitem habet, cum gratia Dei et fide salvifica consistere potest. — Causae remissionis sive non imputationis sunt: misericordia Dei, satisfactio et intercessio Christi (I Joh. II, 1. 2. Rom. VIII, 1.) efficax operatio spiritus s., quotidiana poenitentia renatorum.

b) Pecc. mortale est, quo renati a carne victi atque adeo in statu regenerationis non permanentes, contra dictamen conscientiae deliberato voluntatis proposito, legem divinam transgrediuntur, et eo ipso fidem salvificam amittunt, gratiam spiritus s. excutiunt, seque ipsos in statum irae, mortis et condemnationis conjiciunt.

5) Holl. Peccata cordis sunt pravae cogitationes et cupiditates, quae intra sinum animi humani foventur; peccata oris sunt mala verba et gestus, quae ore exprimuntur; pecc. operis sunt facta, quae externo membrorum nisu contra legem Dei patrantur. Mtth. V, 21. 22.

6) Holl. Pecc. commissionis sunt actus positivi, quibus praecepta Dei negativa violantur. Pecc. omissionis sunt suspensiones actuum, praeceptis Dei affirmativis praescriptorum. Jac. IV, 16. 17. — — Not. Quamvis plerumque in peccato omissionis sit aliquis actus positivus illicitus, vel interior voluntatis; ut: velle omittere quod praeceptum est: vel exterior, ut: operatio, qua impeditur quis ab eo, quod facere tenetur: non tamen semper aut necessario requiritur talis actus positivus, sed ipsum non facere, quod praeceptum est, peccatum est. —

7) Holl. Pecc. clamantia, teste scriptura erant: fratricidium a Caino commissum. Gen. IV, 10; 2 peccata Sodomitica. Gen. XVIII, 20; 3) oppressio Israelitarum in Aegypto. Ex. III, 9. viduarum et orphanorum. Ex. XXII, 22; 4) denegatio mercedis operariis solvendae. Jac. V, 4. —

8) Holl. Peccatum unum altero gravius est: 1) ratione causae efficientis, seu personae peccantis. Gravius peccat christianus quam gentilis, eodem se obstringens crimine; 2) ratione causae impellentis. Gravius delinquit, qui explendae libidinis causa stuprum infert uxori proximi, quam qui, fame coactus, furatur; 3) ratione objecti. Gravius impingit, qui patrem quam qui hostem interficit; 4) ratione normae. Gravius peccat, qui primam, quam qui secundam tabulam dialogi violat; 5) ratione effectus. Quo plura damna affert peccatum, eo gravius censetur. —

9) Holl. P. occultum est quod vel ipsi peccanti ignotum est vel quod soli peccanti et paucis aliis, qui id suppressum volunt, notum est. P. manifestum est, quod multis innotuit et si cum

aliorum offendiculo conjunctum sit, vocatur scandalum. — Scandalum est p. manifestum, quod, quibus innotuit, occasionem peccandi praebet. Distinguitur vulgo in scandalum datum sive activum et acceptum sive passivum. Illud est p. manifestum, quod aliis peccandi occasionem offert: hoc est dictum aut factum alterius per se non malum, quo alii offenduntur aut ex eodem peccandi occasionem sumunt. —

10) Holl. Pecc. cum induratione conjunctum est p. atrocissimum, quo polluta mens hominis a verbo Dei aversa et coeca manet, voluntas in malo obfirmata spiritui s. resistit, appetitus belluinis voluptatibus indulget atque adeo peccatur, difficulter aut plane non corrigibilis, temporales et aeternas poenas sibi accersit. — Causa indurationis non est Deus; sed partim diabolus, mala ex malis serens, mentem excoecans et cor malitia implens 2 Cor. IV, 4. Act. V, 3. Eph. II, 2; partim homo ordinaria salutis media repellens et continuo peccandi studio atque exercitio se mancipans. Mtth. XIII, 15. — Wid 2 Mos. VII, 3 anmärker Holl.: Deus non indurat homines causaliter aut effective, cordibus hominum duritiem immittendo, sed judicialiter, permissive et desertive. Est enim induratio actus judicialis, quo ob antegressam voluntariam et inevitabilem malitiam Deus hominem habitualiter malum juste permittit ruere in scelera graviora eidemque gratiam suam subtrahit et denique Satanae potestati eum tradit, a quo in majora subinde peccata propellitur, donec excidat finaliter jure hereditatis coelestis. —

11) Quen. Vox spiritus hic non accipitur essentialiter, prout commune nomen est omnibus tribus Deitatis personis, sed accipitur personaliter pro tertia Deitatis persona, habito tamen respectu non tam ad ipsam personam spiritus s. ac si immediate in eam hoc peccatum feratur, quam ad ejus officium et beneficium, quatenus scil. ille per doctrinam evangelii homines illuminare intendit. . . Intelligitur ergo hic spiritus s. in officio suo spectatus, diciturque peccatum in sp. s. partim ratione ministerii spiritus s. partim ratione testimonii. Rom. VIII, 16. —

Grh. Pecc. in spiritum s. est igitur agnitae et in conscientia adprobatae veritatis evangelicae destinato consilio facta abnegatio cum pertinaci impugnatione et voluntaria blasphemia conjuncta. — Observandum enim hanc peccati speciem a Christo in pharisaeis argui, qui veritatis ab ipso praedicatae vi constricti et fulgore ejusdem in conscientia convicti, malitiosa tamen impietate sic in ipsum furebant, ut doctrinam et miracula ipsius Satanae adscribere non erubescerent. Epistola ad Hebr. peccantes in spiritum s. sic describit, quod illi, qui prius illuminati gustaverunt etiam donum coeleste et participes facti spiritus s. gustaverunt etiam bonum Dei verbum et virtutes venturi seculi, nihilominus postea prolabuntur et sic sibimet ipsis rursum crucifigunt Dei filium eumque ostentui habent. Item quod voluntaria apostasia filium Dei conculcent et sanguinem testamenti pollutum ducant, in quo sunt sanctificati, et spiritui gratiae contumeliam inferant. —

Quen. Forma peccati in spirit. s. consistit 1) in doctrinae evangelicae evidenter et sufficienter agnitae et approbatae ex plena, libera et non impedita voluntate facta abnegatione Hbr. VI, 4.

X, 26, 29; 2) ejusdem hostili oppugnatione Mtth. XII, 31. 32; 3) voluntaria et atroci blasphematione Hbr. X, 26. 29. Men derwid den anmärkning: Haec peccati hujus requisita essentialia semper conjunctim, nunquam separatim accipienda sunt illudque demum peccatum in spiritum s. dicendum, de quo omnia illa conjunctim verificari possunt. — Ur sakens natur följer widare den bestämning: P. in spirit. s. committunt non infantes, sed adulti, non destituti cognitione verbi divinitus revelati, sed illuminati et de veritatis coelestis certitudine in sua conscientia convicti, ex studio tamen et amore veritatis in ejusdem hostile odium prolapsi: hwarwid Br. anmärker: sive doctrina illa assensu fidei divinae ac professione publica semel approbata sive tantum ita clare percepta fuerit, ut animus convictus nihil habeat, quod ad rem possit opponere. Priore modo peccant in spiritum s. apostatae illi, qui veritatem semel agnitam et creditam abrogant et convitiis petunt: quales describit P. Hbr. VI, 4. Ad posteriorem classem pertinent Pharisaei et scribae, qui doctrinam Christi nunquam sua confessione comprobaverant, interim de veritate ejus ex scriptura et miraculis Christi ita convicti erant apud animum, ut praeter convitia nihil haberent quod opponerent. Såsom adjuncta hujus peccati anför Quen.: 1) impoenitentia finalis Hbr. VI, 4—6; 2) irremissibilitas absoluta Mtth. XII, 31. Mr. III, 28. Luc. XII, 10; 3) exclusio a precibus 1 Joh. V, 16. —

Holl. Irremissibile est non ob defectum gratiae divinae neque ob defectum satisfactionis Christi, neque ob defectum efficacis operationis spiritus s., sed ob malitiosam omnium mediorum gratiae rejectionem et ob finalem impoenitentiam. — Förlåtligt är deremot peccatum in filium hominis Mtth. XII, 32. Luc. XII, 10. Quen. Pecc. in fil. h. est veritatis evangelicae de filio Dei, qui homo factus est, vel jam agnitae abnegatio ex carnis infirmitate et metu periculi, sed non conjuncta cum hostili oppugnatione et blasphemia vel nondum agnitae oppugnatio vel blasphematio ex ignorantia. —

§. 28. Wiljans frihet.

Sedan genom syndafallet en så stor förändring föregått med menniskan, så återstår att beswara den frågan, hwilka krafter till handling ännu finnas qwar hos henne [1]). Ty då alla deßa krafter ändock äro betingade genom tillwaron af kunskap och wilja; så är det naturligt, att, så wida kunskap och wilja äro förswagade eller förlorade, äfwen krafterna till handling i och med detsamma lida. Men frågan om de krafter, hwilka förblifwit hos menniskan, är derföre identisk med den, huruwida i affeende på hennes handlingar frihet i wiljan (liberum arbitrium) tillkommer henne? [2]) Men man har icke i alla fall och under alla tider förstått detsamma med liberum arbitrium, derföre

måste

måste först detta ords begrepp närmare bestämmas. Förstår man dermed wiljan i och för sig, så kan det icke bestridas, att denna tillkommer menniskan ännu efter fallet, ty utan denna skulle hon upphöra att wara menniska. Äfwenså hörer det till menniskans wäsende, att hon icke med någon oemotståndelig nödwändighet, hwarken utifrån eller inifrån (genom instinkt) kan bestämmas till sin wilja och sina handlingar [3]). Allt detta måste icke mindre efter fallet, än före detsamma tillegnas menniskan; ty detta allt hörer i egentlig mening till hennes wäsende, hwilket genom fallet icke har undergått någon förändring. — Men förstår man med **liberum arbitrium** den frihet, i kraft hwaraf menniskan uti allt, så godt som ondt, kan handla fullkomligt obehindrad, huru det henne behagar (**lib. arbitr. facultas activa voluntatis, qua illa circa objectum agibile, positis omnibus ad agendum requisitis, indifferenter se habet tum quoad speciem tum quoad exercitium actus. Quen.**) [4]), så följer redan af den förändring, som genom fallet har föregått med menniskan, att denna nu måste fråndömas henne. Ty då denna förändring består uti förlusten af Guds beläte; så är det af sig sjelft klart, att menniskan nu icke mer kan fritt wälja mellan godt och ondt, utan har förlorat kraften att wilja och att göra det goda. Wilja wi derföre närmare beskrifwa **liberum arbitrium**, såsom det förefinnes hos de fallne menniskorna, så måste wi säga: menniskan förmår nu mera, i följd af det onda sinnelaget, som efter fallet är hos henne, hwarken att wilja eller att göra något werkligt godt och Gudi wälbehagligt; ingenting af allt det, som den H. Skrift såsom sådant betecknar och föreskrifwer, emedan detta allt blott då kan blifwa fullgjordt, när menniskan står under Guds Andes synnerliga inflytande. Derföre saknar hon till den grad **liberum arbitrium in rebus spiritualibus** [5]), att hon icke en gång af egna krafter förmår att hos sig wäcka eller underhålla ett begär efter frälsning och efter en förändring af sitt nuwarande förderfwade tillstånd [6]). Och i detta tillstånd tillkommer henne blott: **lib. arbitrium in malis** (blott walfrihet, hwad det onda beträffar [7]) och **in rebus externis** [8]), uti alla de ting, hwilka såsom de af förnuftets ljus kunna warda kända, så äfwen genom de naturliga krafterna kunna werkställas, utan att dertill ett werkligt godt sinnelag skulle wara erforderligt [9]).

1) Grh. Connexio cum praecedente: Quam miris ac miseris modis peccatum orig. veneni instar omnes hominis vires pervaserit, quam intime corruptio ex eo naturae humanae adhaeserit, quam pestiferos venenatum illud semen proferat fructus, superius vidimus: restat inquirendum, quid in hominis viribus reliquum manserit. —

Chemn. Hic est status, quales sint vires humanae post lapsum, in efficienda obedientia legis, cum in mente sit caligo, in voluntate aversio a Deo, in corde contumacia adversus legem Dei. Et quia a lege Dei postulantur non tantum externa civilia facta: sed perpetua et perfecta totius naturae humanae obedientia, quaeritur, quid et quantum voluntas humana possit facere? Luculentior ergo est titulus de viribus humanis, quam de libero arbitrio. —

2) Vocantur alias vires hae post lapsum in homine residuae liberum arbitrium. —

Förklaring af begreppet lib. arbitr.: Grh. Vires hominis aestimantur potissimum ex anima rationali, per quam homo a brutis secernitur, et in certam speciem constituitur. Animae rationalis duae facultates sunt: mens et voluntas; illa cognoscendo, discernendo, consultando, judicando; haec eligendo et repudiando suum expedit officium, ex utriusque potentiae συνδρομῇ et concursu nascitur id, quod vulgo vocatur liberum arbitrium, quod mentis et voluntatis facultas est, ita ut arbitrium pertineat ad mentem, liberum ad voluntatem. Derföre säger Holl.: Propria et adaequata sedes liberi arbitrii est voluntas. Ad exercitium autem libertatis arbitrii intellectus antecedenter et παρασκευαστικῶς concurrit. —

Quen. Terminus liberi arbitrii non habetur quidem in scriptura διαῤῥήδην; invenitur tamen ibidem quoad rem et terminos aequipollentes. Deut. XXX, 19. Joh. XXIV, 15. 1 Cor. VII, 37 Philem. v. 14. Hbr. X, 26. 1 Ptr. V, 2. —

3) Chemn. Magna est diversitas in scriptoribus ecclesiasticis, quibusdam asserentibus, quibusdam negantibus liberum arbitrium. Imo idem scriptor saepe in diversis locis videtur contraria dicere de libero arbitrio: modo affirmans, modo negans. Haec diversitas non potest commodius dijudicari, quam ex grammatica vocabuli explicatione. Si enim communissime accipiatur appellatio liberi arbitrii, nihil aliud est dicere, hominem habere liberum arbitrium, quam: 1) esse rationalem, seu habere mentem et voluntatem; 2) praeter motus et actiones naturales, de quibus nulla est vel mentis deliberatio vel voluntatis electio, hominem habere motus voluntarios: ad quos exercendos concurrunt mentis judicium et voluntatis appetitio; 3) in vitiis et virtutibus, ut actiones vel bonae vel malae dicantur, requiri mentem cognoscentem et voluntatem, vel obtemperantem vel repugnantem judicio. An vero potentiae animae illas facultates in omnibus actionibus sua natura habeant, et unde habeant, alia est quaestio. —

Grh. Libertas assignatur arbitrio, primum habito respectu ad modum agendi, quia talis est, ut voluntas, quatenus talis, libere agat, h. e. non cogatur aut violenter rapiatur externo motu nec

ex naturali instinctu solum agat sed sponte sua seu interno motus principio aliquid vel amplectatur vel rejiciat; hoc sensu liberum et voluntarium sunt synonyma ac voluntatem non liberam dicere est perinde ac si quis dicere velit calidum absque calore. — Vocatur haec libertas a coactione, qua fit, ut non possit voluntas cogi ad faciendum aliquid contra suam inclinationem. Item libertas a necessitate, quatenus necessitas pro coactione et violentia accipitur. Alii vocant libertatem interiorem, qua voluntas hominis ἑκουσίως sponte, libere, sine coactione, vi insita ac προαιρέσει movetur, suique motus internum habet principium. Aliis dicitur libertas in subjecto. — Haec libertas cum sit naturalis atque essentialis a Deo indita voluntati proprietas, per lapsum non est amissa. Substantia hominis non periit; ergo nec anima rationalis, ergo nec voluntas, ergo nec libertas voluntatis essentialis. Voluntas est potentia animae essentialis, et anima nihil aliud est, quam ipsae potentiae seu facultates essentiales; proinde, manente anima, potentiae etiam ejus essentiales, intellectus et voluntas, manent. Vicissim vis libere et absque coactione volendi est voluntati essentialis, manente ergo voluntate, etiam vis illa manet. — Hoc sensu et hoc respectu liberum in homine arbitrium etiam post lapsum mansisse, firmiter credimus, et sonora voce profitemur. —

Quen. Skiljer mellan libertas a vi et coactione och libertas a necessitate interiori, och anmärker: Libertas a coactione homini communis est cum brutis, libertatem vero a necessitate homo communem habet cum Deo et angelis: dock gäller härwid denna Skilnad: Liberum arbitrium habet natura intelligens, et quidem infinita sive divina modo excellentissimo et perfectissimo; finita s. angelica et humana modo imperfectiori. —

4) Quen. Forma liberi arbitrii consistit in indifferentia voluntatis, tum ea, quae est quoad specificationem, tum altera, quae quoad exercitium actus dicitur. H. e. in tali indifferentia et immunitate, qua voluntas non necessario determinatur ad unum sed pro libertate sua positis omnibus ad agendum requisitis, potest hoc vel illud agere, unum eligere et alterum repudiare, quae est immunitas specificationis; agere vel non agere, quae est immunitas exercitii. — Denna frihet kallas äfwen libertas a necessitate immutabilitatis quae fit absque violentia et coactione ab interno principio immutabiliter ad effectum se habente. —

5) Quen. Per res spirituales ejusmodi intelliguntur motus et actiones, quae in lege et evangelio praescribuntur et non nisi spiritu Dei movente et agente praestari possunt, ut sunt vera Dei, juxta mensuram revelationis scriptae, agnitio, peccati admissi detestatio, sive dolor de peccatis, timor Dei, fides in Christum, nova obedientia, dilectio Dei et proximi.

Chemn. Voluntas humana non potest sine spiritu s. suis viribus vel inchoare interiores et spirituales motus, vel praestare et efficere interiorem obedientiam cordis, vel in coepto cursu perseverare, perficere, consumere. — Vocantur autem actiones spirituales, quia Rom. VII, 14: "lex est spiritualis", i. e. non est contenta externis quibusdam civilibus actionibus, quas caro non renata ut-

cunque praestare potest: sed postulat motus et actiones tales, quae 1) non possunt nisi spiritu Dei agente praestari; 2) quas caro non tantum non praestare potest: sed impedit etiam operantem spiritum s. — Form. concord. har denna bestämning: II, 20: spiritualia seu res divinae, quae ad animae salutem spectant.

Om dem gäller: Quen. In hisce jam dictis actionibus mere spiritualibus sive inchoandis sive promovendis sive efficiendis, non tantum ligatas, impeditas vel etiam attenuatas aut fractas, sed plane deperditas, amissas, extinctas, et nullas esse vires, tam in intellectu, quam in voluntate hominis non renati asserimus. Neque enim in objecto spiritualiter bono cognoscendo et appetendo in homine vires antiquae expoliuntur, sopitae suscitantur, infirmae roborantur, aut ligatae saltem solvuntur, sed plane novae et aliae vires aut facultates ipsi conferuntur atque induuntur. —

Bewisningen hemtar Quen., quoad intellectum: ur Eph. V, 8. 1 Cor. II, 2. 2 Cor. III, 5. Rom. I, 21. 22. quoad voluntatem: ur Gen. VI, 5. Rom, VIII, 7. Ezech. XI, 19. XXXVI, 26. Rom. II, 5. VI, 17. 20. Joh. VIII, 34. Eph. II, 1. 2. Col. II, 13. Ps. XIV, 23. Mtth. VII, 18. Joh. XV, 18. —

Och så långt låter man denna ofrihet sträcka sig, att Quen. fortfar: Ad hoc hemisphaerium etiam referimus τὸ ire in templum informationis ex verbo praedicato capiendae causa, legere et audire verbum Dei animo proficiendi, desiderio informationis ex verbo teneri, quae omnia opera sunt praevenientis atque incipientis gratiae. Huc etiam pertinet externa et historica cognitio sensus veri propositionum biblicarum, mysteria fidei tradentium. 1 Cor. II, 14. Eph. IV, 18. V, 8.

Uti de Symboliska böckerna äro hufwudställena härföre att söka i Form. conc. II.

6) Form. conc. II, 7. Credimus, quod . . . homo ad bonum prorsus corruptus et mortuus sit, ita ut in hominis natura post lapsum ante regenerationem ne scintillula quidem spiritualium virium reliqua manserit, aut restet, quibus ille ex se ad gratiam Dei praeparare se aut oblatam gratiam apprehendere, aut ejus gratiae (ex se et per se) capax esse possit aut se ad gratiam applicare aut accommodare aut viribus suis propriis aliquid ad conversionem suam vel ex toto vel ex dimidio vel minima parte conferre, agere, operari, aut cooperari (ex se ipso, tanquam ex se ipso) possit. —

Derföre förkastas af Form. conc. (II, 77) Synergistarum dogma, qui fingunt, hominem in rebus spiritualibus non prorsus ad bonum esse emortuum sed tantum graviter vulneratum et semimortuum esse. Et quamvis liberum arbitrium infirmius sit, quam ut initium facere et se ipsum propriis viribus ad Deum convertere et legi Dei toto corde obedire possit, tamen si spiritus s. initium faciat et nos per evangelium vocet, gratiam suam, remissionem peccatorum et aeternam salutem nobis offerat, tunc liberum arbitrium propriis suis naturalibus viribus Deo occurrere, aliquo modo (aliquid saltem, etsi parum et languide) ad conversionem suam conferre, eam adjuvare, cooperari, sese ad gratiam praeparare, et

applicare, eam apprehendere, amplecti, evangelio credere, et quidem in continuatione et conservatione hujus operis e propriis suis viribus, una cum spiritu s. cooperari posse. — Afwenledes warder Melanchthons sats, som innehålles i de sednare upplagorna af hans loci: concurrunt (in conversione) tres causae bonae actionis: verbum Dei, spiritus s. et humana voluntas, assentiens, nec repugnans verbo Dei betecknad såsom synergistisk. Men ännu af Chemn. blifwer den dock såsom helt oskyldig sålunda uttydd: concurrit voluntas humana non ita, quasi ex suis viribus adjuvet actiones spirituales . . . sed numeratur voluntas humana inter causas bonae actionis quia potest resistere spiritui s. (Act. VII, 51.) et destruere opus Dei (Rom. XIV, 20.); filii Dei aguntur spiritu s. non ut ignorantes et inviti credant aut bene operentur . . sed gratia facit ex nolentibus volentes, quia operatur velle. Rom. VII, 22. —

7) Quen. In statu corruptionis est in voluntate hominis libertas non tantum contradictionis seu exercitii, sed etiam libertas contrarietatis seu specificationis, non quidem ea, quae inter bonum et malum spirituale versatur, haec enim per lapsum amissa est, sed ea, quae est inter hoc et illud malum spirituale in particulari. Med libertas contradictionis förstår man nemligen den libertas, quae circa unum idemque objectum versatur inter terminos contradictorios, velle et non velle, agere et non agere. Med libertas contrarietatis åter den: quae versatur vel circa diversa objecta vel circa unius objecti diversos actus (Holl.).

Chemn. Quando dicitur voluntatem esse liberam in malis, intelligitur, quod non coactitia necessitate designet scelera: nec hujusmodi naturali motu aut instinctu, sicut lapis deorsum fertur, et ovis fugit lupum sine cognitione mentis et appetitione voluntatis. . . Traditur autem haec sententia, liberum arbitrium valere ad peccandum 1) quia in libero arbitrio i. e. in mente et voluntate sedes est peccatorum; 2) ut sibi quisque imputet, quando peccat, nec causam peccati extra se quaerat ad excusandas excusationes in peccatis. —

8) Chemn. Augustinus vocat res externas opera vitae praesentis. — Quia ergo in actionibus spiritualibus nulla est libertas voluntatis non liberatae, ne in universum voluntati libertas etiam in externis auferatur, traditur haec doctrina de libertate voluntatis in externa disciplina. Est autem disciplina, diligentia gubernandi externas actiones et coercendi externa membra, juxta praecepta decalogi: etiamsi motus interiores vel non adsint vel non consentiant. . . . In externis vero tribuit Paulus Rom. I, 20 menti etiam non renatae cogitationes, agnitionem, veritatem etc. Manifestissimum est mentem per lapsum non solum omni intellectu spoliatam esse: sed reliquam esse in hominibus etiam non renatis facultatem aliquam mentis, perspiciendi et dijudicandi illas res, quae rationi et sensibus subjectae sunt. Ut in variis artibus inveniendis et discendis, in oeconomia, in politia, in ethicis, in consiliis, prudentia etc. etc. Haec enim facultas facit differentiam inter hominem rationalem et animalia,

irrationalia. — Mel. Cum in natura hominis reliquum sit judicium et delectus quidam rerum, quae sunt objectae rationi aut sensui, reliquus est etiam delectus externorum operum civilium, quare voluntas humana potest suis viribus sine renovatione aliquo modo externa legis opera facere: haec est libertas voluntatis, quam philosophi recte tribuunt homini; nam et Paulus, discernens justitiam carnis a spirituali, fatetur non renatos habere delectum aliquem et facere aliqua externa legis opera, manus a caede, a furto, a raptu continere, et hanc vocat justitiam carnis. Conf. Aug. XVIII. De libero arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem justitiam et deligendas res rationi subjectas.

Bewis. Chemn.: 1) quod P. affirmat, esse aliquam justitiam carnis. Rom. II, 14. X, 3 Phil. III, 6; 2) quod P. dicit, legem esse objectum liberi arbitrii, etiam in injustis. 1 Tim. I, 19 i. e. non renatis datam legem, ut coerceant voluntatem, affectus cordis et locomotivam in externis. —

De sednare DD. beteckna såsom objecta, circa quae voluntas hominis in statu corruptionis occupata est: duo hemisphaeria, quorum unum inferius, alterum superius. Af det sednare slaget äro: res mere spirituales seu sacrae internae, om hwilka nyß är taladt: Till det förra höra: omnes res et actiones physicae, ethicae, politicae, oeconomicae, artificiales, paedagogicae et divinae, quatenus e lumine rationis cognosci, viribusque naturae, concursu Dei generali adjutis produci possunt. Grh. Fatemur enim, aliquid libertatis remansisse quoad opera, quae justa sunt, justitia morali, politica et oeconomica, quae ad inferius hemisphaerium pertinent, ut loquitur Lutherus; potest utique homo nondum renatus locomotivam externam utcunque regere, potest externis membris dictamine rectae rationis imperare, potest justitiam civilem aliquo modo praestare et peccata externa pugnantia vitare: quinimo potest etiam verbum Dei exterius audire, meditari. Dock gäller äfwen detta icke utan inskränkning. Holl. Voluntas hominum renatorum et irregenitorum post lapsum pollet viribus, diversas res, rationi subjectas, eligendi vel unam prae altera amplectendi, quamvis illae vires sint languidae et infirmae. Denna swaghet har sin grund uti impedimentis internis et externis. Såsom imped. interna uppräknas: coecitas intellectus, in deliberationibus errantis — languor voluntatis ad sectandum bonum et proclivitas ad amplexandum malum — vehementia affectuum saepe tanta ut torrentis instar voluntatem secum abripiat et judicium rationis turbet. — Imped. externa: diaboli versutia — mundi blanditiae et terriculamenta — directio Dei limitans, consilia subvertens et facultatem agendi imminuens aut praecidens.

9) I de tre andra tillstånden beskrifwer Quen. lib. arb. på följande sätt: In statu ante lapsum homo liber fuit: 1) a necessitate physica; 2) a necessitate coactionis; 3) a servitute peccati; 4) a miseria; 5) a necessitate immutabilitatis, non tamen 6) a necessitate obligationis (quae est determinatio directiva voluntatis ad bonum amplectendum et malum fugiendum, ad normam mandati superioris. Holl.) — In statu reparationis inchoatae datur in

homine converso sive post conversionem circa objectum supernaturale seu mere spirituale libertas, non solum a necessitate physica et coactionis sed etiam a necessitate immutabilitatis, quia ipsius voluntas non amplius determinata est ad malum sicut ante conversionem sed potest libere eligere bonum per assistentem et cooperantem spiritus s. gratiam, potest etiam eligere malum spirituale per carnis reliquias adhuc in ipso haerentes. — In statu reparationis consummatae sive in vita aeterna succedet plena et perfecta arbitrii humani libertas, non solum a coactione et a servitute peccati sed etiam a miseria et a radice ac sensu peccati, itemque libertas a necessitate interna seu immutabilitatis, tum contrarietatis, seu quoad speciem, tum contradictionis, seu quoad exercitium. —



Pars III.

De principiis salutis.

§. 29.

Genom tre acter af den gudomliga nåden warder för menniskan möjligheten gifwen att blifwa räddad ur det förtappelsens tillstånd, hwari hon efter fallet befinner sig. Den första är Guds nåderika beslut om Återlösningen. Den andra werkställandet af detsamma genom Christus. Den tredje den H. Andas werksamhet, hwarmedelst han tillegnar menniskorna denna återlösning.

Derföre handlar den tredje delen:

I. De benevolentia Dei patris erga hominem lapsum erigendum et beandum.

II. De fraterna Christi redemtione.

III. De gratia spiritus s. applicatrice *).

Cap. I.

De benevolentia Dei erga hominem lapsum.

§. 30.

Guds nådiga wilja att rycka de fallna menniskorna ur deras elände, är det första, som wi hafwe att betrakta. Ty af den utgår Sonens sändning, hwilken fullbragte återlösningen; och den H. Andes sändning, hwilken skulle tillegna de enskilda densamma. Denna sin nådiga wilja har Gud strax efter fallet i det, Mos. B. 3: 15., gifna löftet förkunnat; men icke först derifrån förskrifwer sig denna Guds wilja att frälsa menniskorna, utan Gud har ända

ifrån ewighet på en gång med beslutet om skapelsen, äfwen fattat sitt beslut om menniskornas frälsning, emedan han förutsåg deras fall[1]). Men detta beslut skall komma till fullbordan blott på dem, hwilka äfwen uppfylla det wilkor, under hwilket frälsningen skall tillfalla dem. I följd häraf skilja wi mellan benevolentia generalis och specialis.

I. Denna Guds nådiga wilja kallas voluntas (benevolentia) universalis eller generalis, då den blott betraktas i och för sig, huru den sträcker sig till alla i lika elände stadde menniskorna, och huru den yttrar sig deruti, att den anordnar för alla och werksamt erbjuder alla salighetsmedel, utan att menniskornas förhållande till den dem erbudna nåden derwid tages i betraktande[2]). **Benevolentia Dei universalis est actus gratiae divinae, quo Deus spectata communi hominum lapsorum miseria permotus est, ut non tantum eorum omnium serio velit salutem sed etiam ad hanc procurandam Christum dederit mediatorem, juxta atque efficacia media destinaverit ea intensione, ut omnes homines iisdem utantur, veram ex illis concipiant fidem in Christum et per hunc parta salute aeterna potiantur et fruantur in laudem bonitatis divinae. Holl.** — Denna wilja kallas äfwen antecedens, så wida den efter sakens natur föregår alla frågor om menniskans förhållande till den erbudna nåden[3]). Den sträcker sig till alla menniskor i lika mått (**in universum omnes, ne uno quidem excepto. Joh. III, 16. 1 Tim. II, 4. Rom. XI, 32. Act. XVII, 30, 31. Tit. II, 11. 2 Ptr. III, 9. Ezech. XXXIII, 11.**)[4]); beror endast på Guds förbarmande med menniskans eländiga tillstånd, och är icke framkallad genom något slags förtjenst eller wärdighet hos menniskan[5]). Denna Guds wilja är widare allwarlig och uppriktigt menad, att alla menniskor skola erhålla saligheten i Christo[6]); Gud erbjuder ock alla medel dertill och är beredd att förmedla möjligheten för dem att tillegna sig denna frälsning[7]). Men uti utdelandet af denna salighet låter dock denna Guds wilja leda sig af wißa wilkor och förbehåll. Ty är ock hans förbarmande med menniskorna, hwarur salighetsanstalten sjelf och salighetsmedlen härflyta, ett absolut och owilkorligt, så är dock hans wilja, att werkligen förskaffa de enskilda menniskorna salighet, icke lika owilkorlig; utan fastmera will han deras frälsning blott på det sätt, att de skola erhålla den genom de

i Christo gifna salighetsmedlen [8]. — Utsagorna om voluntas Dei universalis låta derföre sammanfatta sig i följande affectioner. Den är 1) gratuita et liberalis (Gal. III, 22. Rom. XI, 32. Rom. VIII, 32.); 2) aequalis (Rom. III, 22.); 3) sincera et seria (Ezech. XVIII, 23. 32. XXXIII, 11.); 4) efficax (Rom. I, 4.); 5) non absoluta, sed ordinata et conditionata (Joh. III, 16. 1 Tim, II, 6. Rom. V, 8. 1 Joh. I, 4. 9. 10.). — Ifrån denna voluntas Dei universalis skiljer sig:

II. Voluntas Dei specialis. Så kallas nemligen den ena och samma, menniskornas salighet åsyftande Guds wilja, om man derunder tager med i betraktande menniskans, af Gud förutsedda, förhållande till den erbudna nåden, såsom det wilkor, under hwilket hon skall frälsad warda. Voluntas Dei specialis, quae peccatores oblata salutis media amplectentes aeterna salute donare constituit. Holl. Ty fastän Guds wilja är generalis, enär Gud har ett lika nådigt sinnelag emot alla menniskor och för deras behof af frälsning upprättat genom Sonens sändning en för alla gällande frälsningsanstalt; så följer dock redan af den ofwan nämnda bestämningen af denna voluntas Dei generalis, såsom icke absoluta, utan ordinata och conditionata, att fullbordandet af denna hans nådiga wilja är betingadt genom menniskans af Gud ifrån ewighet förutsedda förhållande till den erbudna nåden. Går alltså Guds wilja, då den för sig sjelf betraktas, utan afseende på detta menniskans förhållande, derpå ut, att alla skola blifwa räddade genom den i Christo stiftade frälsningsanstalten; så är dock densamma närmare bestämd derigenom, att blott desamma skola frälste warda, hwilka äfwen annamma den erbudna frälsningen och blifwa beständiga uti tron intill ändan; blott till deßa sträcker sig denna Guds wilja. Denna på sådant sätt närmare bestämda wilja (voluntas Dei specialis) kallas derföre äfwen consequens [9], så wida som förutseendet af det rätta förhållandet å menniskans sida är det första, hwarigenom Guds wilja först bestämmer sig såsom efterföljande. Den är äfwen derföre particularis, under det den icke sträcker sig till alla menniskor, utan blott till dem, om hwilka Gud först wet att de skola rätteligen förhålla sig till den erbudna nåden. (Eph. I, 4. Jac. II, 5. Ap. II, 10. 1 Tim. I, 16. Joh. XVII, 20.)

Såsom nu denna voluntas Dei specialis har sin grund i och utgår ifrån voluntas Dei universalis, så bewisar den sig werksam [10]) i den act, som kallas praedestinatio [11]) sive electio [12]). Och wi förstå dermed det från vol. Dei specialis utgående beslutet om frälsning genom Christi förtjenst, hwilket sträcker sig till det bestämda antalet af dem, hwilkas rätta förhållande till den erbudna nåden Gud har förutsett. Praedestinatio est aeternum Dei decretum de conferenda salute aeterna omnibus et singulis hominibus, quos Deus in Christum finaliter credituros esse praevidit [13]). Holl.

Är således i följd af voluntas universalis frälsningen bestämd för och erbuden alla; men beslutet att frälsa och saliggöra icke går i fullbordan på dem alla, utan blott på ett bestämdt antal menniskor; så ligger grunden dertill i vol. specialis, i kraft hwaraf blott de skola blifwa werkligen delaktige af saligheten, som äfwen werkligen i tro annamma den alla erbudna frälsningen och så fortfara intill ändan. Men i kraft af sin praescientia wet Gud ifrån ewighet förut, hwilka deßa skola wara. Och detta förutseende är derföre grunden, hwarföre det Guds beslut, som blott omfattar ett bestämdt antal menniskor, är ett ewigt [14]).

Detta decretum Dei är derföre närmare bestämdt: 1) non absolutum sed ordinatum (certo mediorum ordine determinatum) et respectivum (1 Cor. I, 21) [15]), det är icke något godtycke å Guds sida, att han upptager ett antal menniskor ibland electi; och utesluter ett annat derifrån. Ty hans beslut beror derpå, att ordningen, wid hwilken frälsningen är bunden, blifwer iakttagen (non dicit apostolus, Deum absolute velle omnes salvare, quocunque tandem modo sese habeant, sed Deum velle omnes salvos fieri per certa scil. media. Quen.) och han fäster således wid densamma afseende på förhållandet till denna uppstälda nådeordning. Men detta decretum är 2) icke conditionatum, utan categoricum et simplex, det är, Gud låter det icke i tiden wara twifwelaktigt, om han will skänka den eller den menniskan saligheten; så att hans beslut blott skulle wara det att rädda den eller den menniskan, om eller sedan densamma skulle hafwa omfattat Christi förtjenst; utan i kraft af sin praescientia känner han på förhand desamma, hwilka skola omfatta Christi förtjenst, och blott till deßa sträcker sig hans beslut, hwilket

derföre äfwen är ett enkelt och kategoriskt [16]. Men deraf följer ock 3) att electio (in sensu strictissimo sumta), emedan den beror på ett decretum Dei aeternum är immutabilis et irrevocabilis (ut ex electo non possit fieri reprobus. Mtth. XXV, 34. Jac. II, 5. Mtth. XXIV, 24. 1 Petr. I, 2. 4. Joh. X, 28. Dan. XII, 1. Rom. VIII, 29. 30.) Ty Gud skulle icke rätt hafwa förutsett, om hans beslut måste undergå en förändring (electio immutabilis propter suppositionem decreti ordinati et infallibilitatem praescientiae divinae). Kunna derföre äfwen electi för någon tid falla i synd, och blifwa förlustige nåden, så kan dock detta icke ske för alltid, ej heller kunna de gå förlustige af sin ewiga salighet [17].

Attributa sive adjuncta electionis et electorum kunna sammanställas på följande sätt:

Quen. I. Attributa electionis: a) aeternitas (Eph. I, 4. 2 Tim. I, 9. 2 Thess. II, 13. Mtth. XXV, 34.); b) particularitas (Mtth. XX. 16.); c) immutabilitas (2 Tim. II, 19. Mtth. XXIV, 24. 1 Petr. I, 4. Rom. VIII, 29. 30.).

II. Attributa electorum: a) paucitas (Mtth. XX, 16. XXII, 14.); b) possibilitas excutiendi ad tempus totaliter gratiam inhabitantem (Ps. LI, 13. 1 Cor. X, 12.); c) certitudo electionis [18] (Luc. X, 20. Rom. VIII, 38. 2 Tim. IV, 8. Phil. II, 12.); d) persistentia in fide finalis (Mtth. X, 22. Apoc. II, 10.).

Motsatsen till praedestinatio är reprobatio [19]. Ty såsom Gud förut wet, hwilka de äro, som skola omfatta tron på Christus och deruti beständige blifwa; och såsom han derpå fattar sitt beslut, att göra deßa saliga; så omfattar ock på lika wis hans förkastelsebeslut det bestämda antalet af dem, hwilka gå förtappade. Således är reprobatio: actus voluntatis divinae consequentis, quo Deus (ante jacta mundi fundamenta) ex justitia sua vindicativa omnes et singulos peccatores contumaces, quos oblatam vocationis et justificationis gratiam finaliter excussuros et sine fide in Christum ex hac vita decessuros

praevidit, aeternae condemnationi adjudicavit, in perennem justitiae suae gloriam (Holl.).

Alla reprobationen rörande bestämningar motswara dem i läran om praedestinationen anförda. Causa movens reprobationis interna är justitia Dei vindicativa seu punitiva (Rom. II, 8); causa movens externa är repudium meriti Christi, d. ä. praevisa ἀπιστία seu incredulitas finalis (Mr. XVI, 16. Joh. III, 36.). Men forma reprobationis består in exclusione ab haereditate aeternae salutis et adjudicatione aeternae poenae secundum propositum et praescientiam Dei (Mtth. XXV, 41.).

Likaledes motswara ock adjuncta reprobationis et reproborum dem, som tilläggas utkorelsen och de utkorade. Således äro adjuncta reprobationis: a) aeternitas (Mtth. XXV, 41. Jud. v. 4.) b) immutabilitas (Num. XXIII, 19. 1 Sam. XV, 29. Mal. III, 6.).

Adjuncta reproborum äro:

a) pluralitas (Mtth. VII, 13.); b) possibilitas essendi ad tempus in statu vere renatorum; c) perseverantia in infidelitate finali. —

Anm. I. Ofwanstående framställning tillhörer i denna sin utbildning först en sednare tid. Gerhard är den förste, som med afseende på de förra, Scholastiska distinctionerna, gaf läran denna sin gestalt, under det föregående Dogmatiker blefwo i uppfattningen af denna lära stående wid den definition, som i not. 11 är betecknad såsom den andra. Densamma lyder så: "Gud har af ewighet beslutat, att rädda dem, hwilka skulle tro på Christum." Så ock formula concordiae. Men då de sednare DD. hade till uppgift, att systematiskt ordna det, som kunde sägas om praedestinationen; blef det en nödwändig följd, att det af Form. conc. uppställda begreppet icke kunde wara tillräckligt; ty det war lätt att inse, att Guds beslut att frälsa alla, som skulle tro på Christus, icke hos honom kunde wara ett så obestämdt, som det, hwilket uttrycktes i de orden: alla dem, hwilka skulle tro; utan att detta Guds beslut måste wara ett, så bestämdt, att ända ifrån ewighet det bestämda antalet af dem, som skulle frälste warda, måste wara kändt för honom, emedan annars en sådan mening skulle kunna uppstå, som om Gud sjelf wille låta det först i tiden blifwa afgjordt, hwilka menniskor skulle blifwa frälste, hwilket dock

icke öfwerensstämmer med beslutets ewighet, hwilken dock blef antagen. Af detta bemödande, att uttrycka sig noga och bestämdt, uppstod derföre definitionen på praedestinatio, stricte sic dicta, åfwensom skilnaden mellan πρόθεσις och προορισμός. Men för att förebygga den willfarelsen, som skulle, då antalet af electi ifrån ewighet wore oföränderligen faststäldt, upptagandet i tiden uti deras antal icke mera bero på menniskans förhållande till den erbudna nåden, utan fastmera på ett Decretum Dei absolutum et absconditum; så blef den widare bestämningen tillagd, att Gud, i kraft af sin, sjelfwa beslutet föregående, praescientia ifrån ewighet hade förutwetat, hwilka de woro, som skulle anamma den erbudna nåden. (En bestämning, hwilken åfwen från form. conc. icke är obekant, art. XI, 54, men hwilken dock icke wardt af henne upptagen i definitionen på praedestinationen.) — På samma sätt tillkom åfwen hos de sednare distinctionen mellan vol. Dei generalis och specialis, hwilken skulle tjena dertill, att wisa huru Guds wilja att göra salig, i och för sig sjelf och utan afseende på menniskans förhållande wäl wore en allmän och sträckte sig till alla; men huruledes den, då den werkliga delaktigheten af frälsningen beror på menniskans förhållande till densamma, så snart afseende fästades derpå, blefwe en serskild, och derföre sträckte sig blott till dem, hwilka rätt förhöllo sig till den erbudna frälsningen. Men genom alla dessa närmare bestämningar åsyftas blott en noggrannare uppfattning af läran om praedestinatio, och ingalunda någon werklig differens, gifwen eller påstådd.

Anm. 2. Frågan, om icke Guds förutwetande med nödwändighet bestämmer menniskornas öden; så att menniskans fria sjelfbestämning derigenom warder upphäfd, behandlar samteliga DD. icke på detta ställe. Chemnitz försöker, i locus de causa peccati, att häfwa allt betänkande i detta afseende derigenom, att han anmärker att praescientia icke är någon actus voluntatis Dei, och att således derigenom det tillkommande icke kan bestämmas. Res sive praeterita sive futura non pendet a scientia, sed scientia a re .... et recte dictum est ab Origine: Etsi communi sensu de praescientia sentiamus, non propterea erit aliquid, quia scit Deus futurum: sed quia futurum est, scitur a Deo. Och på samma sätt de sednare DD. Ipsa divina praescientia, seu praevisio non nititur aliquo divino decreto, nec ullam per se imponit rebus praevisis necessitatem, aut earum tollit contingentiam, licet ipsa in se sit certa et infallibilis. Quen.

Formul. Conc. synes i lösandet af denna fråga finna det outforskeliga och hemlighetsfulla, hwilket icke är menniskans uppgift att söka närmare utransaka. cf. XI, 54, 55.

*) Holl. Principia salutis sunt actus gratiae divinae, a quibus externa hominum salus dependet. — Tria haec salutis principia indigitat ipse salvator Joh. III, 16. Deus Pater diligendo mundum et dando filium mediatorem, se ostendit benevolum. Datus est filius ut mundum, i. e. universum genus humanum, hunc terrarum orbem incolens, ab interitu vindicaret, adeoque ejusdem esset redemtor. Medium fruendi redemtione Christi est vera fides, in merito Christi defixa, quam gratiosa et per verbum ac sacramenta efficaci operatione accendit spiritus s., quippe qui dicitur spiritus fidei. 2 Cor. IV, 13. —

1) Gerh. Postquam Adamus cum omnibus suis posteris aeternae mortis nexibus per lapsum irretitus esset neque huic malo vel hominum vel angelorum sapientia remedium aliquod inveniri posset: Deus ex arcana majestatis suae sede prodiens illud adorandum mysterium de reparatione generis humani per filium manifestavit Gen. III, 15. — Quia ergo Deus hanc primam promissionem implens in plenitudine temporis misit filium suum natum e muliere Gal. IV, 4. inde colligimus, Deum ab aeterno fecisse decretum de mittendo filium in carnem, per cujus obedientiam et satisfactionem sanarentur vulnera, quae infernalis serpens homini inflixerat et restituerentur amissa illa per lapsum bona.

2) Quen. Benignissima illa (et misericordissima Dei patris erga homines lapsos) voluntas universalis ambitu suo omnes in universum homines in miseria constitutos complectitur habetque secundum nostrum concipiendi modum duos actus; quorum primus est illa Dei commiseratio, qua condoluit intime et sincere genus humanum idque totum tam turpiter per fraudem Diaboli deceptum atque per lapsum in praesentissimum idque aeternum exitium praecipitatum esse, quaque voluit illud e malo eripere et salutem amissam eidem recuperare, si sine justitiae suae laesione id fieri possit. Alter actus, quo Deus motus hac misericordia et φιλανθρωπίᾳ decretum fecit de liberando genere humano per filii sui missionem ac ejusdem per evangelium manifestationem, eo fine, ut omnes in ipsum credant et ita salventur. Deus enim misericors ad interpositionem filii perfectissimam satisfactionem offerentis et spondentis, ab aeterno ordinavit, omnes in filio suo restaurare illisque vitam aeternam dare.

3) Gerh. Antecedens voluntas ideo sic appellatur, quia considerationem obedientiae et inobedientiae hominum praecedit et respectu constat simplice, quo benefica illa Dei voluntas aequaliter se habet erga omnes.

Holl. Voluntas antecedens est, qua Deus omnium hominum lapsorum et miserorum vult salutem et ad hanc consequendam dedit mediatorem Christum eaque ordinavit media, quibus parta per Christum salus viresque credendi, omnibus hominibus offeruntur, seria cum intentione conferendi.

4) De ställen, hwilka wanligtwis anföras emot universalitas gratiae äro: Rom. IX, 18. 19. V, 11. 12—22. Ad Rom. IX, 19. Quen. Ex h. l. tale argumentum formant Calviniani: voluntas, de qua Paulus loquitur, est absoluta. Atqui voluntas salvandi et perdendi est illa voluntas, de qua loquitur P. Ergo voluntas salvandi et perdendi est absoluta. Resp.: Minor est falsa. Est enim eadem quidem voluntas, quae vult, sed eandem absolute et cum conditione velle hoc diversum est. Ad Rom. IX, 18. Holl.: a) Non loquitur apostolus de misericordia generali aut universali, sed speciali, qua credentes in Christum justificat (v. 30) adeoque non agit de voluntate Dei antecedente, sed consequente; b) misericordia Dei libera quidem, sed non absoluta est. . . c) indurat Deus quem vult, non effective duritiem immittendo, sed judicialiter. . . . Ad Rom. IX, 11—13. Quen.: a) Non loquitur textus de Esavo et Jacobo secundum personas, sed de eorum posteris. . b) non agit hoc testimonium de aeterna praedestinatione ad salutem vel reprobatione ad interitum. Temere ergo assumunt Calviniani, dilectionem Jacobi et odium Esavi respicere illius dilectionem ad vitam et hujus reprobationem ad mortem aeternam et quidem absolutam, sed agit apost. Rom. IX, X, XI de rejectione Judaeorum ab illis excellentiis aeternis, quibus tot seculorum decursu fruebantur et assumtione gentilium in illas praerogativas, quas Judaei sibi solis vendicabant. Si de electione sermo esset, sequeretur hoc absurdum ex Calvinianorum sententia, omnes Jacobi posteros salvatos et contra omnes Esavitas damnatos esse. Sensus ergo dicti est: non tantum benedictionis Esavi posteris, quantum posteris Jacobi detuli aut concessi adeoque illos his posthabui, minus dilexi (sic vox odii habetur Luc. XIV, 26. Matth. X, 37.). Ad Rom. IX, 12. Ex his verbis liquet, quod Deus quidem praeparaverit vasa misericordiae ad gloriam, at vasa irae non dicuntur a Deo apparata, sed a Deo cum multa longanimitate tolerata. Quare homines indurati non a Deo, sed a se ipsis et a propria malitia ac a voluntaria perversitate facti sunt vasa irae, apparata ad interitum propterea quod consilium Dei adversus se ipsos spernunt. Luc. VII, 30.

5) Holl. Dei misericordia nullis meritis est provocata. Gal. III, 22. Rom. XI, 32. Miseria peccatoris non movet Deum causaliter, sed praebet tantum occasionem et objicit Deo objectum miserum erga quod φιλανθρωπίαν exercere non debeat sed queat. In homine enim nulla plane est causa impellens.

6) Holl. Non simulata aut fucata, sed seria et sincera est benevolentia Dei erga genus humanum in peccatum prolapsum; propterea quod in procuratione salutis humanae voluntas signi cum voluntate beneplaciti divini, praeceptum et promissio cum intentione divina quam amicissime conspirant. Hypocritam agit, qui aliud ore promit, aliud corde; id quod de Deo cogitare nefas est.

7) Holl. Benevolentia Dei universalis non est inane votum, non sterilis velleitas, non otiosa complacentia, qua quis rem, quae sibi placet, et quam in se amat, non cupit efficere aut consequi adeoque mediis ad hunc finem ducentibus non vult uti, sed est voluntas

voluntas efficax, qua Deus salutem hominum, ardentissime amatam, etiam efficere atque per media sufficientia et efficacia consequi serio intendit Rom. I, 4. — Antithesis Calvinianorum statuentium, Deum quidem voluntate in scripturis manifestata sive signi velle omnes salvos fieri, voluntate vero arcana, quam beneplaciti vocant, velle solos electos salvare (Quen.).

8) Holl. Quamvis prima Dei commiseratio, qua misertus est generis humani in peccatum prolapsi, nec non ordinatio mediatoris mediorumque salutis procuratio sit absoluta, misericors tamen Dei voluntas conferendi hominibus miseris remissionem peccatorum et aeternam salutem, non est absoluta, sed respectiva et justitia temperata. Respicit quippe satisfactionem Christi, qua justitiae divinae satisfactum est. — Benevolentia Dei est ordinata; ideo quod Deus altissimo consilio certam mediorum τάξιν aut ordinem constituit, quem in beandis peccatoribus respicit. Sunt illa media verbum et sacramenta, quibus Deus peccatores ad regnum gratiae vocare, convertere, regenerare, salvare serio intendit. Hac voluntate ordinata Deus vult ut omnes homines non tantum salventur, sed etiam ut omnes homines ad agnitionem veritatis perveniant. — Voluntas conditionata dicitur, non quasi Deus tantum velit finem, non velit media; aut velit finem sub conditione, quam ipse ex mero beneplacito penes multos nolit impleri; sed quatenus Deus volens homines salvari, non vult eos citra satisfactionem ullamve conditionem implendam salvos fieri, sed sub conditione certorum mediorum ad salutem deduci. Derföre har man ännu noggrannare uttryckt satsen om universalitas gratiae så: Deus omnibus hominibus per ordinaria media salvificam vult conferre fidem.

9) Quen. Voluntas consequens, secunda et justitiae est, qua Deus ex justitia decretum fecit de hominibus tum salvandis per Christum, quotquot in eum crederent et media a voluntate antecedente ordinata et destinata non abjicerent, tum damnandis, qui in Christum non credituri essent. — I afseende på förhållandet mellan vol. antecedens och consequens gäller följande:

Quen. Licet voluntas Dei ad intra et quoad essentiam considerata sit unica et simplex, ad extra tamen et quoad nostram intelligentiam spectata, quia diversimode se exerit in externis actibus et exercitiis et prout terminatur ad objecta diversa, sic varie distinguitur.

Närmare bestämningar: Holl. Voluntas Dei dicitur antecedens et consequens: 1) non ratione temporis, quasi voluntas antecedens consequentem tempore praecedat: uti enim Deus temporis est expers, ita non habet voluntatem aliquam, quae alteram tempore antevertat; 2) nec ex parte ipsius voluntatis divinae; quasi dentur in Deo duae reapse distinctae voluntates. Est enim voluntas divina ipsa essentia Dei, cum connotato objecto, per modum actus volendi concepta; 3) sed dicitur voluntas Dei antecedens et consequens ab ordine rationis nostrae, diversos volendi actus in Deo pro diversa objectorum consideratione distinguentis et unum actum pro altero considerantis; ut saltem notetur, voluntatem antecedentem praecedere consequentem in signo rationis divinae. Prius quippe est, nostro intelligendi modo,

Deum tam velle hominibus salutem et media salutis procurare, quam eundem velle finaliter in Christum credituris aeternam salutem actu conferre vel finaliter impoenitentibus aeternam damnationem adjudicare.

Quen. Voluntas antecedens fertur in hominem qua miser est, non habita ratione circumstantiarum in objecto; consequens vero versatur circa hominem cum certis circumstantiis, quatenus scil. is fidelis vel incredulus est. (Holl. Quare voluntas Dei antec. et cons. sibi non contrarie aut contradictorie opponuntur sed subordinantur. Haec in illa materialiter continetur et in illam posita conditione transit. Quod sic ostendo: Voluntate antecedente Deus vult, ut omnes homines salventur, si finaliter credant. Atqui ordinariis salutis mediis rite utentes, sunt illi, qui finaliter credunt. Ergo voluntas Dei antecedens voluntate consequente non evertitur, rescinditur aut expungitur, sed potius conditione impleta in eandem transit.) Antecedens respicit δόσιν, consequens ex parte hominis λῆψιν salutis. Illa universalis est, haec particularis; illa praecedit, haec sequitur purificatam conditionem. In illa spectatur salus sub ratione mediorum, prout haec ex parte Dei aeque omnibus hominibus ordinata sunt et offeruntur. In hac spectatur eadem salus sub ratione mediorum, sed in quantum ea ab hominibus vel acceptantur vel negliguntur. Voluntas Dei antecedanea definit, quid homines facere debeant, vid. audire verbum Dei, per auditum istum fidem concipere, meritum Christi sibi applicare et mediante illa fide salvari. Voluntas consequens considerat, quid homines jam actu ipso faciant vel non faciant, an voluntati antecedenti obtemperent vel non i. e. considerat, qui mediis salutis a Deo ordinatis actu ipso utantur, qui non, quinam verbum Dei audiant et in Christum credant, qui non. Om nödwändigheten af denna åtskilnad: Holl. Necessaria est haec distinctio (inter voluntatem generalem et specialem) ob mirabile misericordiae et justitiae divinae inter se conciliandae temperamentum. Exstant enim in s. literis effata, quae misericordiam Dei in omnes peccatores pronam ostendunt. 1 Tim. II, 6. 2 Ptr. III, 9. Exstant alia, quae notant justitiam Dei et ab hereditate salutis excludunt eos, qui ordini divino refragantur. Joh. III, 18. Marc. XVI, 16. Exstant denique dicta biblica, in quibus tam misericordia, quam justitia divina depraedicantur. Matth. XXIII, 37. Christus voluntate antecedente, quantum in se erat, volebat congregare filios Israelis, sed voluntate consequente, quia nolebant congregari, volebat domum eorum desertam relinqui. cf. Act. XIII, 46. Insinuata est haec distinctio parabolis Christi Mtth. XXII, 1. Luc. XIV, 16.

10) Quen. Ex admissa benevolentia Dei universali, in ordinatione et oblatione mediorum, quibus constituit Deus homines convertere, regenerare, justificare et salvare, se exerente, oritur benevolentia specialis in praedestinatione ad vitam aeternam conspicua. . .

11) De sednare DD. anmärka, att ordet praedestinatio har uti skriften warit brukadt i serskild bemärkelse; än i en widsträcktare, då det betecknade Guds beslut, som sträcker sig så wäl till de troendes frälsning,

som till de otrognes fördömelse; än i en inskränktare bemärkelse, då det endast sträcker sig till de förstnämnde. I den sednare bemärkelsen finnes det brukadt i bibelspråket. Rom. VIII, 30. Eph. I, 5. **Holl.** **Nonnulli patres et doctores ἀκύρως, abusive et justo laxius vocem praedestinationis sumserunt pro decreto divino tum de salvandis hominibus, tum de condemnandis infidelibus. In sensu autem biblico vox praed. semper in bonam partem accipitur, ut denotet decretum divinum de hominibus lapsis salvandis.** Men äfwen derföre är en trefaldig åtskilnad i begreppsbestämningen af **praedestinatio** att noga märka, och ju mera **DD.** tillegnade sig än den ena än den andra begreppsbestämningen, destomera bör denna åtskilnad observeras, på det icke den meningen måtte uppstå, som om **DD.** motsäge hwarandra om sjelfwa saken. Den ena gången förstod man med **praedestinatio** i allmänhet Guds beslut att upprätta en frälsningsanstalt, genom hwilken alla kunde salige warda. **Br. Denotatur decretum de toto opere perducendi homines ad salutem.** Så bestämmer **formula concordiae (sol. declar. XI, 14. Totam igitur doctrinam de proposito, consilio, voluntate et ordinatione Dei (omnia videlicet, quae ad nostram redemtionem, creationem, justificationem et salutem pertinent) simul mente complectimur. cf. sqq.)** och enligt densamma **Hutterus** m. fl. **Holl.** gifwer följande definition derpå: **Praed. sensu latiori accepta definiri potest, quod sit aeternum decretum divinum, quo Deus ex immensa sua misericordia hominibus omnibus, quos in peccatum prolapsuros ab aeterno praevidit, filium suum mediatorem dare et per praedicationem universalem amplectendum offerre, omnibus etiam, qui non repugnaturi essent, fidem per verbum et sacramenta conferre, credentes omnes justificare ac mediis gratiae porro utentes renovare, fidem usque ad finem vitae in illis conservare, ipsos denique finaliter credentes salvare constituit.** Den andra gången blefwo desamma redan närmare bestämde, på hwilka Guds beslut om frälsningen kommer till fullbordan: de äro sådana, om hwilka Gud förut wet, att de tro skola. (**Holl. Sensu speciali s. strictiori significat ordinationem fidelium ad salutem cum προθέσει et προγνώσει complicatam).** πρόθεσις (**decret. divinum generale et indeterminatum de aeterna salute impertienda omnibus hominibus peccatoribus in Christum finaliter credituris**) blef således närmare bestämd genom πρόγνωσις (**praenotio certarum personarum s. individuorum humanorum, quae veram in Christum fidem usque ad novissimum vitae halitum retentura sunt**). Men i sednare fallet förstås med **praed. (sensu strictissimo sumta)** blott det på grund af den allmänna πρόθεσις efter förutgången πρόγνωσις werkligen fattade beslutet, så wida det inbegriper det bestämda antalet, af de menniskor, som skola frälste blifwa, hwilket beslut benämnes προορισμός. **Holl. Sensu specialissimo et strictissimo, quo προορισμὸς a προθέσει et προγνώσει distinguitur et notat aeternum Dei decretum determinatum s. applicatum ad quosdam secundum individua homines, quos Deus ex communi corruptionis massa ad vitam aeternam elegit, propterea quod illos in Christum finaliter credituros esse distincte praevidit.** — Meningen med de båda sista distinctionerna är den, att, för att rätt noga uttrycka sig, de uti den andra distinctionen innehållna begrepp af πρόθεσις och πρόγνωσις blott äro de det egentliga och werkliga beslutet (προορισμὸς) föregående bestämningsgrunder, hwilka således, om **praedestinatio** betecknas såsom **actus, decretum**, icke böra upptagas uti sjelfwa begreppet. Derföre blifwa deßa båda

begrepp, af πρόθεσις och πρόγνωσις, betecknade såsom principia normantia seu dirigentia, secundum quae facta est electio; och det så, att πρόθεσις är principium normans primum s. mediatum; men πρόγνωσις princ. normans proximum s. immediatum. (Quen. Est πρόθεσις electionis principium dirigens primum, sed non immediatum, verum mediatum, mediante enim προγνώσει seu praevisione individuorum finaliter crediturorum ad electionem concurrit.)

12) Om förhållandet mellan praed. och electio, (hwilka betecknas såsom synonyma grammatica et ejusdem latitudinis, men icke såsom synonyma logica) Holl. Elect. et pr. conveniunt ratione subjecti; eo quod nullus est praedestinatus ad aeternam salutem, qui ad eam non sit electus, nec ullus electus, qui non sit praedestinatus. Men: differunt ratione formalis significationis: Electio in suo formali conceptu ad objecta eligenda, praedestinatio vero ad finem et ordinem mediorum, quae ad electionis finem seu vitam aeternam ducunt, respicit. Etenim particula prae in voce praedestinatio ordinationis divinae prioritatem et aeternitatem, particula e autem in voce electionis communem hominum coetum, e quo fit segregatio quorundam hominum, connotat adeoque electio divina est quorundam hominum e communi corruptionis massa segregatio et ad hereditatem aeternae salutis adoptatio. — Praedestinatio 1) praesupponit πρόγνωσιν, praenotionem certarum personarum, finaliter credentium. Rom. VIII, 29; 2) formaliter notat ordinationem eorum hominum, qui media gratiae secundum praenotionem div. admittunt et constanter observant ad vitam aeternam. Act. XIII, 48. Electio autem 1) praesupponit dilectionem Dei Eph. I, 6; 2) formaliter notat segregationem eorum hominum, quos in Christum perseveranter credituros esse praevidit e communi massa perditionis. Joh. XV, 19. —

Ett annat uttryck för praed. är efter Phil. IV, 3. Apoc. III, 5 inscriptio in librum vitae. —

13) a) Utförlig definition: Holl. Pr. est actus voluntatis divinae consequentis, quo Deus, gratuita motus misericordia, propter meritum Christi, perseveranti fide apprehendendum, ex genere humano lapso solos et singulos illos homines, quos in Christum finaliter credituros esse praevidit, segregavit et ordinavit ad salutem aeternam consequendam in laudem gloriosae suae gratiae.

Quen. Pr. est actio divinae voluntatis, qua ante jacta mundi fundamenta non secundum opera nostra, sed ex mera misericordia secundum propositum et beneplacitum suum, quod proposuit in se intuitu meriti Christi fide apprehendendi ad vitam aeternam ordinavit homines virtute spiritus s. per evangelii praedicationem in Christum perseveranter et finaliter credituros in laudem gloriosae gratiae suae. —

Quen. Articuli hujus fundamentalis sedes propria et cardinalis est Eph. I, 4—7.

b) Forma electionis blifwer derföre af Quen. så beskrifwen: Consistit in tota illa τάξει seu ordine, quem Deus in aeterno electionis decreto sanciendo sibi propositum habuit et secundum quem

pro sua misericordia propter Christi meritum fide apprehensum, credentes et in fide usque ad finem vitae perseverantes elegit, sive secundum quem electionem ab aeterno decretam, in tempore exsequitur. — Emedan electio har sin grund i de föregående πρόθεσις och πρόγνωσις, hwilka förhålla sig såsom öfwer- och undersats till slutsatsen, προορισμός; uppstår syllogismus praedestinatorius:

Omnis perseveranter usque ad finem vitae crediturus in Christum certo salvabitur, atque adeo electus esto et inscriptus ad librum vitae.

Atqui hic, ille, iste, Abrahamus, Petrus, Paulus etc. perseveranter usque ad finem vitae in Christum credituri sunt.

Ergo hic, ille, iste, Abrahamus, Petrus, Paulus etc. certo salvabuntur atque adeo electi sunto et inscripti in librum vitae. — (Holl.)

c) Causae electionis blifwa så uppgifne: causa agens electionis: Dei unitrini voluntas libere decernens (Rom. VIII, 29. Eph. I, 4. Joh. XIII, 28. XV, 16. 19. Act. XIII, 2. 2 Thess. II, 13.); causa movens impulsiva s. interna: gratia Dei mere gratuita (Rom. IX, 15. 16. Eph. I, 5. II, 8. 9. Rom. XI, 5. 6.); causa movens externa: Christi meritum, ratione praevisae applicationis finalis spectatum (Eph. I, 4—7.). Såsom causa externa minus principalis angifwa somliga: fides in Christum eaque finalis.

14) Holl. Electio hominum peccato corruptorum ad vitam aeternam a Deo misericordissimo facta est intuitu fidei in Christum ad finem usque vitae perseverantis. — För att ifrån uttrycket: intuitu fidei aflägsna allt missförstånd, anmärkes af Quen. a) Fides et quidem perseverans aut finalis etiam ingreditur circulum electionis aeternae, non ut jam praestita, sed ut praecognita. Ex divinitus enim praevisa fide meritum Christi finaliter apprehendente ad vitam aeternam electi sumus; b) fides ingreditur electionem non ratione cujusdam dignitatis meritoriae, sed respectu correlati sui sive quatenus est unicum illud medium apprehendendi meritum Christi; sive fides non est causa meritoria electionis, sed duntaxat conditio praerequisita seu potius pars ordinis divinitus in electione constituti. Andra uttrycka sig så, att de beteckna tron såsom causam externam minus principalem. Om de serskilda uttryck, genom hwilka tron ställes i förhållande till praed. Br. Fidem in Christum alii quidem nostratium causam instrumentalem decreti electionis; alii conditionem ejus; quidam conditionem ex parte objecti eligendi; alii partem ordinis praedestinatorii dixerunt: sed sensu eodem, inter se et cum his, qui causam impulsivam minus principalem appellant. Omnes enim agnoscunt, fidem neque nudam conditionem esse, quae nullam causalitatem exerceat; sed prout ad actum salvandi, sic ad actum decernendi salutem (saltem virtualiter causantis), se habere, tanquam id, cujus intuitu simus electi, neque tamen ipsam sua dignitate movere potuisse Deum ad nos eligendos, ut esset causa principalis. Unde, quando fides alias dicitur habere se instar manus aut organi, quo gratia Dei eligentis et

meritum Christi, ut causa salutis apprehenditur, atque hac ratione etiam hic instrumentum dici consuevit; hic tamen indicandum est, quomodo fides ad ipsum decretum electionis sese habeat: ubi nostrates non dicunt, habere se per modum instrumenti, quo causa efficiens principalis, Deus eligens, utatur ad producendum reali influxu actum electionis. Qui vero causam instrumentalem moralem dixerunt, non possunt aliud quid, quam causam impulsivam minus principalem intelligere. . . Itaque superest tandem ea loquendi formula, qua fides causa seu ratio impulsiva, non tamen κατ' ἐξοχήν sive principalis: verum cum addito, vitandae ambiguitatis causa minus principalis dicatur.

15) Holl. Decr. respectivum, quia Deus cum e lapsis hominibus aliquos et quidem hos potius quam illos ad vitam aeternam praedestinavit, respexit ad aliquid extra se tanquam ad causam impulsivam externam scil. meritum Christi perseveranti fide apprehendendum.

Quen. a) Praedestinatio ad vitam aeternam non est absoluta; sed in Christo mediatore fundata. — Antithesis Calvinianorum, qui ex causis electionis meritum Christi excludunt et ad media exsecutionis in tempore suppeditata referunt adeoque negant, Christum esse causam meritoriam electionis nostrae. — Calvins lära skiljer sig således ifrån Lutherska kyrkans deri, att den förra låter praedestinationen bero på ett decretum Dei absolutum (quo Deus ex sese simpliciter aliquid vult et facit sine praerequisita conditione aut citra respectum extrinsecum alterius causae vel rationis intervenientis, quomodo absolute voluit creare et conservare. Quen.): i följd hwaraf det icke skulle wara Guds allwarligt menade wilja, att alla de skola salige warda, för hwilka Evangelium warder predikadt; utan att man har att skilja mellan voluntas manifestata sive signi, och voluntas arcana sive beneplaciti.

16) Holl. Simpliciter quippe et categorice decrevit Deus hunc, illum, istum hominem salvare, quia perseveranter ipsius in Christum fidem certo praevidit. . Då det påstås om detta decretum, att det icke är conditionatum; synes detta stå i motsägelse med det ofwan nämnda påståendet, att detta decretum icke är absolutum. Denna skenbara motsägelse häfwer Holl. genom följande: Quando decretum praedestinationis haud dicitur absolutum, eo ipso non statuendum est conditionatum. Neque enim sententia est, quod hunc vel illum ad salutem ab aeterno elegerit Deus, si is in Christum crediturus esset, inque fide vera hinc decessurus, sed quia crediturus et perseveraturus erat: ut fides, ante actum praedestinationis spectata, in voluntate Dei, conditio sit quidem, sub qua ipse omnium salutem cupit; in decreto autem ipso non ut conditio se habeat, sub qua electio facta, verum ut ratio, qua Deus permotus ad eligendum. Non igitur negandum est decretum absolutum esse, in ordine ad conditionatum, sed ne excludatur respectus rationis a priori, extra Deum, tanquam partis in ordine praedestinatorio, fidei nimirum in Christum ab aeterno praevisae, vel quod eodem recidit, meriti Christi, fide apprehensi. Neque confundendum est decretum cum voluntate Dei antecedente, quae quod conditionem non excludat, verum ordinet, ex verbo Dei (Rom. XI, 23.) affirmamus. —

17) Quen. Electi per peccata mortalia spiritum s. fidem et gratiam Dei totaliter amittere et excutere adeoque damnabiles fieri ad tempus, non vero finaliter deficere et in aeternum perire possunt. Est autem amissio gratiae alia totalis, alia finalis. Totalis est, qua quis gratia Dei prorsus excidit; finalis, qua quis proxime ante mortem a fide deficit et in incredulitate decedit. —

18) Holl. Homo renatus in medio vitae cursu suae electionis certus est conditionate (Phil. II, 12.), at in termino vitae idem gaudet certitudine praedestinationis suae absoluta. —

19) Holl. Reprobatio (ἀποδοκιμασία) non invenitur totidem syllabis in sacris literis. Vox ἀδόκιμος usurpatur 1 Cor. IX, 27. 2 Cor. XIII, 5. Hbr. VI, 8. — Quen. Vocatur alias προγραφὴ εἰς τὸ κρίμα Jud. v. 4. —

Cap. II.

De fraterna Christi redemtione, tanquam altero salutis principio.

§. 31.

Den af Gud ifrån ewighet beslutade återlösningen är i tiden genom hans enfödde son Jesum Christum fullbordad [1]); och denna hafwa wi nu att afhandla i Lärorna: 1) om återlösarens person; 2) om det werk, hwarigenom han bragte återlösningen till stånd; och 3) om hans serskilda tillstånd, efter sin mandomsannammelse.

1) Holl. Redemtor generis humani est Jesus Christus. — Redemtor vocatur Jesus i. e. salvator, quia ipse populum suum salvaturus erat a peccatis eorum. Mtth. I, 21. — Vocatur Christus i. e. unctus, quia a spiritu sancto in regem, sacerdotem et prophetam nostrum unctus est. Joh. I, 41. — DD. söka ådagalägga att Jesus Christus är: verus Messias, in quem omnia vaticinia V. T. de Messia edita ad amussim quadrant. Holl. Prob. 1) quicunque est Deus et homo, is est verus Messias. Atqui Jesus etc. Major patet ex 2 Sam. VII, 12. 13. Ps. CX, 1. Micha V, 1, Jer. XXIII, 5. . . 2) quicunque e semine Abrahae, tribu Juda, stirpe regis Davidis et ex illibata virgine natus est, is est verus Messias. Maj. e Gen. XXII, 18. XLIX, 10. 2 Sam. VII, 12. Esaj. VII, 14. Min. e Luc. II, 23. . 3) quicunque dominator Israelis, ut Deus, ab aeterno genitus, ut homo in plenitudine temporis, natus est Bethlehemi, is est verus Messias. Maj. e. Micha V, 1. Min. e Mtth. II, 6. . 4) cuicunque advenienti divinitus destinatus praecursor viam paravit, is est verus Messias. Maj. e Es. LX, 3. Mal. III, 1. Min. e Mrc. I, 2. 3. . 5) quicunque rex Sionis pauper et humilis Hierosolymam ingressus est, inequitans asinae, is est verus Messias.

Zach. IX, 9. 6) quicunque est Goël, sive redemtor jure consanguinitatis Job. XIX, 25. propheta similis Mosi Deut. XVIII, 15. rex catholicus Zach. IX, 9. Ps. LXXII, 8. sacerdos secundum ordinem Melchisedek Ps. CX, 4. sacerdos pro peccatoribus intercedens Es. LIII, 12. extrema passurus Ps. XXII. Es. LIII. moriturus Dan. IX, 26. sepeliendus Es. LIII, 9. immunis futurus a corruptione, descensurus ad inferos et resurrecturus Ps. XVI, 10. ascensurus ad coelos Ps. LXVIII, 18. sessurus ad dextram Dei patris Ps. CX, 1, is est promissus Messias. Quae omnia de Jesu Nazareno novum testamentum praedicat.

A. De persona Christi.

§. 32. Unitio — unio personalis.

Hos Christus möter oß först en naturernas twåfald och en personens enhet, såsom det uttalas i den satsen: In Christo, nato ex Maria virgine, sunt duae naturae, divina τοῦ λόγου et humana natura sic unitae, ut Christus sit una persona (Chemn.). I följd häraf, hafwa wi att betrakta

I. De twå naturerna i Christo;

II. Christi person.

I. Då det säges om Christus, att han är Gud och menniska; så kan detsamma äfwen så uttryckas: Han är i twå naturer, den gudomliga och menskliga [1]). Men hwardera af deßa båda naturer har man att tänka sig i deras hela sanning och fullkomliga integritet [2]); ty Christus är sanner Gud och sanner menniska [3]). Såsom sann menniska war han derföre delaktig af alla de naturliga swagheter, hwilka den menskliga naturen är underkastad, dock icke i följd af någon naturlig nödwändighet, utan i följd af hans fria wilja, och efter behofwet af hans medlarekall. Ty så wida han wäl war född af en menniska, Jungfru Maria, men icke aflad af en menskig fader, har ingenting af allt det drabbat hans menskliga natur, som först war en följd af Adams synd [4]). Detta hindrar oß dock icke att tillägga Christus ett sant, fullständigt och oß lika menskligt wäsende, då den i följd af Adams synd oß tillkomna arfsynden, icke gjort menniskans natur till en annan. Men wäl följer af de serskilda förhållanden, hwilka egde rum wid Christi födelse, och af det serskilda inflytande, hwilket det gudomliga λόγος har på denna menskliga natur, att serskilda egendomligheter måste tilläggas Christi menskliga

natur, hwilka den äger framför andra menniskors. Deßa äro 1) ἀνυποστασία; 2) ἀναμαρτησία; 3) singularis animae et corporis excellentia [5]). Den första följer af det serskilda förhållande, hwari det gudomliga λόγος har ingått med den menskliga naturen; ty denna är icke att uppfatta såsom någonsin för sig sjelf subsisterande och för sig sjelf utgörande en person; emedan λόγος icke har antagit en mensklig person, utan blott en mensklig natur. Negativt säges det derföre genom ἀνυποστασία om Christi menskliga natur, att ingen egen personlighet tillkommer densamma, och positivt genom ἐνυποστασία, så wida nemligen som denna menskliga natur är worden delaktig af en annan den gudomliga naturens personlighet. — ἀναμαρτησία läres uttryckligen på många ställen i den H. Skrift (2 Cor. V, 21. Hbr. VII, 26. Es. LIII, 9. Dan. IX, 24. Luc. I, 35. 1 Ptr. I, 19. II, 22.) och följer af Christi öfwernaturliga aflelse. Men deß singularis animi et corporis excellentia är en följd af hans syndfrihet.

II. Återlösarens person bildades, under det att λόγος, den andra personen i gudomen, Guds son, förenade sig med den menskliga naturen så fast och innerligt, att de bägge nu förenade naturerna blott utgöra en person, som är Återlösarens, Gudmenniskans [6]). Sjelfwa acten, genom hwilken detta skedde, kallas unitio personalis: actio divina, qua filius Dei naturam humanam in utero virginis Mariae in unitatem suae personae assumsit [7]). Denna act är welad och beslutad af hela Treenigheten. Af densamma är menniskan beredd, hwaraf den menskliga naturen består, och genom densamma har den blifwit förenad med den gudomliga naturen. Men fullbordad blef denna act af den andre personen i Gudomen, hwilken ensam är worden menniska [8]). Men denna andra person i Gudomen, λόγος, förhöll sig i sjelfwa föreningsacten till den menskliga naturen så, att han, λόγος, är den personbildande [9]), såsom öfwerhufwud den werkande, genom hwilken föreningen wardt åstadkommen. Ty han är det, som har ett actiwt förhållande till den menskliga naturen, hwilken han antager; under det den menskliga städse står till honom i ett paßiwt förhållande [10]). Denna fasta förening mellan den gudomliga och menskliga naturen, såsom tillstånd betraktad, har fått benämningen af unio personalis seu hypostatica quae est duarum naturarum, divinae et humanae

in una filii Dei hypostasi subsistentium conjunctio, mutuam atque indissolubilem utriusque naturae communionem inferens [11]). Holl. Resultatet af denna λόγος werksamhet är det, att den gudomliga naturens hypostas äfwen är worden den menskliga naturens hypostas, d. ä. de bägge naturerna hafwa nu en hypostas, nemligen λόγος, och utgöra tillsammans en person, Återlösarens, Gudamenniskans [12]). I följd häraf är derföre föreningen mellan de båda naturerna så nära och oskiljaktig, att ingendera kan tänkas utan eller utom den andra; utan båda måste fattas såsom i alla momenter i och med hwarandra gifne [13]); dock på det sätt, att hwardera naturen till sitt wäsende och sina egendomligheter förblifwer densamma och oförblandad med den andra [14]). Men att winna en fullkomligt rigtig föreställning om sättet, huru deßa båda naturer äro förenade i en person, är omöjligt, emedan den H. Skrift wäl lärer oß föreningen sjelf, men icke huru den sker. Wi måste åtnöja oß dermed, att blott aflägsna falska föreställningar om denna förening [15]). Derföre säga wi att denna unio icke är: 1) essentialis, qua duae naturae in unam essentiam coaluerint (antith. Eutychian.); 2) naturalis, qualis est animae et corporis in homine; 3) accidentalis, qualis est: a) inter duo vel plura accidentia disparata, in uno subjecto copulata (sic albedo et dulcedo uniuntur in lacte); b) inter accidens et substantiam (qualis datur in homine docto); c) inter duas substantias sed accidentaliter unitas (qualis est inter asseres); 4) mere verbalis, exsurgens vel ex titulo sine re (ut cum consiliarius principis dicitur, qui nunquam ipsi fuit a consiliis); vel ex locutione impropria, (ut cum Herodes vocatur vulpes); 5) non habitualis aut respectiva, quae consistere potest, licet extrema hujus unionis reapse separata sint et distent. (Datur enim varia unio respectiva, nempe moralis inter amicos, oeconomica inter conjuges, politica inter cives; ecclesiastica inter membra ecclesiae). Men deremot beskrifwes denna förening positivt såsom:

1) vera et realis, quia datur inter extrema vere cohaerentia cum exclusione separationis aut distantiae;
2) personalis (men icke personarum) et perichoristica;
3) perpetuo durans. (Jfr. nott. 6—8.)

1) Hafnrffr. Per naturas ambo principia seu partes (ut ita loquamur) intelliguntur, quibus persona Christi constituta est. Natura nimirum divina et natura humana. Om persona anmärkes: Persona redemtoris nostri hic consideratur non ut ἄσαρκος sive qualis ante incarnationem ab aeterno fuit; sed qua ἔνσαρκος sive qualis esse coepit in plenitudine temporis per assumtionem naturae nostrae humanae in hypostasin suam divinam (Holl.).

Allmän definition på natura och persona: Chemn. Essentia seu substantia s. natura est illud, quod ex se multis individuis ejusdem speciei commune est, quodque totam singulorum essentialem perfectionem complectitur.

Persona s. individuum est quiddam singulare, quod totam quidem et perfectam ejusdem speciei substantiam habet: sed characteristica quadam et personali proprietate determinatum seu limitatum atque ita ex reliquis ejusdem naturae individuis, non essentia, sed numero discretum seu distinctum per se subsistit. Est enim persona substantia individua intelligens, incommunicabilis, quae nec alterius pars est, nec ex altero sustentatur nec habet dependentiam ad aliud. Ita ergo essentiae seu naturarum nomina sunt θεότης, ἀνθρωπότης, Deitas, humanitas, divina natura, humana natura, essentia divina, substantia humana. Personae appellationes sunt Deus, homo.

Om den skiljaktiga betydelsen, hwari ordet natura s. essentia tages, när det brukas om Gud och när det brukas om menniskan, cf. loc. de trin. not. 11. Queu. (De natura Christi divina): Natura divina alias significat unam numero essentiam divinam, omnibus tribus personis communem ac totam in singulis, verum in articulo de persona Christi non absolute consideratur, quatenus est communis tribus deitatis personis, sed relate, quatenus in persona filii Dei subsistit et τρόπῳ ὑπάρξεως in persona secunda trinitatis limitatur. Unde tota quidem essentia div. humanae naturae est unita sed in una suarum hypostaseon scil. secunda.

2) Holl. Conc. Chalcedonense: confitemur verum Deum et verum hominem, eundem ex rationali anima et corpore, coëssentialem patri secundum divinitatem et coëssentialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis similem, demto peccato.

Quen. Ratione naturae humanae consideranda ejus 1) veritas; 2) integritas; 3) ὁμοουσία. Prius phantasiam excludit, alterum partialitatem, tertium ἑτερουσίαν.

Gerh. In Christo est vera et perfecta divina natura ac proinde etiam Christus est verus, naturalis et aeternus Deus. Non tantum dona divina, sed etiam veram et perfectam divinam naturam in Christo esse dicimus, nec simpliciter dicimus ipsum esse et vocari Deum, sed esse verum naturalem et aeternum Deum, ut a Photinianorum et omnium θεομάχων blasphemiis confessionem nostram eo clarius separemus.

Id. In Christo est vera, integra et perfecta natura humana, ac proinde etiam Christus est verus, perfectus et naturalis homo. — Per humanae naturae veritatem intelligitur, quod

ὁ λόγος non phantasma vel nudam externam speciem humanae naturae assumserit, sed in rei veritate homo factus fuerit. Per naturae humanae integritatem intelligitur, quod omnes essentiales humanae naturae partes, non solum corpus, sed etiam animam rationalem in personae unitatem assumserit, quod caro ipsius fuerit animata caro. Nec fuisse duntaxat, sed adhuc dicitur esse homo, quia quod semel assumsit, nunquam deposuit nec deponet unquam.

3) Holl. I. Vera et aeterna divinitas probatur argumentis solidissimis, desumtis a) a nominibus divinis (arg. *ὀνομαστικοῖς*); b) ab attributis soli vero Deo propriis (arg. *ἰδιωματικοῖς*); c) ab actibus Dei personalibus et essentialibus (arg. *ἐνεργητικοῖς*); d) a cultu religioso soli Deo debito (arg. *λατρευτικοῖς*); cf. loc. de trin. n. 34.

II. Christum esse verum hominem demonstratur a) ex nominibus humanis (Joh. VIII, 40. 1 Tim. 2, 5.) b) ex partibus hominis essentialibus (Joh. II, 21. Hebr. II, 14. Luc. XXIV, 39. Joh. X, 15. Mtth. XXVI, 38. Luc. II, 52. Joh. V, 21. Mtth. XXVI, 39); c) ex attributis vero homini propriis (Mtth. IV, 2. Joh. XIX, 28. Mtth. XXV, 37. Luc. XIX, 41. Joh. XI, 33); d) ex operationibus humanis (Luc. II, 46. 48. Mtth. IV, 1. XXVI, 55); e) e genealogia Christi hominis (quoad lineam ascendentem Luc. III, 23. quoad lineam descendentem Mtth. I, 1.).

Man skiljer derföre mellan generatio aeterna, per quam habet, quod est filius Dei och gen. temporalis, per quam habet, quod est homo aut filius hominis Gal. IV, 4. (Br.).

4) Chemn. . . . Christus a spiritu s. conceptus, assumsit humanam naturam sine peccato, incorruptam. Illae igitur infirmitates, quae tanquam poenae comitantur peccatum, non futurae fuissent conditionis necessitate in carne Christi, sed potuisset corpus suum ab illis infirmitatibus liberum et immune servare. Non necesse enim erat caro peccati, et tamen verus fuisset homo, sicut Adam ante lapsum sine illis poenalibus infirmitatibus verus fuit homo. Sed propter nos et propter nostram salutem infirmitates illas, . . . Christus incarnatus, ut charitatem suam nobis commendaret, volens assumsit, ut ita poenam a nobis in se derivatam tolleret et nos ab ea liberaret. Derföre säger Holl.: Christus assumsit infirmitates naturales omnibus hominibus in statu naturali constitutis communes; non autem infirmitates personales, e causis particularibus provenientes, multo minus moraliter vitiosos defectus adscivit. —

Infirmitates hominum naturales communes sunt, quae omnibus hominibus post lapsum insunt, v. gr. esurire, sitire, defatigari, algere, aestuare, dolere, indignari, turbari, lacrymari; quas, cum sint inculpabiles, Christus teste s. scriptura assumsit, non coacte, sed libere, non propter se, sed propter nos (Quen.: ut officio mediatoris perfungi, et victima pro peccatis nostris fieri posset) non in perpetuum, sed ad tempus, scil. in statu exinanitionis, non autem retinuit easdem in statu exaltationis. . Infirmitates personales sunt, quae a causis particularibus proficiscun-

tur et vel a vitio δυνάμεως πλαστικῆς, sive virtutis efformativae in generante, ut phtisis, arthritis, vel a culpa particulari, nimirum ab ingurgitate nimia, aut aliis excessibus ut febris, hydrops etc. vel a peculiari nemesi aut judicio divino, ut morbi familiae (2 Sam. III, 20.) ortum trahunt. Haec a sanctissima Christi humanitate longissime absunt, quippe quas assumi nec generi humano expediebat et dignitati humanae derogasset.

5) Holl. Competunt humanae Christi naturae quaedam proprietates individuales, quibus eadem velut ὑπεροχαῖς sive praerogativis nonnullis caeteros homines antecellit: cujusmodi sunt:

a) ἀνυποστασία carentia propriae subsistentiae, divina filii Dei hypostasi, tanquam longe eminentiori, compensata. — Si humana Christi natura propriam retinuisset subsistentiam, duae in Christo forent personae adeoque duo mediatores contra 1 Tim. II, 5. Ratio est: quia persona per subsistentiam, ultimo completam, in esse suo formaliter constituitur, adeoque ex unitate subsistentiae unitas personae aestimanda est. Oportet igitur naturam alterutram ex his, quae in unam personam coalescunt, carere propria sua subsistentia: cumque divina natura, quae cum subsistentia sua realiter eadem est, carere eadem non possit, patet humanae naturae tribuendam esse carentiam propriae subsistentiae. Ifrån ἀνυποστασία har man att skilja ἐνυποστασία: Quen. ἀνυπόστατον est, quod per se et secundum propriam personalitatem non subsistit: ἐνυπόστατον vero, quod in alio subsistit et alterius hypostaseos particeps factum est. Quando ergo humana natura Christi dicitur ἀνυπόστατος, non aliud significatur, quam quod non per se et secundum se ipsam in propria personalitate subsistat: ἐνυπόστατος autem dicitur, quia alienae ὑποστάσεως particeps facta est et in λόγῳ subsistit. —

Holl. beswarar följande inkast: Dicis: si humana natura caret propria subsistentia, eadem imperfectior erit natura nostra ἀνθυποστάτῳ sive per se subsistente. Resp. Perfectio rei ex essentia, non ex subsistentia aestimanda est. — Och wigtig är denna anmärkning hos Gerh.: Quod quidam terminum a quo ἐνσαρκώσεως statuunt ἀνυποστασίαν carnis, quae intercesserit inter subsistentiam, qua massa illa, ex qua Christi corpus formatum, substitit ut pars virginis non propria et ipsa virginis subsistentia, et inter subsistentiam, qua natura humana ex massa sanctificata, per spiritus s. operationem formata, in primo incarnationis momento subsistere coeperit ipsa τοῦ λόγου subsistentia sibi communicata, illud non est accipiendum eo sensu, quasi caro Christi ullo unquam tempore prorsus ἀνυπόστατος fuerit; sed quod nostra ἐπινοίᾳ talis carnis ἀνυποστασία ante ejus in subsistentiam τοῦ λόγου receptionem non temporis, sed naturae ordine praevia statuitur. Caro illa et anima non erant prius unita in unam personam, sed tempore simul fuere carnis ex massa a spiritu s. segregata et sanctificata formatio, carnis illius formatae animatio, carnis formatae et animatae in subsistentiam λόγου assumtio, carnis formatae, animatae et subsistentis in utero virginis conceptio.

b) ἀναμαρτησία. Chemn. Ideo Mariae Gabriel dicit, spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi,

ut sanctum sit, quod ex te nascetur. Spiritus sancti igitur operatione effectum est, ut Maria virgo sine virili semine conciperet et gravida redderetur. Et illam massam, quam de Mariae carne et sanguine in illa conceptione filius Dei assumsit, spiritus s. ita sanctificavit et mundavit ab omni labe peccati, ut sanctum sit, quod nascitur ex Maria. Es. LIII, 9. Dan. IX, 24. Luc. I, 35. 2 Cor. V, 21. Hbr. VII, 26. 1 Petr. I, 19. II, 22. (Quen. ἀναμαρτησία dico inhaesiva, non imputativa; peccata enim nostra ipsi vere imputata sunt ipseque factus est pro nobis peccatum. 2 Cor. V, 21.)

c) Singularis animae et corporis excellentia. Quen.: Perfectio animae triplex, intellectus, voluntatis et appetitus (Holl. anima Christi primas tenet sapientiae Luc. II, 46. Joh. VII, 46. .. sanctitatis). Perfectio corporis: α) summa εὐκρασία, bona et aequabilis corporis temperies; β) ἀθανασία s. immortalitas (Holl. quae ipsi competit tum ob integritatem naturae impeccabilis Rom. VI, 23. tum ob vinculum unionis personalis indissolubile. Christus igitur ratione principii intrinseci est immortalis, quod autem mortuus est, hoc est a principio extrinseco et secundum voluntariam οἰκονομίαν Joh. X, 17. 18. Mansit tamen corpus Christi in morte libere suscepta ἄφθαρτον sive immune a corruptione Ps. XVI, 10. Act. II, 31); γ) summa formae elegantia ac venustas Ps. XLV, 3. (Holl. Conjicitur pulchritudo corporis Christi ex animae inhabitantis excellentia atque ex operatione immediata spiritus s., cujus ἐπελεύσει templum corporis Christi splendidissimum exstructum est. Quen.: Quod despectus et abjectus inter viros dicitur Es. LIII, 3. id ad deformitatem adventitiam ex vulneribus passionis pertinet).

6) Holl. Divina et humana naturae in una persona συνθέτῳ filii Dei existentes, unam eandemque habent hypostasin, modo tamen habendi diversam. Natura enim divina eam habet primario, per se et independenter; natura autem humana secundario, propter unionem personalem adeoque participative. —

7) Br. Unitio humanae naturae cum divina in eo consistit, quod naturae illae ita sunt conjunctae, ut fierent una persona. Likbetydande äro dessa uttryck: σάρκωσις, ἐνσάρκωσις, σαρκογεννησία, incarnatio, inhumanatio et incorporatio (ἐνανθρώπησις καὶ ἐνσωμάτωσις), assumtio (πρόςληψις).

Quen. Sedes fundamentalis hujus mysterii: Joh. I, 14. Gal. IV, 4. 1 Tim. III, 16. Hbr. II, 14. 16. Rom. XI, 5.

Definition: Holl. Incarnatio est actio divina, qua filius Dei naturam humanam, nobis consubstantialem, peccati vero expertem, propriaque subsistentia destitutam, in utero matris virginis Mariae in unitatem personae suae assumsit, eidemque tum hypostasin, tum naturam suam divinam communicavit, ut jam perpetuo in duabus naturis, divina et humana, arctissime unitis, subsistat Christus θεάνθρωπος. —

8) Gerh. Incarnationis opus commune dicitur toti trinitati, quoad actum, filio autem proprium, quoad carnis assumtae terminum, qui est λόγου ὑπόστασις; dicitur opus ad extra et

essentiale, sive toti trinitati commune, quoad effectionem seu productionem: opus ad intra et personale sive filio proprium, quoad terminationem s. relationem. Actus assumtionis procedit ex divina virtute tribus personis communi, terminus assumtionis est ὑπόστασις filio propria. — Pater misit filium in mundum. Spiritus s. superveniens guttas illas sanguinis sanctificavit, et a peccato mundavit, ex quibus corpus Christi formatum, ut quid ex Maria natum fuerit, sit sanctum ac divina virtute in beata virgine hoc operatus est, ut praeter naturae ordinem sine virili semine foetum conceperit. Filius descendit de coelo, obumbravit virginem, venit in carnem, factus caro, eidem participando, in ea se manifestando, eam in personae unitatem assumendo. (I Luc. I, 35 förstås: "med den Högstes kraft" isynnerhet Sonen). Holl. Obumbratio notat arcanam et admirabilem impletionem templi corporis, a spiritu s. exstructi. Nempe filius Dei obumbravit virginem Mariam, dum modo impervestigabili in uterum virginis descendit et massam sanguinis virgineam a spiritu s. excitatam, peculiari approximatione implevit sibique univit, ut σωματικῶς velut in proprio templo in ea habitaret. — Adpropriatur conceptio ϑεανϑρώπου spiritui s. Luc. I, 35. a) quia opus universum foecundationis ipsi adscribitur Gen. I, 2; b) ut puritas massae sanguineae, e qua crescit caro Christi, esset evidentior; c) ut sic eadem esset causa generationis Christi hominis et regenerationis nostrae, scil. spiritus s. Principium materiale idque totale conceptionis et productionis Christi hominis est Maria, virgo illibata Jes. VII, 14. e. regio Davidis stemate atque adeo e tribu Juda prognata (Luc. III. Act. II, 30). Principium materiale partiale et proximum est semen virginis Mariae animatum (Hbr. II, 14. 16).

9) Chemn. Non humana natura assumsit divinam, nec homo assumsit Deum, nec persona divina assumsit personam humanam: sed natura divina τοῦ λόγου seu Deus λόγος seu persona filii Dei, subsistens ab aeterno in divina natura, assumsit in plenitudine temporis certam massam humanae naturae, ut ita sit in Christo natura assumens scil. divina et natura assumta scil. humana. Est autem alias semper humana natura alicujus certi individui natura, cujus proprium est subsistere in certa aliqua hypostasi, quae proprietate quadam characteristica distincta est a reliquis ejusdem naturae hypostasibus. Ita quisque homo habet proprium corpus et propriam animam. In Christo vero incarnata divina quidem natura ante hanc unionem per se substitit et quidem ab aeterno. Non autem ita massa illa naturae assumtae ante hanc unionem per se substitit, ita ut ante hanc unionem fuerit certi alicujus et distincti individui proprium corpus, et propria anima h. e. peculiaris et in se subsistens persona, quam postea filius Dei assumserit. Sed in ipsa conceptione massam illam humanae naturae filius Dei in suae personae unitatem, ut in ea subsistat et sustentetur, assumsit et assumendo propriam sibi fecit, ita ut corpus illud non sit alterius individui seu alterius personae, sed ipsius filii Dei proprium corpus et anima illa ipsius filii Dei propria sit anima. — Communicatio hypostaseos sive subsistentiae utgår således ifrån λόγος: Holl. Comm. hypost. est, qua filius Dei assumtae humanae naturae, propria personalitate destitutae, divinam suam ὑπόστασιν ad communionem et participationem vere et

realiter contulit ut eadem terminetur, in subsistendo compleatur atque in esse ultimo hypostatico constituatur.

10) Quen. Habet vero horum duorum extremorum (divinae et humanae naturae) unum rationem agentis seu perficientis, alterum vero rationem patientis et perfectibilis. Illud Dei filius est, seu persona *λόγου* simplex, sive quod idem est, natura divina hypostasi *λόγου* determinata; hoc natura humana est. . . Illud extremum est principium activum *περιχωρήσεως*, quod agit et perficit, hoc principium passivum ejusdem *περιχωρήσεως*, quod perficitur seu perfectiones recipit. Kg. *περιχώρησις*, immixtio, permixtio activa ea est, qua natura divina *τοῦ λόγου* perficiens intime et circumcirca pervadit humanam naturam eique toti se totum, totalitate scilicet et perfectione essentiae, communicat. Col. II, 9. Men deß werkan är den, att plenitudo divinitatis innebor i den menskliga naturen och att de båda naturerna äro sibimet ipsae invicem praesentissime praesentes.

11) Gerh. Status unionis proprie et specifice vocatur unio, *ἕνωσις ὑποστατική* estque arctissima duarum naturarum distinctarum in una persona sibi invicem praesentissima *περιχώρησις*, impermixta et inconfusa immixtio, propter quam una natura non est extra aliam, nec salva personae unitate esse potest. Discrimen inter unionis statum et actum tale statuitur, quod actus transeat, status vero permaneat, quodque actus sit personae simplicis i. e. *τοῦ λόγου*, qui ante incarnationem fuit simplex persona, in naturam scil. humanam: status vero sit inter duas naturas, divinam et humanam, in *ὑποστάσει συνθέτῳ*; quod actus consistat in humanitatis assumtione, in primo incarnationis momento facta; status vero in ipsa arctissima naturarum cohaesione perpetuo durante.

Quen. Formale hujus unionis personalis: a) unius ejusdemque hypostaseos participatio seu communio. 1 Tim. II, 5; b) personalis intimaque ac perpetua naturarum ad se invicem praesentia Joh. I, 14. Col. II, 9.

12) Form. conc. VIII, 6. Etsi filius Dei per se integra et distincta divinitatis aeternae persona est adeoque verus, substantialis, perfectus Deus cum patre et spiritu s. ab aeterno fuit, quod tamen humanam naturam in unitatem suae personae assumserit, non ita quasi duae jam in Christo personae aut duo Christi facti sint; sed quod Christus Jesus jam in una persona simul verus sit aeternus Deus ab aeterno ex patre genitus et verus homo. . .

Chemn. Ad specificam differentiam hypostaticae unionis pertinet, quod duae illae naturae copulantur et uniuntur ad constituendum unum in Christo incarnato *ὑφιστάμενον* h. e. illa unione naturam assumtam inseparabiliter ita propriam factam esse personae verbi assumentis, quod licet duae sint et maneant naturae in Christo sine confusione et conversione, salva differentia et naturarum et proprietatum essentialium, non tamen duo sed unus sit Christus.

Derföre kallas Christus efter unitionen en persona *σύνθετος*. Gerh.: Dicitur autem hypostasis *σύνθετος*, non quod in se ac per se

se alterationem quandam et simplicitatis suae excidentiam passa, fuerit composita, sed quia post incarnationem est duarum naturarum hypostasis, cum antea solius divinae naturae hypostasis fuerit. Persona τοῦ λόγου ante incarnationem αὐτοτελεστάτη fuit et simplex ὑπόστασις, in natura tantum divina subsistens; per incarnationem facta est ὑπόστασις σύνθετος, constans simul divina et humana natura atque ita ad integritatem personae Christi jam incarnati non modo divina sed etiam assumta ejus humana natura pertinet. — Quia hypostasis λόγου facta est carnis hypostasis, ideo carni ὑπόστασις λόγου est communicata (hwaraf fäledes ἐνυποστασία humanae naturae följer).

13) Gerh. Neque enim pars parti, sed totus λόγος toti carni et tota caro toti λόγῳ est unita; ideo propter ὑποστάσεως ταυτότητα καὶ τῶν φύσεων εἰς ἄλληλα περιχώρησιν λόγος ita praesens est carni et caro ita praesens est τῷ λόγῳ, ut nec λόγος sit extra carnem nec caro extra λόγον, sed ubicunque est λόγος, ibi etiam praesentissimam sibi habet carnem, quippe quam in personae unitatem assúmsit: et ubicunque est caro, ibi praesentissimum sibi habet τὸν λόγον, quippe in cujus hypostasin est assumta. Quemadmodum λόγος non est extra suam deitatem, cujus est hypostasis: sic etiam non est extra suam carnem, essentia quidem finitam, in λόγῳ tamen personaliter subsistentem. Ut enim τῷ λογῷ propria est sua deitas per aeternam a patre generationem: sic eidem τῷ λόγῳ propria facta est caro per unionem personalem. Form. conc. VIII, 11.

14) Form. conc. VIII, 7. Credimus jam in una illa indivisa persona Christi duas esse distinctas naturas, divinam videlicet, quae ab aeterno est et humanam, quae in tempore assumta est, in unitatem personae filii Dei. Et hae duae naturae in persona Christi nunquam vel separantur vel confunduntur, vel altera in alteram mutatur: sed utraque in sua natura et substantia seu essentia (in persona Christi) in omnem aeternitatem permanet. Credimus . . . quod ut natura utraque in sua natura et essentia inconfusa manet, neque unquam abolctur; ita etiam utraque natura suas naturales essentiales proprietates retineat neque in omnem aeternitatem eas deponat. . .

15) Gerh. Modus unionis hujus est mirabiliter singularis ac singulariter mirabilis, omnium non modo hominum sed etiam angelorum captum transcendens, unde ὁμολογουμένως μέγα μυστήριον vocatur. — Modi unionis varii sunt ac diversi, qui a personalis unionis modo removendi. Ut enim pii veteres dicunt, melius sciri ac dici posse, quid non sit Deus, quam quid sit, ita quoque de divina et supernaturali illa duarum naturarum in Christo unione vere pronuntiare possumus, quod facilius dici possit, quis non sit ejus modus, quam quis sit.

Utur den H. Skrift rättfärdigar Gerh. den dogmatiska uppfattningen i följande: Dicta scripturae, quae de unione duarum in Christo naturarum loquuntur, potiora haec sunt: Joh. I, 14. Col. II, 9. 1 Tim. III, 16. Hbr. II, 14—16. Haec omnia cum sint parallela, ideo in explicatione unionis perpetuo conjungenda. Verbum caro factum

a Johanne dicitur; sed ne quis cogitaret, verbum ita carnem esse factum, sicut aqua factum est vinum, ideo Paulus dicit, quod Deus i. e. Dei filius in carne sit manifestatus, et quod carni et sanguini κεκοινώνηκε. Jam vero κοινωνία est ad minimum inter duo distincta, alias esset μεταβολὴ καὶ σύμφυσις. Deus dicitur in carne manifestatus apud apostolum; sed ne quis cogitaret, esse talem φανέρωσιν, qualis fuit in V. T. quando vel Deus ipse vel angeli in figuris externis apparuerunt, ideo Johannes dicit. quod ὁ λόγος sit caro factus i. e. quod carnem in suam hypostasin ita assumserit, ut nunquam eam in posterum deponat. Filius Dei dicitur assumsisse semen Abrahae; sed ne quis cogitaret, esse talem assumtionem, qualis fuit ea, quando angeli figuras corporeas ad tempus assumserunt, ideo dicitur quod perinde, ut pueri communicent carni et sanguini, ita quoque iisdem participaverit. Jam vero constat, pueros eo modo communicare carni et sanguini, ut caro et sanguis sive natura humana nascendo ipsis a parentibus communicetur. Describitur unio ab apostolo per κατοίκησιν λόγου in assumta carne, sed ne quis cogitaret, filium Dei eo modo habitare in assumta carne, quo modo habitat Deus per gratiam in cordibus fidelium, ideo notanter addit, quod πᾶν πλήρωμα τῆς θεότητος in assumta carne habitet et quidem σωματικῶς, corporaliter, ut habitaculum denotetur vel personaliter, ut unionis modus exprimatur.

Proprietates negativae blifwa af DD. på olika sätt uppgifne. Utom de i texten afgifne äro deßa de förnämste: Unio facta est a) ἀσυγχύτως, inconfuse; b) ἀτρέπτως, inconvertibiliter; c) ἀδιαιρέτως, indivise; d) ἀχωρίστως, inseparabiliter; e) ἀναλλοιώτως, immutabiliter; f) ἀδιαλύτως, indissolubiliter; g) ἀδιαστάτως, indistanter. Eller: icke τοπικῶς, ut olim in templo Hierosolymitano; icke ἐνεργητικῶς, ut in creaturis; icke χαριέντως, ut in sanctis; icke δοξαστικῶς, ut in beatis et angelis.

§. 33. **Communio naturarum — propositiones personales — communicatio idiomatum. —**

Om nu genom unio personalis den gudomliga naturens hypostas äfwen är worden den menskliga naturens, och således icke mera endast en gudomlig, utan en gudomlig och en menskelig natur måste tilläggas återlösarens person; så är ock dermed gifwen en werklig, inbördes gemenskap mellan båda naturerna, i följd hwaraf de icke stå blott uti ett yttre förhållande till hwarandra. Ty då den gudomliga naturens hypostas icke wäsendtligen är skiljd ifrån sjelfwa denna natur; men denna hypostas har meddelat sig åt den menskliga naturen; så följer deraf, att ett sant och werkligt meddelande och inbördes förbindelse äfwen äger rum mellan den gudomliga och menskliga naturen [1]). Den första

werkan af unio personalis är således communio (äfwen communicatio) naturarum, quae est arctissima et intima divinae naturae τοῦ λόγου et humanae assumtae κοινωνία et συνδύασις, per quam ὁ λόγος humanam naturam personaliter sibi unitam intima et profundissima περιχωρήσει permeat, perficit, inhabitat, sibique appropriat, ut ex utraque sibi invicem communicante fiat unum incommunicabile, una scilicet persona. Quen. Men likasom uti sjelfwa föreningens act den gudomliga naturen måste betraktas såsom den ensamt activa och det gudomliga λόγος betraktas såsom den der har antagit den menskliga naturen; så måste också gemenskapen mellan de båda naturerna sinsemellan sålunda närmare bestämmas, att activa förhållandet mellan de båda naturerna närmast utgår ifrån den gudomliga naturen, och att hon är den, som genomtränger den menskliga [2]). Men att härom winna en adaequat föreställning blifwer för oß lika så swårt, som wid unio personalis, och wi måste nöja oß med analogier, hwilka åtminstone approximatiwt gifwa en slags föreställning derom. Sådana finna wi i förbindelsen och medwerkan mellan själ och kropp; i det förhållande, hwari de 3 personerna i Gudomen stå till hwarandra, eller i det mellan elden och det glödgade jernet. Likasom själ och kropp icke stå i ett sådant yttre förhållande till hwarandra, såsom t. ex. menniskan till klädningen, hwilken hon bär; eller såsom engelen till kroppen, hwari han uppenbarar sig; utan likasom förbindelsen mellan själ och kropp är en werklig, innerlig och fullkomlig; så förhåller det sig ock med förbindelsen och wexelwerkan mellan de båda naturerna. Såsom själ och kropp äro oåtskiljaktigt förenade med hwarandra och utgöra en menniska; så äro ock den menskliga och gudomliga naturen oskiljaktligt med hwarandra förenade. Såsom själen inwerkar på kroppen och är förenad med honom, utan att någon förblandning mellan dem båda äger rum; utan själen fastmera alltid förblifwer själ och kroppen kropp; så bör ock wexelförhållandet mellan de båda naturerna uppfattas på det sätt, att hwar och en förblifwer i sin fulla integritet. Och slutligen likasom själen aldrig är utan kroppen; så är ock λόγος alltid i köttet och kan aldrig tänkas såsom warande utan detsamma [3]).

Finnes nu werkligen en sådan communio naturarum; så följer deraf:

I. Att de båda naturerna äfwen måste kunna ömsesidigt praediceras om hwarandra; att det lika wäl måste kunna sägas: "menniskan (Jesus Christus) är Gud", som: Gud är menniska. Men deßa uttryck hafwa dock naturligtwis icke den mening, att Gud, under det han är worden menniska, har upphört att wara Gud; utan fastmer, att densamme Christus, som är Gud, äfwen tillika är menniska. **Filius Dei personaliter idem est, qui filius hominis et filius hominis personaliter idem est, qui filius Dei. Holl.** Således tillkommer praedicatet menniska lika mycket subjectet Gud, som praedicatet Gud tillkommer subjectet menniska [4]). Ty wille man icke tillåta sådana uttryck, så skulle man dermed förråda, att man i stället för de twå naturerna i Christo fastmera tänkte sig 2 personer, af hwilka hwardera förblefwe hwad han ursprungligt war, och detta wore en Nestoriansk willfarelse. Således följa ur **communio naturarum propositiones personales** d. ä. **ejusmodi enunciationes, in quibus concretum unius naturae (unitae) praedicatur de concreto alterius naturae h. e. duo illae** *ἀληθῶς* **disparatae essentiae, divina et humana de se invicem vere et realiter, sed modo prorsus singulari ac inusitato, in concreto enunciantur ad exprimendam unionem personalem** [5]). För att förekomma alla falska uppfattningar af deßa **propositiones personales** kunna desamma äfwen närmare bestämmas så, att de äro: 1) icke **mere verbales**, d. ä. de äro icke så att förstå, som blotta namnet, men icke det dermed antydda wäsendet skulle kunna sägas om subjectet, såsom Nestorius gjorde, då han om Marias son sade, att han wore Guds son; hwarmed han blott wille tillägga subjectet liksom en titel, men på intet sätt wille medgifwa, att densamme, som är Marias son, äfwen werkligen wore Guds son. 2) Icke identicae, så som om praedicatet, hwilket uttalas om subjectet, skulle wara identiskt med detsamma, och blott innehålla ett antagande af subjectet, såsom det sker då, när satsen: Guds son är Marias son, så utlägges: menniskan, som är förenad med Guds son, är Marias son. 3) Icke impropriae aut tropicae, som skulle uti praedicatet, hwilket säges om subjectet, icke detsammas wäsende ocksä tilläggas subjectet; utan som wore blott skilda egenskaper i detta praedicat tillegnade subjectet, så att det i oegentlig mening skulle sägas, att Gud är menniska, och detta wara så att förstå, som då det säges om en målning: det är en man, en hustru. 4) Icke essen-

tiales et univocae, som skulle subjectet till sitt wäsende wara det, som praedicatsatsen utsäger om detsamma (Gud är mennifka, skulle då betyda: Guds wäsende är det, att det är menniskans wäsende). — **Propositiones personales** äro fastmera.

1) **reales**, d. ä. det som warder sagdt om subjectet tillkommer det ock werkligen;
2) **inusitatae et singulares**, ty såsom **unio personalis** är utan något exempel; så kunna ock **propositiones pers.** icke jemföras med något annat.

Men af **communio naturarum** följer

II. Att äfwen en wexelwerkan äger rum mellan naturerna inbördes, och mellan naturerna och personen [6]). Denna framställes uti läran om **Communicatio idiomatum; per quam fit ut ea, quae, duabus naturis inter se comparatis, ad unam earum per se et formaliter pertinent, alteri etiam naturae revera competant (vel respectu concretorum, vel in ordine ad naturam ipsam in abstracto spectatam. Br.** [7]). Enligt denna lära kan således hwarken en egenhet utsägas om den ena af de båda naturerna, hwilken icke skulle wara hela personens egenhet, eller kan endera af de båda naturerna någon werkan eller handling tilläggas, hwari icke äfwen den andra naturen skulle hafwa del; dock naturligtwis icke på det sätt, som om tillika med egenskaperna eller den ur dem härledda werkan, äfwen det dem till grund liggande wäsendet skulle öfwergå till den andra naturen [8]). I följd deraf äger en **comm. idiomatum** rum mellan naturerna och personen, och mellan naturerna inbördes [9]). Men derföre förekomma ock åtskilliga slag af **communicatio idiomatum.** Wi räkna blott trenne sådana (emedan blott så många uttryckligen förekomma i den H. Skrift [10]), nemligen **Genus idiomaticum, majestaticum** och **apotelesmaticum.**

I. Genus. Då nu de båda naturerna werkligen äro förenade till en person, så måste ock hwart och ett **idioma**, som tillkommer den ena af de båda naturerna, sägas om hela personen; måste öfwerhufwud den gudomliga naturens **idiomata** lika mycket, som den menskligas tillhöra återlösarens person. Då således födelsen eller lidandet är ett den menskliga naturens idiom; så måste man lika wäl kunna säga: "Christus, Gudamenniskan är född, har lidit",

som det om honom säges: "genom honom äro alla ting skapade", ehuru skapandet är ett den gudomliga naturens idioma [11]). Ty wille man icke medgifwa, utan påstå, att ett den menskliga naturens idiom blott finge sägas om concretum af den menskliga naturen och att den gudomliga naturens idiom blott finge sägas om concretum af den gudomliga naturen; så att dermed blott skulle uttryckas: "menniskan Jesus Christus är född". "Genom Christum, som är Gud, äro alla ting skapade"; så skulle unio personalis blifwa upphäfd, och det synas, som om icke 2 naturer, utan 2 personer antogos [12]). Men just deruti wisar sig unio personalis såsom werklig, att alla idiomata, hwilka tillhöra den ena eller andra naturen, i lika grad äro personens idiomata. — Då det widare i kraft af communio naturarum och de deraf följande propositiones personales är alldeles ett och detsamma, om man kallar Christus efter båda sina naturer, eller efter en af desamma; så kan äfwen ett idiom för endera af de båda naturerna lika wäl sägas om concretum af den ena, som andra naturen. Således kan man lika wäl begagna sig af uttrycket: "Gud är död" som af det: "menniskan Christus är allsmäktig [13]).

Men under det således de båda naturernas idiomata blifwa tilldelade concretum af båda naturerna (Christo, Gudamenniskan) eller concretum af endera af dem (Gud, Jesus Christus); så följer dock deraf ingalunda, att derföre den ena naturens idiomata skulle blifwa den andres, ty de båda naturerna förändra sig icke till sin substans genom unio personalis, och derföre måste ock hwardera af de båda naturerna behålla för sig sina wäsendtliga och naturliga idiomata. Således blott om personen kunna utan widare åtskilnad lika wäl den ena, som den andra naturens idiomata anwändas. Men ingalunda kan detta sägas om de båda naturerna ömsesidigt i den mening, som om af dem båda icke mera hwardera enskild skulle behålla sina wäsendtliga idiomata [14]). För att förekomma ett sådant mißförstånd, blifwer det wanligen wid en sådan utsägo serskildt anmärkt, ifrån hwilken natur de personen tillagde idiomata härleda sig [15]).

Allmän definition: **Primum genus communicationis idiomatum est, quando propria divinae vel humanae naturae vere et realiter tribuuntur toti personae Christi, ab alterutra vel utraque natura denominatae. Quen.** [16]).

Sednare DD. delade detta genus i 3 species, allt efter som de serskilda idiomata woro tillagde concretum af den gudomliga naturen, eller concretum af den menskliga naturen eller concretum af båda naturerna. Dessa species äro: a) ἰδιοποίησις, seu οἰκείωσις, appropriatio, quando idiomata humana de concreto divinae naturae enuntiantur. Act. III, 15. c. XX, 28. 1 Cor. II, 8. Gal. II, 20; b) κοινωνία τῶν θείων, quando de persona verbi incarnati ab humana natura denominata, idiomata divina ob unionem personalem enuntiantur. Joh. VI, 62. VIII, 58. 1 Cor. XV, 47; c) ἀντίδοσις s. συναμφοτερισμὸς, alternatio seu reciprocatio, qua tam divina quam humana idiomata de concreto personae sive de Christo ab utraque natura denominato praedicantur. Hbr. XIII, 8. Rom. IX, 5. 2 Cor. XIII, 4. 1 Ptr. III, 18. —

II. Genus. Då det gudomliga λόγος har i sig upptagit den menskliga naturen, så att genom unio personalis den gudomliga naturens hypostas äfwen är worden den menskligas; så är det widare en naturlig följd deraf, att äfwen den menskliga naturen i och med detsamma blifwit delaktig af den gudomliga naturens egenskaper [17]. Ty genom unio personalis har icke allenast personen, utan då person och natur icke låta skilja sig, äfwen den gudomliga naturen kommit i förbindelse med den menskliga; hwadan följer, att de gudomliga egenskaperna blefwo meddelade åt den menskliga naturen i samma ögonblick, då λόγος förenade sig med den menskliga naturen [18]. Men här finner ingen wexelwerkan rum. Ty wäl kan den menskliga naturen blifwa delaktig af den gudomligas idiomata och således erhålla en tillwext till sina wäsendtliga idiomer; men icke twertom, emedan den gudomliga naturen är till sitt wäsende oföränderlig och icke i stånd af någon tillökning [19]. Slutligen äro de egenheter, hwilka i kraft af unio personalis och communio naturarum blifwa den menskliga naturen meddelade, werkligen gudomliga, och således noga att skilja ifrån de serskilda menskliga företräden, hwilka utmärka den menskliga naturen, som λόγος antagit, framför andra menskliga naturer [20].

Definition: Secundum genus communicationis idiom. est, quo filius Dei idiomata divinae suae naturae assumtae humanae naturae propter unionem personalem

vere et realiter communicavit ad communem possessionem, usurpationem et denominationem [21]). Holl.

III. Genus. Hela ändamålet med Christi menniskoblifwande är inget annat än det, att Christus, förenad med den menskliga naturen, fullbordar återlösningswerket. Af de båda naturernas inbördes förbindelse, hwilken genom unio personalis är ingången, följer äfwen, att alla werkningar, hwilka utgå ifrån Christus, icke ensidigt kunna blifwa hänförde till endera af de båda naturerna [22]). Werkningen utgår wäl ifrån en af de båda naturerna, och hwardera af dem båda fullbringar den henne egendomliga werkningen, men på det sätt, att, under yttringen af en sådan handling å den ena naturens sida, dock den andra naturen icke är sysslolös, utan tillika werksam; så att, under det den menskliga naturen lider, den gudomliga, som wißerligen icke kan lida, dock bistår den menskliga, ger henne krafter och styrka att uthärda den förelagda bördan [23]). Således får icke den menskliga naturen tänkas såsom allena werksam genom sina wäsendtliga egenheter; utan till deßa komma äfwen i kraft af det andra genus comm. id. de henne meddelade gudomliga egenskaperna, med hwilka hon werkar [24]). Ty den gudomliga naturen skulle icke ensam för sig kunnat gifwa en lösepenning för werldens försoning; utan hon måste derföre wara förenad med den menskliga naturen, hwilken, bestående af kropp och själ, kunde utgifwas till werldens frälsning; och å andra sidan skulle den menskliga naturen icke kunnat åstadkomma mycket (t. ex. Under m. m.) om icke hennes egenheter hade erhållit en tillwext, derigenom att den gudomligas tillkommo [25]).

Definition: Tertium genus comm. id. est, quo in operibus officii utraque natura agit, quod sibi proprium est, cum communicatione alterius. 1 Cor. XV, 3. Gal. I, 4. III, 17. Eph. V, 2. [26]). Grh.

1) Quen. Si hypostasis τοῦ λόγου vere et realiter est assumtae carni communicata, utique inter divinam et humanam naturam assumtam est vera et realis communicatio, cum ὑπόστασις τοῦ λόγου et divina natura τοῦ λόγου non differant realiter. Sed illud est, ergo et hoc. Form. conc. VIII, 14. De hac autem hypostatica unione non ita sentiendum est, quasi duae illae naturae, divina et humana eo modo unitae sint, quo duo asseres conglutinantur, ut realiter seu re ipsa et vere nullam prorsus communicationem inter se habeant. Hic enim Nestorii et Samosateni error est et haeresis, qui haeretici senserunt atque docuerant, duas naturas

separatim seu seorsim se habentes et omni modo ad invicem seu inter se incommunicabiles esse. Hoc falso dogmate naturae separantur et duo Christi finguntur, quorum unus sit Christus, alter vero Deus λόγος, qui in Christo habitet.

2) Holl. Communio naturarum in persona Christi est mutua divinae et humanae Christi naturae participatio, per quam natura divina τοῦ λόγου particeps facta humanae naturae, hanc permeat, perficit, inhabitat sibique appropriat; humana vero particeps facta divinae naturae ab hac permeatur, perficitur atque inhabitatur.

Br. Ex unione personali communicatio naturarum fluit, per quam fit, ut humana natura filii Dei et divina natura filii hominis natura sit. Ad quam designandam vox περιχωρήσεως, quae nativa significatione penetrationem aut alterius in altero existentiam denotat, adhiberi coepit: ita quidem ut divina natura active diceretur penetrare, humana natura passive penetrari. — Quod tamen intelligendum est remotis imperfectionibus. Non enim ita penetrat natura divina humanam, ut successive unam ejus partem post alteram occupet et extensive se per eam diffundat; sed quia spiritualis et indivisibilis est, simul tota actuat et perficit quamlibet naturae humanae partem et naturam totam, estque et manet tota in humana natura tota et tota in qualibet ejus parte. Huc pertinet locus Col. II, 15.

Holl. Non est quidem περιχώρησις terminus biblicus; attamen ecclesiasticus et tum potissimum usurpari coepit, cum Nestorius communionem naturarum negavit. Non intellexerunt autem περιχώρησιν localem et quantitativam, quemadmodum hydria dicitur χωρεῖν aquam, sed illocalem et metaphorice dictam. Alsſo: περιχώρησις notat: 1) unionem personalem esse intimam et perfectissimam; 2) communionem naturarum esse mutuam; 3) unionem et communionem naturarum in Christo personalem esse ἀχώριστον, inseparabilem; 4) unionem et communionem naturarum esse ἀσύγχυτον, ἄμικτον, καὶ ἄτρεπτον i. e. nullam inferre confusionem, mixtionem aut transmutationem.

3) Form. conc. VIII, 19. Et quidem erudita antiquitas unionem hypostaticam et naturarum communicationem similitudine animae et corporis, item ferri candentis, aliquo modo declaravit. Anima enim et corpus (quemadmodum etiam ignis et ferrum) non tantum per phrasin aut modum loquendi, aut verbaliter, sed vere et realiter communicationem inter se habent: neque tamen hoc modo confusio aut naturarum exaequatio introducitur, qualis fieri solet, cum ex melle et aqua mulsum conficitur; talis enim potus non amplius aut aqua est mera aut mel merum, sed mixtus quidam ex utroque potus. Longe certe aliter se res in illa divinae et humanae naturae unione (in persona Christi) habent: longe enim sublimior est et plane ineffabilis communicatio et unio divinae et humanae naturae in persona Christi. . .

4) Gerh. Propositionum personalium origo et fundamentum solum atque unice consistit in unione personali et communicatione naturarum, a qua unice et immediate profluunt, ex qua etiam unice aestimandae et explicandae sunt. Quia enim humana et divina in Christo natura sunt personaliter unitae, quia duabus illis

naturis personaliter unitis intima περιχώρησις intercedit, ut divina natura τοῦ λόγου non subsistat extra assumtam humanam nec assumta humana natura subsistat extra divinam, inde atque ideo Deus est homo et homo est Deus. Quia λόγου ὑπόστασις non tantum divinae suae naturae, sed etiam humanae est ὑπόστασις, ideo Deus est ac dicitur homo. Quia humana natura assumta ipsa τοῦ λόγου ὑποστάσει subsistit, ideo homo est ac dicitur Deus.

Bibl. exempel: Es. XXIII, 5. XXXIII, 16. Mtth. XX, 42–45. Luc. XX, 44. Ps. CX, 1. 2 Sam. VII, 19. Es. IX, 6. Mtth. I, 21. 22. XVI, 13. 16. Luc. I, 35. II, 11. 1 Cor. XV, 47.

5) a. Uttrycket concretum begagnas då, när det sökes en personlig beteckning för Christus, såsom warande i twå naturer. Tages denna personliga beteckning för endera af hans båda naturer, så kallas densamma concretum naturae; och således, då Christus är i 2 naturer, är det concretum naturae divinae, då denna beteckning är lånad ifrån den gudomliga, och concr. naturae humanae, då den är hemtad ifrån den menskliga naturen. Till den förra claßen höra beteckningarne: Gud, Guds son m. fl.; till den andra: menniskan, menniskones son, Marias son. Holl. Concretum naturae est vox, qua significatur natura cum connotatione ὑποστάσεως. Br. Per concr. intelligitur vox, quae suppositum in casu recto, naturam in casu obliquo significat. Sic Deus denotat suppositum, habens divinam naturam: homo denotat suppositum, habens humanam naturam. Ifrån concr. naturae är äfwen att skilja concr. personae, hwilket uttryck då brukas, när den personliga beteckningen icke så mycket är tagen ifrån endera af de båda naturerna, som då den fastmera tjenar dertill att genom ett annorstädes ifrån hemtadt uttryck beteckna denna bestämda person, i hwilken de båda naturerna äro förenade till en person. Br. Concr. personae vox aut nomen ejusmodi, quod personam, utraque natura constantem, formaliter significat v. gr. Christus, Messias, Immanuel, quae nomina in casu recto suppositum; in casu obliquo neutram naturam solam, sed potius utramque significant. — I närwarande fall kommer blott concr. naturae att anwändas; ty här är fråga blott om de fall, i hwilka naturernas gemenskap äfwen skall uttryckas uti deras personliga beteckningar. Till propos. personales i egentlig mening höra således icke de propos., i hwilka ett concretum naturae praediceras om concr. personae, såsom det sker i deßa satser: Christus är Gud, är menniska, är Gudamenniska. Gerh. Quia hae propositiones non tam personae unitatem, quem naturarum in Christo dualitatem praecise et formaliter exprimunt; inde enim atque ideo Christus est et dicitur homo, quia in ipso est natura humana, inde atque ideo est et dicitur θεάνθρωπος, quia in ipso est non solum humana, sed etiam divina natura.

Widare förstås det af sig sjelft, att deßa propos. blott kunna brukas med förutsättning af unio personalis och icke gälla i allmänhet; derföre säger Holl. Si extra unionem personalem spectantur divina et humana natura, vel Deus et homo, disparata sunt nec unum de altero affirmari potest. Sicut enim non possum dicere: leo est equus, ita dicere nequeo: Deus est homo. Si autem unio intercedat inter Deum et hominem et quidem realis unio, qualis intercedit in Christo inter divinam et humanam naturam, recte de se invicem praedicari possunt in concreto. Ratio est, quia per unionem duae na-

turae constituunt unam personam, et quodlibet concretum naturae significat illam ipsam personam. Quoniam ergo homo Christus idem ille est, qui Deus est, vel haec persona, quae Deus est, illa ipsa persona est, quae homo est, recte etiam dicitur: homo est Deus et Deus est homo.

b. Äntligen kan icke detsamma gälla om abstracta naturae (abstractum est, quo natura quidem, non autem respectu unionis, sed in se ipsa et ab unione seu concretione (non re ipsa tamen, verum mente tantum) abstracta consideratur. Hfrffr.) som om concreta naturae. Man kan således icke säga: Deitas est humanitas, humanitas est Deitas. Quen. Ratio est, quia unio non est facta ad unam naturam, sed ad unam personam σύνθετον, salva naturarum differentia, ideo non una natura in abstracto praedicatur de altera, sed concretum unius naturae praedicatur de concreto alterius naturae. —

6) Gerh. Quidquid in assumtione naturae humanae venit sub unionem, illud etiam venit sub communicationem. Jam vero idiomata veniunt sub unionem, quia nulla natura destituitur suis proprietatibus, cum natura, carens proprietatibus, careat etiam existentia, ac naturae duae in Christo unitae sunt non nudae sive exutae suis proprietatibus, sed integrae sine defectu, nullam propriorum excidentiam passae. Ergo etiam idiomata veniunt sub communicationem.

Holl. Nulla unio perfecta et perichoristica sine communicatione idiomatum esse potest, uti exempla corporis animati ostendunt. Unionem parastaticam duorum asserum fieri sine communicatione idiomatum faciles largimur, eo quod ille gradus unionis est infimus atque imperfectus. At vero, definiente scriptura, unio personalis duarum in Christo naturarum est absolutissima, perfectissima et perichoristica: ergo sine communicatione idiomatum esse nequit. — Äfwen så kan man härleda bewiset ur communio naturarum, hwilken lika myeket har till sin nödwändiga följd communicatio idiomatum, som unio personalis.

7) Holl. Communicatio idiomatum est vera et realis propriorum divinae et humanae naturae in Christo θεανθρώπῳ, ab alterutra vel utraque natura denominato, participatio ex unione personali resultans.

Förklaring öfwer de enskilda begreppen af communicatio och idioma:

a) Gerh. Communicatio est unius, quod pluribus commune est, in plura illa, quae id commune habent, distributio. Quen.: Non quod ἰδιώματα κοινὰ, communia evadant, sed quod fiant κοινωνητά per et propter unionem personalem.

b) ἰδίωμα, latine proprium: Quen.: Per ἰδιώματα intelliguntur illae naturarum proprietates et differentiae, quibus tanquam notis et characteribus quibusdam duae naturae (in veritate personae) a se invicem discernuntur et dignoscuntur. Sumitur vox ἰδιωμάτων vel stricte pro ipsis proprietatibus naturalibus vel late, quatenus ipsas etiam operationes, per quas proprietates proprie dictae sese exerunt, comprehendit; hoc loco in latiori

significatu accipiuntur propria seu idiomata, ita ut propter proprietates stricte dictas etiam actiones et passiones ἐνεργήματα καὶ ἀποτελέσματα ambitu suo comprehendat, quia idiomata per ἐνεργείας et ἀποτελέσματα se exerunt. Gerh. Observa: aliam esse notionem idiomatum divinorum, aliam humanornm. Divinae naturae idiomata sunt ipsa τοῦ λόγου essentia et ab ea realiter non distinguuntur. Humanae naturae idiomata sunt non constitutiva, sed consecutiva essentiae. Om den rätt, hwarmed denna lära blifwit uppstäld, Holl.: Phrasis haec, communicatio idiomatum, sacris in literis αὐτολέξει non reperitur, res tamen ipsa clarissima habet scripturarum fundamenta. Nam quoties carni Christi actiones et opera omnipotentiae scriptura assignat, toties per consequentiam omnipotentia ipsi tribuitur tanquam actus primus, a quo ἐνέργεια divina velut actus secundus manat. — Quamvis autem a Scholasticis primum dicta sit communicatio idiomatum; orthodoxa tamen antiquitas in certaminibus cum Nestorio et Eutyche aeque pollentes loquendi formulas adhibuit. Den första fullständiga utbildningen af denna lära återfinnes hos Chemniz i hans bok: de duabus naturis in Christo 1690.

8) För att förekomma ett sådant mißförstånd, läres det uttryckligen att det icke är en communicatio κατὰ μέθεξιν seu essentialis, qua unum in alterius essentiam ac definitionem transit, utan en comm. κατὰ συνδύασιν h. e. talis communicatio duarum naturarum, per quam alterum unitorum cum altero ita connectitur, ut, essentia distincta manente, alterum alterius proprietatem, vim et efficaciam per et propter communionem factam sine omni confusione vere accipiat et induat (Quen.). Så blifwa äfwen än widare bestämningar gifne, likasom wid unio personalis. Gerh. Ut unio non est essentialis nec verbalis tantum, nec per σύγχυσιν vel ἀλλοίωσιν, vel μίξιν vel παράστασιν nec est προςωπικὴ vel sacramentalis; ita quoque communicatio talis non est.

9) Gerh. Communicatio idiomatum est naturae ad personam, vel naturae ad naturam.

Hfrffr. Communicatio id. est divinarum humanarumque proprietatum vera et realis participatio, qua propter unionem duarum naturarum in Christo hypostaticam non tantum utriusque naturae idiomata personae, (quae simul Deus et homo est) verum etiam alterutrius naturae propria, alteri, h. e. λόγῳ humana, et assumto homini divina attribuuntur. Et propter eandem κοινωνίαν unaquaeque natura operatur cum communicatione alterius, naturis tamen earumque proprietatibus servatis illaesis.

10) Quen. Communicationis id. certi et distincti gradus dantur: quia vero quaestio de numero graduum vel generum comm. id. non ad fidem, ejusdem constitutionem, sed ad τρόπον παιδείας et methodum docendi pertinet, hinc alii duo, alii tria, alii quatuor idiomatum genera constituunt. — Plerisque tamen nostris theologis ternarius arridet numerus, utpote qui juxta triplicem modum praedicandi in s. codice est animadversus. Tria inquam genera scriptura distincta proponit, licet non numeret. — Enskilda DD. antaga 4 genera communicationis idiom., under det de skilja praedicationes, in quibus propria humanae naturae tribuuntur filio

Dei ifrån praedicationibus, in quibus alterutrius naturae idiomata de tota Christi persona enuntiantur, och fålebes räkna den satsen: Christus est passus till en annan claß, än satsen: Deus est passus. Dock förklara sig de flesta DD. emot denna indelning. — Men äfwen ordningen, hwari de 3 claßerna anföras, är icke lika hos alla DD. Quen.: Alii sequuntur ordinem doctrinae, alii ordinem naturae. Illi (Form. concord.-Chemn.) communicationem actionem officii, utpote faciliorem et minus controversam praeponunt communicationi majestatis, quae maxime controversa et copiosius explicanda sit. Hi ordinem naturae sequuntur, praeponuntque communicationem majestatis communicationi actionum officii, quia illa hanc natura praecedit. —

11) Gerh. Fundamentum hujus comm. id. est unitas personae. Cum enim post factam incarnationem una Christi persona in duabus et ex duabus naturis, quarum utraque suis proprietatibus quasi vestita est, subsistat, inde utriusque naturae tam divinae, quam humanae propria de una Christi persona συνθέτῳ praedicantur. Form. conc. VIII, 36. Cum in Christo duae sint distinctae naturae, quae essentiis et proprietatibus suis neque mutantur, neque confunduntur, utriusque vero naturae una tantum sit persona: ea, quae unius tantum naturae propria sunt, alteri personae non seorsim, quasi separatae, sed toti personae (quae simul Deus et homo est) attribuuntur, sive Deus sive homo nominetur.

12) Chemn. Nestorius tamen communicationem ponebat, ut Deo Christo tantum tribuerentur divina idiomata, homini vero Christo tantum humana, hominem scil. non Deum natum ex Maria, crucifixum etc. Item: Deum, non autem hominem aegrotos sanasse, mortuos vivificasse; sed ita alia esset persona Christi Dei et alia Christi hominis fierentque duae personae et duo Christi.

13) Chemn. Ad ostendendam arctissimam hanc personae unitatem ea, quae propria sunt sive divinae, sive humanae sive utriusque naturae, tribuuntur uni illi hypostasi, sive designatur concreto, sumto a divina sive ab humana sive ab utraque natura. — It. Quia unio naturarum facta est in hypostasi verbi, ita ut una et eadem jam sit persona utriusque naturae subsistens in utraque natura simul, vocabula igitur concreta, ex divina natura sumta, ut Deus λόγος, filius Dei, quando de Christo incarnato praedicantur, licet denominatio fiat a divina natura, tamen significant non divinam tantum naturam, sed personam subsistentem jam in duabus naturis, divina scil. et humana. Et concreta vocabula, sumta a natura humana, ut homo, filius hominis, quando praedicantur de Christo incarnato, non designant nudam aut solam humanam naturam, sed hypostasin subsistentem et in divina et in humana natura et ad quam utraque natura pertinet. Atque hinc fit, quod concretis vocabulis, significantibus personam Christi, sive ab utraque sive ab alterutra tantum natura denominatis, recte tribuuntur omnia idiomata sive sint divinae sive humanae naturae.

14) Chemn. Illam vero communicationem cum Eutyche et cum Monotheletis non confundit vera fides inter naturas, cum conversione et confusione et naturarum et idiomatum, ut humanitas dicatur esse divinitas, vel essentiale idioma unius naturae fiat

substantialis proprietas alterius naturae in abstracto, vel extra unionem, vel in sese aut per se, in ipsa unione consideratae. Sed proprietas uni naturae conveniens communicatur seu tribuitur personae in concreto. Derföre Holl. 1) Subjectum non est abstractum, sed concretum naturae vel personae (man kan således icke säga: deitatem esse crucifixam). 2) Praedicatum (det nemligen som warder sagdt om subjectet, persona ἔνσαρκος (σύνθετος) non ipsam substantiam divinam aut humanam, sed idioma alterutrius naturae designat.

15) Form. conc. VIII, 37. Sed in hoc praedicationum genere non sequitur, quod ea, quae toti personae tribuuntur, simul utriusque naturae sint proprietates, sed distincte declarandum est, secundum quam naturam aliquid personae adscribatur.

Chemn. Ne tamen naturae existimentur esse confusae, addi solet scripturae exemplo declaratio, cui naturae conveniat proprietas, quae personae tribuitur seu secundum quam naturam personae tribuatur. Quae enim unius naturae propria sunt, non impediunt, quominus adsit et altera natura cum suis proprietatibus. Neque impediunt, quominus ea, quae unius naturae propria sunt, tribuantur personae subsistenti in utraque natura. Nec necesse est, ea, quae in hoc genere praedicantur de persona, convenire utrique naturae. Sed satis est, si secundum alteram sive divinam sive humanam personae conveniunt. — Quen. Tales particulae sunt ἐν, ἐξ, διά, κατὰ 1 Ptr. II, 24. III, 18. IV, 1. Rom. I, 3. IX, 5. Act. XX, 28. Genom denna tillagda bestämning uttryckes alltså, huru det subjectet tillagda praedicatet, om ock i följd af unio personalis tillhörigt båda naturerna, dock närmast tillkommer egentligt blott en af dem båda. Hwadan ock modus praedicandi, det sätt och wis, huru något warder utsagdt om subjectet, så beskrifwes: (Holl.) Est verus et realis, quo de tota persona θεανθρώπῳ divina vel humana idiomata enunciantur (nam quae sunt propria humanitatis per se, ea vere et proprie praedicantur de filio Dei propter unionem personalem et vice versa) ita tamen, ut per particulas discretivas naturae, cui formaliter competunt, vindicentur, alteri vero naturae, cui non formaliter, sed propter unionem personalem conveniunt, approprientur. Modus praedicandi blifwer genom följande exempel förklaradt: (Holl.) Filius Dei natus est e semine Davidis secundum carnem Rom. I, 3. Subjectum hujus propositionis idiomaticae est filius Dei, quo notatur tota persona Christi, denominata a natura divina. Praedicatum est nasci e semine Davidis, quod est idioma humanum. Hoc praedicatur de concreto naturae divinae, cui illud non competit per se, sed ob unitatem personae θεαντρώπου. Unde per particulam limitativam κατά, secundum carnem, idioma humanum vindicatur naturae humanae, cui nativitas temporalis formaliter convenit, non tamen excluditur aut separatur natura divina a participatione nativitatis, quippe cui τὸ nasci e semine Davidis competit appropriative. Satsen: Deus passus est, warder så förklarad: Filius Dei passus est secundum humanam naturam in personalitate divina subsistentem. Ut ergo cum vulnus infligitur carni Petri, non sola caro Petri dicitur vulnerata, sed vere vulneratus est Petrus sive persona Petri, tametsi anima ipsius vulnerari nequeat: ita cum patitur filius Dei secundum carnem, non patitur

sola caro, vel humana ejus natura, sed vere patitur filius Dei vel persona filii Dei, utut *ἀπαθὴς* sit natura divina. Satsen: "Gud har lidit" får icke med Zwinglius upplösas i den: menniskan Jesus Christus, som tillika är Gud, har lidit; ty då skulle modus praedicandi icke wara realis et proprius. Form. conc. VIII, 39. Hoc Cinglius vocat alloiosin, cum aliquid de divinitate Christi dicitur, quod tamen humanitatis proprium est et contra. Verbi gratia: ubi in scriptura dicitur: nonne haec oportuit pati Christum etc. ibi nugatur Cinglius, quod vocabulum Christus hoc loco pro humana natura sumatur. Cave tibi, cave, inquam, tibi ab ista alloiosi. . . Si enim mihi persuaderi patiar, ut credam, solam humanam naturam pro me passam esse: profecto Christus mihi non magni pretii salvator erit, sed ipse tandem salvatore eget. . .

16) Såsom benämningar på detta första genus anföras såsom ursprungligen härledda ifrån de äldsta kyrkofäderna: *ἀντίδοσις*, alternatio, *τρόπος ἀντιδόσεως* (Damascenus), *ἐναλλαγὴ καὶ κοινωνία ὀνομάτων*, permutatio et communicatio nominum (Theodoret), *ἰδιοποία καὶ ἰδιοποίησις*, appropriatio (Cyrill), *ἀλλοίωσις* (men i annan mening, än hos Zwingli), *οἰκείωσις, συναμφοτερισμός*. — Såsom exempel ur den H. Skrift: Hbr. XIII, 8. 1 Cor. II, 8. Act. VII, 2. Ps. XXIV, 7. 8. Act. III, 15, Joh. VIII, 58.

17) Quen. Fundamentum communicationis hujus est communicatio hypostaseos, et naturae divinae *τοῦ λόγου*. Quia enim natura humana assumta in unione, et per unionem particeps facta est *ὑποστάσεως* et naturae divinae *τοῦ λόγου*, ideo etiam divinorum idiomatum vere et realiter particeps facta est; haec enim ab essentia divina non differunt. —

Chemn. Si inhabitatio Dei in sanctis per gratiam, praeter et ultra naturales dotes, multa gratuita divina dona confert, ac multa miranda in ipsis operatur, quae impietas esset in illa massa humanae naturae, in qua tota plenitudo deitatis inhabitat corporaliter, tantum dotes physicas velle agnoscere, ac nihil de eo, quod naturales conditiones humanae naturae ut per se vel in se extra hypostaticam unionem consideratae superet et excedat, velle credere?

18) Quen. Quo enim momento facta est personalis unio, eo quoque facta est majestatis communicatio. Divina enim natura *τοῦ λόγου* cum tota plenitudine se univit et communicavit assumtae carni, ab ipso initio incarnationis.

19) Quen. Subjectum quo est natura, ad quam facta est communicatio. Est vero illa non divina, utpote cui ad summam immutabilitatem nihil addi potest; sed humana in *λόγου ὑπόστασιν* assumta. Joh. VI, 53. I, 2. Mtth. XXVI, 28. Act. XX, 28. Joh. V, 27. Phil. II, 9. (Form. conc. VIII, 49. 51.) Non divinam sed humanam naturam esse subjectum quo, probatur ex naturae divinae conditione, quae non potest ditari utpote opulentissima, non *βελτιοῦσθαι* utpote optima, non exaltari utpote altissima, non perfici utpote perfectissima, non gloriae augmentum capere utpote gloriosissima. — Grunden, hwarföre den gudomliga naturens egenskaper blott blifwa meddelade åt den menskliga, och icke twärtom, härledes ur sjelfwa arten af unitio. Br. Huc redit, quod quemadmodum ex parte

naturarum. etsi divina humanae et humana divinae personaliter uniatur, hoc tamen intercedit discrimen, quod divina natura humana intime penetrat et perficit, humana vero non vicissim penetrat ac perficit divinam, sed ab hac penetratur et perficitur; ita in communicatione idiomatum hoc ex parte naturarum intercedat discrimen, quod divina natura humanam penetrans, eandem etiam abstractive conceptam perfectionum suarum divinarum suo modo participem facit: non autem vicissim humana natura, quae nec permeat aut perficit divinam naturam, hanc abstractive conceptam suarum proprietatum participem aeque facere possit aut faciat.

20) Grh. Non negamus praeter essentiales humanae naturae proprietates etiam dona quaedam habitualia subjective Christo homini inhaerere, quae, etsi sunt excellentissima et omnium hominum ac angelorum dona longo intervallo excedunt, tamen sunt et manent finita: sed addimus praeter haec dona habitualia et finita etiam dona vere infinita et immensa per unionem personalem et exaltationem ad dextram patris esse Christo homini communicata. Holl. Per et propter unionem personalem Christo secundum humanam naturam dona vere divina, increata, infinita et immensa data sunt. Och wäl blifwer det i allmänhet sagdt: omnia attributa divina communicata sunt carni Christi, dock skiljes noga mellan: attr. ἀνέργητα och ἐνεργητικά. Quen. Attr. ἐνεργητικά admittunt actum secundum sive per ἐνεργήματα et operationes ad extra progrediuntur, ut sunt bonitas, omnipotentia, misericordia, omnipraesentia etc. (et quae non aliquid, quod humanae naturae prorsus repugnat, involvunt. Br.) ἀνέργητα sunt, quae extra essentiam quieta manent et per operationes exterius in creaturis se non exserunt et cognoscenda praebent ut aeternitas, infinitas, spiritualitas, immensitas etc. (involvunt autem aliquid humanae naturae repugnans. Br. Om båda säges det: communicata sunt carni Christi qua inhabitationem et possessionem, men om de förra blott: communicata sunt ad usurpationem et immediatam praedicationem. Om attr. ἐνεργητ. säges det, att de blifwa meddelade immediate, om attrib. ἀνεργ. att de blifwa meddelade mediate seu mediante attributo operativo. Serskildt nämna DD. omnipotentia, omniscientia (quam tamen in statu exinanitionis non semper et ubique, sed libere, quando et ubi voluit, usurpavit), omnipraesentia (Form. conc. VIII. 28. Br. quae verba (solid. decl.) manifeste describunt omnipraesentiam illam, non ut absolutam, pro nuda indistante propinquitate ad omnes creaturas, absque efficaci operatione, sed tanquam modificatam seu cum efficaci operatione conjunctam et pro exigentia dominii illius universalis, quod Christus secundum utramque naturam exercet), cultus religiosae adorationis (ut caro Christi mediatoris eadem adoratione cum divina natura τοῦ λόγου sit colenda et adoranda). Wid omnipraesentia anmärker Quen. Non venit hic in controversiam praesentia humana corporis Christi ex proprietate corporis sive ψυχικοῦ sive glorificati resultans. Concedimus corpus Christi actu naturae per circumscriptionem exteriorem fuisse in loco physico, a prima inde conceptione usque ad resurrectionem, nempe tamdiu, quamdiu fuit corpus ψυχικόν. Concedimus quoque, quod post resurrectionem et ascensionem in coelos illud ipsum, ut est glorificatum corpus, actu naturae non sit ubique, sed determinate in

in $\pi o \tilde{v}$ suo coelesti, non quidem circumscriptive sed definitive, sicut in suo ordine et gradu alia corpora gloriosa definitive, in $\pi o \tilde{v}$ suo sunt. Sed hic unice quaeritur, an humana natura Christi, jam ad dextram majestatis divinae evecta, in hoc ipso glorioso exaltationis ad dextram Dei patris statu, omnibus in universum creaturis omnipraesenter praesit. Adeoque non quaeritur, an praesentia haec divina competat Christo, qua homo est, ex naturae humanae proprietate, hoc namque et nos negamus, sed an ei tribuenda sit per et propter unionem personalem, prout haec cum exaltatione humanitatis ad dextram Dei patris indistracte copulata est. Ita ergo priores praesentiae modi ponendi, ut non negetur infinita in assumta carne praesentia. —

Om meddelandet af dessa attrib. divina åt den menskliga naturen anmärkes slutligen: Br. Communio illa non facta est 1) per essentialem aut naturalem effusionem proprietatum divinae naturae in naturam humanam; quasi humanitas Christi eas per se et a divina essentia separatas habeat, aut 2) quasi per illam communicationem humana natura in Christo naturales suas proprietates prorsus deposuerit, vel 3) in divinam naturam conversa, aut 4) divinae naturae, communicatis illis suis proprietatibus in se ipsa et per se exaequata sit; aut 5) quod utriusque naturae eaedem aut certe aequales, naturales et essentiales proprietates et operationes sint. Vocabula autem et phrases illae (realis communicatio, realiter communicari) adhibentur in oppositione ad communicationem mere verbalem. —

21) Quen. Secundum genus comm. id. est, quo $\lambda \acute{o} \gamma o \varsigma$ cum sua divina natura propriam suam gloriam et excellentiam humanitati hypostatice sibi unitae, ob hanc ipsam unionem hypostaticam vere et realiter, absque ulla naturarum et proprietatum commixtione aut confusione ad communem possessionem, usurpationem et denominationem communicat. — Humanae naturae communicatur majestas: Mtth. XI, 27. Luc. I, 33. Joh. III, 13. VI, 62. Phil. II, 5. Hbr. II, 6. Sessio Christi hominis ad dextram majestatis: Mtth. XXVI, 64. Marc. XIV, 62. Luc. XXII, 69. Rom. VIII, 33. Eph. I, 20. Hbr. VII, 26. VIII, 1. Omnipotentia: Mtth. XXVIII, 18. Phil. III, 21. Omniscientia: Col. I, 19, II, 3. 9. Omnipraesentia: Mtth. XVIII, 20. XXVIII, 20. Eph. I, 22. IV, 10. Virtus vivificandi Joh. VI, 51. 1 Cor. XV, 21. 45. Potestas judicii: Mtth. XVI, 27. Joh. V, 27. Act. XVII, 31. Benämningar: Communicatio majestatis — genus majestaticum βελτίωσις, προσθήκη μεγάλη, ὑπερύψωσις, μετάδοσις, δόξασις, μετάληψις θείας ἀξίας, μετοχή θείας δυνάμεως, θέωσις, ἀποθεοσία, θεοποίησις. In sacris literis: unctio, neml. Ps. XLV, 8. Joh. III, 34. Act. X, 28.

22) Form. conc. VIII, 46. Quod ad rationes officii attinet, persona non agit et operatur in seu cum una vel per unam naturam tantum, sed potius in, cum et secundum atque per utramque naturam seu, ut Concilium Chalcedonense loquitur, una natura agit seu operatur cum communicatione alterius, quod cujusque proprium est. Itaque Christus est noster mediator, redemtor, rex etc. non secundum unam tantum naturam sive div. sive hum. sed se-

cundum utramque naturam. Grh. Filius Dei inde atque ideo assumsit naturam humanam, ut in ea, cum ea et per eam opus redemtionis et partes officii mediatorii perageret 1 Joh. III, 8 etc. Proinde in operibus officii non agit ut Deus tantum, nec ut homo tantum, sed ut θεάνθρωπος, ac quod idem est, naturae in Christo duae in operibus officii non agunt divise, sed unite. Ex personae unitate profluit unitas ἀποτελέσματος. Holl. Fundamentum hujus communicationis remotum est unita persona et intima conjunctio naturae divinae in Christo. Fundamentum proximum est communicatio idiomatum primi et secundi generis. Holl. Si divina τοῦ λόγου natura incarnata (propter communicationem id. primi et secundi gradus) vere sibi appropriat ea, quae sunt humanae naturae et huic suas proprietates (omnipotentiam etc.) ad possessionem et usurpationem communicat, infallibiliter consequitur, quod natura divina sibi appropriet, quae in officio mediatorio humana natura agit et haec non tantum naturali sed et communicata divina ἐνεργείᾳ operetur. —

23) Chemn. Quando una in Christo natura id, quod sibi proprium est, agit aut quando Christus secundum proprietatem unius naturae aliquid agit, tunc in illa actione seu passione altera natura non est otiosa ut vel nihil vel aliud agat, sed quod unius naturae proprium est, fit et agitur in Christo cum communione alterius naturae, salva differentia illa, quod cujusque proprium est, ut quando Christus humana sua natura patitur et moritur, et hoc fit cum communione alterius naturae, non ut divina etiam natura in se patiatur et moriatur, hoc enim naturae humanae proprium est, sed quia divina Christi natura adest personaliter naturae patienti, ac vult illam humanae suae naturae passionem, non avertit eam, sed permittit humanitatem suam pati ac mori, corroborat ac sustentat eam, ut possit sustinere immensum illud onus peccati mundi ac totius irae Dei et efficit passiones illas coram Deo pretiosas ac mundo salutares.

24) Chemn. Quia officia et beneficia Christi salvatoris talia sunt, in quorum multis seu plerisque humana natura in Christo solis naturalibus seu essentialibus suis proprietatibus seu operationibus non potest cooperari, ideo praeter et ultra naturales proprietates innumera ὑπερφυσικὰ καὶ παραφυσικὰ humanae naturae ex hypostatica cum divinitate unione tradita et communicata sunt.

Holl. Modus communicationis et mutui confluxus consistit in eo, quod natura divina τοῦ λόγου non tantum divina patrat opera, sed et actiones assumtae carnis sibi vere et realiter appropriat; natura autem humana non solum secundum naturales suas vires sed et secundum eam virtutem divinam, quam ex unione personali sibi communicatam habet, in officio mediatoris agit. Quen. Dico mediante ὑποστάσει appropriat sibi humanitatis actiones et passiones neque enim dicendum: natura divina effundit sanguinem, patitur, moritur, sicut dicitur: natura humana vivificat, operatur miracula, gubernat omnia, sed Deus effundit sanguinem, patitur, moritur.

25) Chemn. Scripturae testimonia manifeste ostendunt, ideo factam unionem duarum naturarum in Christo, ut officium redem-

tionis, propitiationis, salvationis etc. in utraque cum utraque et per utramque Christi naturam perficeretur. Si enim redemtio, propitiatio etc. potuisset effici vel per divinitatem solam vel per humanitatem solam, frustra λόγος propter nos homines et propter nostram salutem descendisset de coelis et incarnatus homo factus esset. — Grh. Poterat quidem humana natura pati, mori, sanguinemque effundere. Verum caruissent passiones et mors Christi cruenta effectu salutari, nisi natura divina pretium infiniti valoris passionibus istis mortique, quam servator pro nobis sustinuit, addidisset. Derföre betraktas både återlösningswerket och hwarje Christi handling såsom en sådan, hwari de båda naturerna hafwa del. Uttrycket derföre är ἀποτέλεσμα (opus commune, ex communicativo et intimo naturarum confluxu resultans, sive ad quod producendum utriusque naturae operationes concurrunt. (Quen.) Då likwäl hwarje serskild handling närmast utgår ifrån en af de båda naturerna, af densamma nemligen hwars ursprungliga idiomer den tillkommer; så är uttrycket derföre ἐνέργημα (effectus unius naturae proprius). Så är Christi utgjutna blod en werkan af den menskliga naturen, ty blott den menskliga naturen har blod att låta utgjuta; men det oändliga wärde, som tillkommer detta blod, är en werkan af den gudomliga naturen. Men afplanandet af wåra synder, som genom det utgjutna blodet blott dymedelst åstadkoms, att båda naturerna derwid bidrogo hwardera sitt; den menskliga naturen, att den lät utgjuta sitt blod, den gudomliga, att den gaf detsamma ett oändligt wärde, är ett werk (ἀποτέλεσμα) af båda naturerna. — Apotelesmata Christi betecknar Holl. såsom duplicis ordinis. Quaedam divinitas τοῦ λόγου citra confluxum carnis producere nequit (e. gr. passio satisfactionis, mors vivifica); quaedam ex libera εὐδοκίᾳ s. beneplacito, sine carne producere non vult (e. gr. miracula). —

26) Br. Tertium genus comm. id. consistit in eo, quod operationes, ad officium Christi pertinentes, non sunt unius et solius cujusdam naturae; sed utrique communes, quatenus utraque ad illas, quod suum est, confert; et sic utraque agit cum communicatione alterius.

B. De officio Christi.

§. 34. Officium Christi triplex *).

Till läran om Christi person sluter sig läran om det werk, som han har fullbragt; ty han är worden menniska, just i ändamål att kunna fullborda detta werk, nemligen menniskoslägtets återlösning. Docent, quod Verbum h. e. filius Dei assumserit humanam naturam. . . ut reconciliaret nobis patrem et hostia esset non tantum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis. Conf. Aug. III. Att fullborda detta återlösningswerk war den uppgift, som Christus hade

att fullgöra på jorden och det werk, som han åtagit sig. Wi kalle detta hans medlare-embete, och inbegripe derunder allt, hwad Christus har fullbragt, för att grunda en återlösning och hwad han ännu gör för att menniskorna måtte blifwa delaktige deraf. **Officium mediatorium est functio, competens toti personae θεανθρώπου, orta ex actionibus θεανθρωπικαῖς, qua in utraque, cum utraque et per utramque naturam [1]) Christus omnia perfecte executus est, tam acquirendo quam applicando et etiamnum exequitur, quae ad salutem nostram requiruntur. [2]) Quen.** Detta åliggande fullbordade Christus till hela deß omfång så, att han 1) så länge han war på jorden, sjelf förkunnade menniskorna det nådefulla beslutet om återlösningen, men efter sin bortgång drager försorg derom, att detsamma warder menniskorna förkunnadt; att han 2) fullbragte sjelfwa återlösningen, i det han betalte lösepenningen, hwarigenom wår försoning med Gud åstadkoms; att han 3) uppehåller, föröfar, leder och skyddar den såmedelst grundade de återlöstes församling. — Emedan deßa 3 functioner motswara Profeternas, Presternas och Konungarnes i G. Testamentet, indelas **officium Christi mediatorium** i **officium propheticum, sacerdotale et regium** [3]).

*) Hela denna lära finnes först uti en egen serskild **locus** afhandlad af Gerhard, under det den ända dittills blott blifwit widrörd här och der i anledning af andra läror. Likaledes finnes äfwen formen, i hwilken denna lära nu framställes, först fullständig (men blott i korta grunddrag) hos Gerhard. Melanchton är den förste, som brukar uttrycket **regnum Christi**, men det i läran om de dödas uppståndelse. Strigel lade dertill **sacerdotium Christi**, hwilket sedermera skildes i **sacerdotale** och **propheticum**. Det kan icke nekas, att detta **locus** på långt när icke har erhållit en så grundlig utbildning, som de öfriga.

1) **DD.** säga här uttryckligen, att Christus är **mediator secundum utramque naturam**, hwilket egentligen förstås af sig sjelft i kraft af föregående **locus**. Irriga påståenden, hwilka hade blifwit härom uppstälde i den Evangeliska kyrkans eget sköte, gåfwo anledning, att äfwen här framhålla det, såsom redan **Form. conc.** i sin tredje art. (**de justitia fidei coram Deo**) tillbakawisar falska satser härom. **Una enim pars (Osiander) sentit, Christum tantummodo secundum divinam naturam esse nostram justitiam. . . Contra hanc opinionem alii quidam (Stancarus, Pontificii) asseruerunt, Christum esse nostram coram Deo justitiam duntaxat secundum humanam naturam. Ad refellendum utrumque errorem credimus . . quod Christus vere sit nostra justitia sed tamen neque secundum solam divinam naturam, neque secundum solam humanam naturam, sed totus Christus secundum utramque naturam. . Quen. Utraque enim natura concurrit ad functionem mediatoriam, non confuse sed distinctim et salvis na-**

nentibus utriusque proprietatibus, nec tamen scorsim sed cum communicatione alterius.

2) Gerh. Officium Christi consistit in opere mediatoris inter Deum et homines, quod est finis incarnationis. 1 Tim. II, 5. . . Holl. Si officium Christi mediatorium strictiori sumatur sensu, cum officio ipsius sacerdotali videtur coincidere. 1 Tim. II, 5. 6. Nil tamen prohibet, quominus illud latiori accipiatur sensu, ut off. propheticum et regium complectatur. Nam et Moses propheta dicitur et reges haud raro mediatorum sustinere personas, neminem fugit.

3) Gerh. Off. Christi vulgo triplex statuitur, propheticum, sacerdotale, regium, quod tamen revocari potest ad duo membra (enl. Hutterus), ut duplex statuatur Christi officium, sacerdotale et regium. Sacerdotis enim est non solum sacrificare, orare, intercedere, sed etiam docere, quod ad propheticum off. referunt. Quen. A plerisque tamen retinetur tripartita distinctio. — Grunden för denna indelning hos Gerh. Sufficientia hujus distributionis probatur 1) ex dictorum scripturae coordinatione. Quot sunt classes, in quas referri possunt adpellationes, quae ratione officii Christo tribuuntur, et dicta scripturae, quae de Christi officio loquuntur, tot etiam partes officii Christi recte statuuntur. Jam vero tres sunt classes, in quas referri possunt adpellationes, quae ratione officii Christo tribuuntur. Ergo etc.; 2) ex beneficiorum Christi enumeratione. Christus peccatorum nostrorum reatum apud Deum expiat . . quod est proprium sacerdotis. Christus consilium Dei de redemtione et salute nostra nobis promulgat, quod est prophetae. Christus beneficium redemtionis et salutis — efficaciter nobis adplicat, regit nos sceptro verbi et spiritus s. . . . quod est regis. .

§. 35. Officium propheticum.

Christi första kall war att förkunna menniskorna det Gudomliga beslutet om återlösningen, hwilket nu skulle gå i fullbordan, och att beweka dem till annammandet af den dem erbudna frälsningen [1]). Dermed utöfwar Christus sin prophetiska werksamhet, ty Propheternas kall war att lära och förkunna Guds wilje [2]). I kraft af den högre wärdighet och makt, som tillkommer Christus såsom Gudamenniska, uppfyller han sitt kall på ett wida fullkomligare och werksammare sätt än alla de honom föregående propheterna [3]). Detsamma upphörde icke med hans bortgång ifrån jorden; fastmera har Christus genom läro-embetets instiktelse dragit försorg derom, att det äfwen allt widare, och med lika följd utöfwas. Ty Han har tillagt Ordet och Sacramenterna, genom hwilka läro-embetet utöfwas, enahanda kraft och werksamhet som i Honom sjelf innebor i förmågo af hans gudomliga natur, och sålunda är Han äfwen

efter sin bortgång ännu alltid werksam i och genom dem 4). Hans läro-embete är derföre att betrakta såsom ett städse fortgående och man har blott att skilja mellan detsammas omedelbara och medelbara utöfning 5).

Officium propheticum est functio Christi θεανθρώπου, qua is ex sacrosanctae trinitatis consilio divinam de redemtione et salute hominum voluntatem sufficientissime nobis revelavit, ea seria intentione, ut in universum omnes ad agnitionem veritatis coelestis perveniant. Quen. 6). Ab hoc officio proph. dicitur Christus propheta Deut. XVIII, 18. Mtth. XXI, 11. Joh. VI, 14. Luc. VII, 19. XXIV, 19. evangelista Es. XLI, 27. magister Es. L, 4. LV, 4. LXIII, 1. rabbi vel doctor Mtth. XXIII, 8 och 10. Själabiskop 1 Petr. II, 25. pastor Ez. XXXIV, 23. XXXVII, 24. Joh. X, 12. Ebr. XIII, 20.

1) Gerh. Functio docendi est, qua Christus ecclesiam suam informat in illis, quae ad salutem scitu et creditu sunt necessaria. Quen. Voluntas Dei, ad quam revelandam Christus propheta ille magnus ab aeterno destinatus et in tempore missus est, complectitur primario et principaliter doctrinam evangelii (Joh. I, 17. Es. LXI, 1. Mtth. XI, 5. V, 6. Mr. I, 14) secundario vero legem, uti et ipsum Verbum Dei revelatum in legem et evangelium dispertitur. — In specie consistit hoc munus: a) in plenaria doctrinae evangelicae, umbris typisque legalibus olim involutae, expositione sive in concione de gratuita promissione remissionis peccatorum, justitiae et vitae aeternae per et propter Christum . . . b) in legis assertione et vera interpretatione. — Öfwer Christi förhållande till lagen: Holl. Veterem legem moralem Christus neque abrogavit neque mitigavit, neque perfecit, cum sit perfectissima, (Ps. XIX, 8) eandem tamen a corruptelis Pharisaeorum vindicavit et solide intepretatus est (Mtth. V, 21). Proinde Christus non est novus legislator, sed legis veteris interpres et vindex. —

2) Holl. Prophetarum V. T. erat, verbum Dei docere, verum Dei cultum tradere, occulta nosse et futura praedicere. Haec sicut Christus fecit, ita functus est officio prophetae. Dock lägges ingen wigt på det sednare, propheterandet. Derföre säger Quen.: Munus prophet. non consistit simpliciter et praecise in futurorum revelatione sed generaliter in voluntatis div. annuntiatione.

3) Holl. Christus est propheta maximus (Luc. VII, 16. Deut. XVIII, 18. Act. III, 22. Joh. I, 45. VI, 14. Hbr. III, 5. 6) illuminatissimus (Ps. XLV, 8. Joh. III, 34. Col. II, 3. Joh. I, 18) obsignatissimus (Joh. VI, 27. Mtth. III, 17. XVII, 5. Joh. XII, 28) efficacissimus et exemplaris (Luc. XXIV, 19. — Gerh. Efficacia doctrinae est divina illa vis, qua Christus per spiritum s. efficaciter movet corda hominum ad doctrinam fidei amplectendam. Ps. LXVIII, 35. Joh. VI, 45.

4) Holl. Secundum naturam divinam vim, efficaciam et auctoritatem summam verbo et sacramentis conjunxit. Unde praedicantibus ubique apostolis Dominus cooperatus est.

5) Quen. (Revelavit hanc voluntatem divinam) immediate, quando ipse αὐτοπροσώπως in propria persona ecclesiam suam tempore ministerii per triennium et semestre docuit, et informavit suosque discipulos futuros ecclesiae catholicae doctores instituit. Mediate, quando vicaria opera usus est apostolorum et eorum successorum, per quos Christus docendi munus continuavit, adhuc continuat et ad finem usque mundi continuabit. Joh. XX, 21 Mtth. XXVIII, 19. Mr. XVI, 15. Eph. IV, 11. Gerh. Ad hoc igitur officium Christi pertinet consilii divina de redemtione generis humani in evangelio promulgatio, ministerii ecclesiastici institutio et conservatio, sacramentorum ordinatio, spiritus s. donatio, et efficax cordium humanorum per illum immutatio, illuminatio, regeneratio, sanctificatio etc. —

6) Quen. Finis a Christo propheta summo per se intentus est omnium hominum ad coelestis veritatis agnitionem perductio. 1 Tim. II, 4. Tit. III, 9. Omnia enim eo tendunt, ut coeci in viam ducantur, et qui in tenebris ambulant, illuminentur. Act. XXVI, 18. Quamvis enim in quibusdam contingat, ut inde excoecentur et indurentur, id tamen non culpa hujus prophetae ejusque opera fit, sed propria impietate sua istud malum sibi contrahunt. Joh. III, 19. XII, 39 och 40. —

§. 36. **Officium sacerdotale.**

Förkunnandet af det Gudomliga rådslutet om menniskornas återlösning är icke Christi enda embete; det andra är att bringa till stånd sjelfwa återlösningen och försoningen med Gud [1]). Christus utöfwar dymedelst ett presterligt embete; ty presternas kall är att genom offer, som de frambringa, försona Gud och dymedelst borttaga den skuld, hwilken menniskorna hafwa åsamkat sig. Likwäl frambär icke Christus i likhet med presterna i G. T. något främmande till offer, utan sig sjelf; hwadan Han är prest och offer i en person [2]). Detta hans embete kallas officium sacerdotale, quod in eo consistit, quod Christus inter Deum et homines, a se invicem dissidentes, medias partes tenet, ita quidem, ut pro hominibus cum Deo reconciliandis sacrificium et preces offerat [3]). Br. Fördenskull indelas detsamma i 2 delar, motswarande de båda functioner, som åligga presterna, frambringandet af offer och förbönen inför Gud [4]). Den första functionen kallas satisfactio, med hwilket uttryck äfwen grunden betecknas, hwarföre försoningen med Gud blott genom ett offer möjliggjordes, eme=

dan nemligen genom detsamma den genom wåra synder kränkte och derföre straff-fordrande Guden kunde blifwa tillfredsställd 5). Den andra kallar man **intercessio.**

I. Satisfactio. Då Guds wrede, som hwilar öfwer menniskorna för deras synders skull, är med alla sina följder en rättfärdig och helig; så är det äfwen med Guds rättfärdighet och helighet oförenligt, att han så utan omständigheter, och så utan allt slags straff skulle tillgifwa menniskorna deras synder och låta sin wrede med alla deß följder fara. Hans rättfärdighet fordrar, att Han annorlunda förhåller sig emot syndarena, än emot de fromma, och att Han hemsöker de förra med straff. I följd af sin helighet måste Han äfwen hata det onda. Dertill skulle en så owilkorlig förlåtelse strida mot Hans sannfärdighet, ty Han har förut hotat öfwerträdarena af sin heliga lag med straff. Om Gud detta oaktadt åter skulle inträda uti ett nådaförhållande med menniskorna, så måste deßförinnan någonting hafwa skett, som gör, att Han kan det, utan att Hans rättfärdighet och helighet dymedelst förnärmas. Skulden, hwilken menniskorna genom sina synder hafwa åsamkat sig, måste warda borttagen; en lösepenning måste wara betald; en ersättning måste wara lemnad för den kränkning, som blifwit Gud tillfogad; eller, hwilket betyder detsamma, en tillfyllestgörelse måste warda lemnad 6). Då för oß menniskor det är omöjligt att lemna en sådan, så hafwe wi att prisa det såsom en synnerlig act af Guds barmhertighet 7), att Gud har wetat att göra en sådan möjlig genom Christum och att Han för detta ändamål har fattat beslutet att låta Christus blifwa menniska, på det Denne i wårt ställe skulle lemna denna tillfyllestgörelse. I Honom, som är Gud och menniska, har, i kraft af denna de båda naturernas förening till en person, allt, hwad Han efter sin menskliga natur fullbragt, ett oändligt wärde, under det att allt, hwad en blott menniska förmår åstadkomma, blott hafwer inskränkt och ändligt wärde. Kan derföre den, som är en blott menniska, icke åstadkomma något, som skulle wara af sådant omfång och wärde, att dermed den oändliga skulden, som trycker menniskoslägtet, skulle blifwa borttagen och den förra öfwerträdelsen godtgjord; så kan dock Christus det, emedan allt hwad Han såsom menniska gör och lider icke är allenast en blott menniskas görande och lidande; utan emedan det, som Han gör, i kraft af föreningen och den deraf följande inbördes

gemenskapen mellan den Gudomliga och menskliga naturen, erhåller kraft, wärde och betydelse af ett Gudomligt, och således oändligt werk [8]). Sålunda kunde det, som Han åstadkom, wara af oändligt wärde; hwilket Han kan hålla fram emot menniskornas oändliga skuld och dymedelst upphäfwa denna skuld. I Christo, Gudamenniskan, är derföre full förmåga att åstadkomma ett sådant werk, hwilket lemnar en ersättning för den Gud tillfogade kränkningen. Men hos Honom är äfwen wilja att uppträda för oß, att blifwa wår löftesman, att taga wår skuld på sig och dymedelst lemna Gud tillfyllestgörelse. Men denna tillfyllestgörelse, som lemnas skulle, måste, då den skulle wara så rik på följder, wara af dubbel werkan. Den måste å ena sidan utwerka, att Gud upphör att betrakta menniskorna såsom sådana, hwilka icke motswarat den heliga lagens fordringar; och hwilket sker då, när den, som will tillfyllestgöra, i menniskornas ställe så uppfyller hela lagen, att af honom är åstadkommet det, som hade blifwit underlåtet af menniskorna. Å andra sidan måste tillfyllestgörelsen utwerka, att menniskorna ej mer tryckas af någon skuld, hwarföre de förtjena straff; och detta sker då den för menniskorna tillfyllestgörande tager straffen uppå sig. Bådadera har Christus uträttat [9]). Det första genom sin **obedientia activa** (**quae in perfectissima legis impletione consistit**); ty Han, som för sin person icke war underkastad lagen, har uppfyllt densamma i menniskornas ställe [10]); det andra genom sin **obedientia passiva** (**quae in sufficientissima poenarum, quae nos manebant, persolutione consistit**); ty Han har lidit, hwad menniskorna hade bort lida, och således tagit uppå sig deras straff och i deras ställe afbördat deras skuld [11]). Derigenom således, att hörsamheten emot det Gudomliga rådslutet bewisade sig i deßa båda stycken, har Christus i menniskornas ställe [12]) lemnat en fullkomligt tillräcklig [13]), för alla synder och för alla menniskor gällande [14]) satisfaction, hwilken beskrifwes såsom **prior officii sacerdotalis pars, qua Christus ex decreto divino consummatissima obedientia, activa et passiva, justitiae divinae, peccatis hominum laesae, satisfecit, in laudem justitiae et misericordiae divinae et acquisitionem nostrae justitiae atque salutis** [15]). **Holl.** Men under det Christus på det nu beskrifna sätt tillfyllestgjort; har Han derigenom förwärfwat oß syndaförlåtelse och den ewiga saligheten, hwilket wi kalla Hans förtjenst, som kommer oß till godo. **Ex satisfactione meri-**

tum ortum est. Satisfecit Christus pro peccatis nostris et pro poenis illis debitis, et ita promeruit nobis gratiam Dei, remissionem peccatorum et vitam aeternam [16]). Quen.

II. Intercessio. Efter att Christus på detta sätt framställt sig sjelf till ett offer för menniskorna, består den andra delen af Hans öfwerstepresterliga kall deri, att Han, sedan Han blifwit upphöjd på Fadrens högra hand, hos honom, på grund af sin förtjenst, werksamt lägger sig ut för att äfwen allt det goda måtte tillkomma de på sådant sätt återlösta menniskorna, hwilket Han genom sitt lidande och död har förwärfwat dem; öfwerhufwud allt, som är i stånd att befordra deras lekamliga och i synnerhet deras andliga wäl. Intercessio, posterior officii sacerdotalis pars, qua Christus θεάνθρωπος pro omnibus hominibus, imprimis vero electis suis vi universi meriti sui vere proprieque at sine ulla majestatis suae imminutione interpellat ad impetrandum iisdem, quaecunque corpori atque animae praecipue salutaria, (imprimis vero ad aeternam salutem consequendam utilia et necessaria) esse novit. 1 Joh. II, 1. Rom. VIII, 34. Ebr. VII, 25. Ebr. IX, 24. (Holl.) [17]). Denna intercessio sträcker sig wäl således till alla menniskor, emedan alla menniskor, så länge de lefwa här på jorden, kunna blifwa delaktige af försoningen. Men såwida Christus kan gifwa dem, hwilka i tron redan hafwa tillegnat sig Hans förtjenst, något helt annat och mera, än dem, hwilka ännu förhålla sig motsträfwiga emot densamma; så skiljer sig Intercessionen till sitt omfång int. generalis, qua orat Christus patrem pro omnibus hominibus, ut salutaris mortis suae fructus illis applicetur, (Rom. VIII, 34. Es. LIII, 12. Luc. XXIII, 34.) och int. specialis, qua orat pro renatis et electis, ut in fide et sanctitate conserventur atque crescant. (Joh. XVII, 9.) Holl. [18]) Men till sin beskaffenhet beskrifwes den såsom vera, realis et propria d. ä. såsom en sådan, att Christus icke nöjer sig dermed, att blott stillatigande afbida werkan af sin satisfactio, utan äfwen är werksam och sysselsatt med att werkligen göra sin förtjenst hos Fadren gällande på det sätt, som det höfwes honom och hans Gudomliga wärdighet [19]). Denna hans werksamhet upphörer aldrig [20]).

Werkan af detta presterliga embete är således till hela sitt omfång menniskornas återlösning. Dem blifwa nu,

om de i tron tillegna sig densamma, hwarken deras synder widare tillräknade, eller timliga eller ewiga straff ålagde, ej heller hwilar Guds wrede mera öfwer dem, ty de äro i sann och egentlig mening [21]) ifrån detta allt friköpte genom den lösepenning, som Christus för dem erlagt. Redemtio generis humani est liberatio spiritualis, judicialis et pretiosissima omnium hominum, vinculis peccati constrictorum, a culpa, offensa Dei, et poena temporali atque aeterna, facta a Christo θεανθρώπῳ, per obedientiam ipsius activam et passivam. quam Deus, judex justissimus, ut λύτρον perfectissimum benigne acceptavit, ut genus humanum, in spiritualem libertatem vindicatum, aeternum cum Deo vivat [22]). Holl.

1) Kg. Finis officii sacerdotalis est hominum cum Deo reconciliatio. Hbr. V, 16. IX, 26. 28. 1 Joh. II, 2. Roggrannare Quen. 1) perfecta hominis peccatoris cum Deo reconciliatio seu amicitiae pristinae inter partes dissidentes, Deum et homines peccatores redintegratio. Rom. V, 10. Col. I, 20. 21. 2 Cor. V, 18. 19. Hbr. VII, 17; 2) liberatio a captivitate diaboli. Luc. I, 71. Hbr. II, 14. 15. 1 Joh. III, 8; 3) a peccato tum quoad reatum Col. I, 14. Eph. I, 7. Hbr. VII, 3. quam quoad servitutem ejus 1 Petr. I, 18. Gal. I, 4. et quoad inhaerentiam. Rom. VIII, 23. —

2) Holl. Materia sacrificii ipse Christus est. Eph. V, 2. Br. Cum in caeteris sacrificiis offerrentur victimae, a sacerdotibus distinctae, Christus semet ipsum sacrificavit, quando passioni et morti sponte se subjecit atque ita Deo se obtulit victimam, pro peccatis non suis sed aliorum ac totius generis humani expiandis. —

3) Holl. Officium Christi sacerdotale est, quo Christus mediator et sacerdos N. T. exactissima legis impletione et sacrificio corporis sui, nostri causa laesae justitiae divinae satisfecit et efficacissimas pro salute nostra preces Deo offert. Quen. Ab hoc officio sacerd. vocatur Christus sacerdos. Ps. CX, 4. (Hbr. V, 11. VI, 20. VII, 26. IX, 11. X, 21.) ἀρχιερεὺς μέγας Hbr. IV, 14. pontifex Hbr. IV, 15. IX, 11. III, 1. — Christi prestaembete finnes förebildadt uti Aarons och Melchizedeks prestadöme. Men detta sednare förhåller sig dock till det förra, såsom skuggan till werkligheten. Apol. conf. XII, 37. Ut in V. T. umbra cernitur, ita in N. T. res significata quaerenda est, non alius typus tanquam ad sacrificium sufficiens. — Holl. Ut corpori umbra, ita Aaron Christo in eminentia cessit. — Quen. Typum in Melchisedeco propositum Paulus in Hbr. VII diligenter evolvit et ad Christum applicat. . . Haec ipsa collatio Christi cum Melchisedeco radicaliter a Mose proponitur Gen. XIV, 17. formaliter a Davide ostenditur Ps. CX, 4 et specialiter a Paulo exponitur l. c. —

4) Holl. Officium sacerdotum V. T. consistebat 1) in oblatione sacrificii expiatorii; 2) in intercessione pro populo, ut Deus ipsi condonaret.

Quen. Duabus partibus, satisfactione et intercessione universum officium Christi sacerdotale absolvitur; quia primo pro omnibus totius mundi peccatis perfectissime satisfecit, et salutem promeruit. Deinde vero de acquisitae salutis applicatione sollicitus pro omnibus interpellavit et etiamnum interpellat et intercedit. His sacerdotis partibus plane defuncturum Messiam praedixit Esajas LIII, 12. —

5) Holl. Satisfactio non est vox biblica sed ecclesiastica, cujus tamen synonyma extant in sacro codice, nempe *ἱλασμὸς*, propitiatio pro peccatis totius mundi 1 Joh. II, 2. IV, 10. (*ἱλαστήριον* Rom. III, 24. 25.) *καταλλαγὴ* Rom. 5, 10. 2 Cor. V, 18. *ἀπολύτρωσις* Eph. I, 7. Col. I, 14. solutio *τοῦ λύτρου* Mtth. XX, 28. Nam redemtio ista solutionem pretii, quod satis est, pro captivo denotat, et reconciliatio illa Dei cum hominibus ita describitur in scripturis, ut constet, eam non sine *λύτρῳ*, quod divina justitia a mediatore poposcerit, factam esse. —

6) Quen. Objectum, cui satisfactio praestita, solus Deus unitrinus est*). Tota enim ss. trinitas peccatis offensa irascebatur hominibus et ob justitiae suae immutabilitatem (Rom. I, 18) naturae sanctitatem et comminationum veritatem (Gen. II, 27) impune peccata dimittere et citra satisfactionem homines in gratiam recipere non poterat. — Non habet vero hic Deus unitrinus respectum nudi creditoris, ut Sociniani statuunt, sed justissimi judicis secundum infinitae suae justitiae rigorem, infinitum satisfactionis pretium exigentis. Ipsa enim redemtio facta *εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης* (Rom. III, 15) arguit necessitatem poenae exigendae vel ab ipso reo scil. homine peccatore vel ejus vade, scil. Christo. Si Deus absque satisfactione homini delictum condonare potuisset, salva infinita sua justitia, tanto impendio filii unici non fuisset opus. . . . Contendunt Scholastici, Deum per absolutam suam potentiam posse homini sine satisfactione peccata remittere, cum non habeat aliquem superiorem. Sed haec absoluta (quam fingunt) potentia non potest consistere: 1) cum Dei natura, quae non potest non exardescere in fomitem irae scil. peccatum; 2) cum ejus veracitate Gen. II, 17; 3) cum ejus sanctitate, cui peccatum omne adversatur; 4) cum ejus justitia, quae immutabilis est, nullumque peccatum impune dimittit. —

Att den Anselmska satisfactionstheorien ligger till grund i de anförde ställena, är klart uttaladt. Men att äfwen de Symboliska böckerna utgå ifrån densamma, om den ock icke så bestämdt är uttryckt i dem, synes tydligen af många ställen. cf. Ap. conf. III, 58. IX, 19. Form. conc. III, 57. —

---

*) Holl. Observes, quod Christus certo respectu sibi ipsi satisfecerit. Quatenus enim Christus satisfecit, ut mediator, respicitur ut *θεάνθρωπος*; at quatenus ipse etiam satisfactionem postulavit, praecise ut Deus auctor et vindex legis, per essentiam justus, intuendus est. — Quen. Nec valet hic vetus Coccysmus; quod nemo sibi ipsi possit satisfacere vel respectu suimet mediare. Nam rege patre offenso offenditur et filius, nihil tamen obstat, quin filius offensus ex affectu misericordiae reum patri conciliet. 2 Cor. V, 19. Rom. V, 10. —

7) **Holl.** Sapientia et misericordia Dei maxime ex admiranda mediatoris satisfactione elucet, τῷ λύτρῳ pretiosissimo sapientissime invento, et misericordissime decreto atque acceptato. —

8) **Quen.** Infinitus Deus erat peccato offensus et quia peccatum est offensa, injuria et violatio infiniti Dei, atque, ut sic dicam, Deicidium, hinc infinitam quandam malitiam habet, non quidem formaliter sed objective et infinitas poenas meretur adeoque et infinitum satisfactionis pretium exigebat, quod solus Christus praestare potuit. — **Grh.** Reatus ex peccatis totius humani generis ortus erat infinitus, utpote in infinitam Dei justitiam impingens. Laesum erat infinitum bonum, requirebatur igitur infinitum pretium. Jam vero actiones et passiones humanae naturae sunt finitae ac certi temporis, exinanitionis scil. periodo terminatae. Ut ergo redemtionis pretium esset analogum nostro debito et infinito reatui, necessarium erat, ut ad illius persolutionem non finitae tantum, videl. humanae sed etiam infinitae divinae scil. naturae actio sive mediatio concurreret, ac passio et mors Christi aliunde, videl. a divinae naturae efficacissima operatione, infiniti pretii valorem acquireret, adeoque bonum infinitum malo infinito opponi posset. — Jemför läran om tertium genus communic. idiom. — Christus kunde, såsom Gudamenniska, åstadkomma en sådan tillfyllestgörelse. **Quen.** Principium quo (Chr. satisfecit) est utraque natura, divina quidem, originale et formale, humana, organicum, ex virtute divina per unionem hypostaticam communicata, agens. — cf. Form. conc. III, 56. —

Not.: Deßa anförda citater wisa, att DD. wid den gudomliga och menskliga naturens förening lade all wigt derpå, att den gudomliga naturen, utan att wara förenad med den menskliga, icke hade kunnat lida, hwilket dock war nödwändigt till försoningen, och att å andra sidan den menskliga naturens lidande icke skulle hafwa haft detta oändliga wärde, om icke den menskliga naturen hade warit förenad med den gudomliga. Men den Anselmska theorien lägger äfwen widare en serdeles wigt på de båda naturernas förening hos Christus: "ty wore denna lösen af oändligt wärde icke lemnad af en, som tillika wore menniska, så skulle densamma icke kunna komma oß, menniskor till godo", och utan denna tillsats är theorien alldeles ofullständig. Fastän nu wåra DD. icke uttryckligen framställde denna punkt, så kunna wi dock antaga, att de stillatigande hafwa antagit densamma. DD. förhålla sig i allmänhet till denna Anselmska theori så, att de mera förutsätta, än egentligen utweckla densamma. Derföre bör det icke förundra oß, om de icke uttryckligen nämna en eller annan del af densamma.

9) **Quen.** Medium, cujus interventu satisfactio praestita, est pretium universae Christi obedientiae, quae complectitur: 1) legis exactissimam impletionem; 2) poenarum a nobis transgressoribus promeritarum perpessionem seu acerbissimam passionem. Nam agendo culpam, quam homo injuste commiserat, expiavit et patiendo poenam, quam homo juste perpessurus erat, Christus sustulit. Hinc duplex vulgo dicitur Christi obedientia, vice nostri praestita; activa, quae in perfectissima legis impletione et passiva, quae in sufficientissima poenarum, quae nos manebant, persolutione consistit. — Obedientia activa est conformitas cum ipsa lege. Ac proinde proprie et exquisite vocatur obedientia et per se. Passiva autem dici solet obedientia, perpessio poenae violatori le-

gis inflictae. Quae si obedientia dicenda sit, vocabitur *ἐν πλάτει* sive ex consequenti, certe sola et sine concursu obedientiae activae conformitas non est cum ipsa lege. —

10) Holl. Obedientia activa Christus legem divinam nostri vice exactissime implevit, ut hanc impletionem legis vicariam peccatores poenitentes vera sibi fide applicantes, coram judice Deo justi reputentur. Gal. IV, 4. 5. Rom. X, 4. Mtth. V, 17. —

I läran om obedientia activa har man att serskildt betrakta följ.: 1) att Gud icke skulle kunna förlåta oß, om wi icke ansågos såsom sådana, hwilka hade fullgjort den gudomliga lagens fordringar. Quen. Quia enim non tantum ab ira Dei justi judicis liberandus erat homo, sed et, ut coram Deo possit consistere, justitia ejus opus est, quam nisi impleta lege consequi non poterat: ideo Christus utrumque in se suscepit, et non tantum passus est pro nobis sed et legi in omnibus satisfecit, ut haec ipsius impletio et obedientia in justitiam nobis imputaretur; 2) att Christus för sin person icke war lagen underkastad. Quen. Causa, propter quam filius Dei legi fuit subjectus, non fuit proprium ejus debitum, Christus enim non solus qua Deus sed etiam secundum humanam naturam legi nequaquam fuit obnoxius. . . . Nam Christus respectu sui fuit dominus et non servus totius legis. Mrc. II, 28. Et licet fuerit et sit semen Abrahae, tamen, quia in unitate suae personae fuit et est Dei filius, proinde respectu sui ipsius non fuit legi obnoxius; 3) att i följd deraf, då Christus fullgjort lagen, har han gjort det i wårt ställe. Grh. Rom. VIII, 3. Hic adscribitur filio Dei impletio legis, quae nobis praestitu impossibilis erat, ut impleretur justitia legis in nobis per fidem scil. per Christum. cf. Rom. V, 8. Phil. III, 9. Missus ergo est filius Dei, ut id praestaret, quod nobis propter *ἀσθένειαν* impossibile erat, adeoque opus erat, ut ipse Dei filius legem pro nobis adimpleret, ut justitia a lege requisita ab ipso praestita nostra per imputationem fidei fieret et ita in judicio Dei a nobis *κατὰ λογισμὸν* secundum aestimium Dei impleretur seu impleri censeri posset.

Om beskaffenheten af den lag, hwilken Christus har uppfyllt, Holl.: Lex cui subjectus est, intelligitur tum universalis, seu moralis, tum particularis i. e. caeremonialis et forensis. — Quen. Et sic impleta est a Domino 1) lex ceremonialis, ostenso vero ejus fine et scopo, et impletis omnibus umbris, et typis, quae vel personam vel officium ejus praefigurabant; 2) lex judicialis, tum adimpletis illis, quae in ea typica erant, tum confirmatis illis, quae in ea erant juris communis, naturalis et perpetui; 3) moralis, quatenus perfecta obedientia et conformitate vitae actionum omnium absque ullo peccato atque defectu legem servavit et doctrinam legis a Pharisaeis depravatam et corruptam, instauravit et nativae integritati et perfectioni restituit.

Inom den Lutherska kyrkan blef läran om obedientia activa anfäktad af Parsimonius och Piscator. Grh. Ego, inquit Piscator, obedientiam Christi distribuo in obedientiam vitae et obedientiam mortis. Obedientiam vitae nomino, quam praestitit legi, sancte secundum illam vivendo. Obedientiam mortis voco, quam praestitit speciali mandato patris patiendo et moriendo pro electis.

Mortis obedientiam hanc appello $\varkappa\alpha\tau'$ ἐξοχήν, passiones alias Christi non excludens, sed a principali eam denominans. Hae duae obedientiae accurate sunt discernendae et nequaquam confundendae, nam plurimum differunt. Quippe ad obedientiam vitae Christus obligatus fuit jure naturae sive creationis tanquam verus homo et filius Adae, quantum ad legem moralem, nec non jure foederis a Deo pacti cum posteris Abrahami et Israelis. Ad obedientiam vero mortis nullo jure fuit obligatus sed jure diverso, nempe voluntariae sponsionis. —

11) Holl. Obedientia passiva Christus totius mundi peccata ad se transtulit (2 Cor. V, 21. Gal. III, 13) et poenas iis debitas ultro luit, sanguinem suum pretiosissimum fundendo et mortem ignominiosissimam pro omnibus peccatoribus obeundo (Es. LIII, 4. 1 Ptr. II, 24. Joh. I, 29. Rom. IV, 25. Gal. I, 4. 1 Cor. XV, 3. 1 Ptr. III, 18. Hbr. X, 12. Rom. VI, 23. Hbr. IX, 28. X, 12) ut credentibus in redemtorem Christum peccata ad aeternam poenam non imputentur. — Till Christi tillfyllestgörande lidande räknas: omnes actus Christi a primo conceptionis momento usque ad triduum mortis; ut quod per novem menses in utero virginis delituit, in paupertate natus est, in perpetua miseria vixit, famem, sitim, frigus sustinuit. Haec enim omnia pro nobis et nostra causa pertulit. (Quen.) Dock säges obedientia passiva bestå: imprimis in morte et effusione spiritus. —

12) Den tillfyllestgörelse, hwilken Christus har lemnat, är derföre en satisfactio vicaria. Holl. Ad satisfactionem poenalem vicariam a) si formaliter spectatur, requiritur: 1) surrogatio, qua in debitoris locum alius substituitur et translatio culpae sive criminis alieni imputatio; 2) poenarum luitio, quas surrogatus vas aut sponsor loco debitoris persolvit: b) finaliter considerata fit illa poenae persolutio ad impetrandam absolutionem debitoris, ut is a culpa et poena immunis pronuntietur. Socinianernas angrepp emot satisfactio vicaria, äro wederlagde hos Grh. t. VII. l. XVII. c. II. §. 37 sqq. och Quen. de officio Chr. pars polemica qu. 6. — Hufwudinkastet: "Actio unius non potest esse alterius actio: impletio legis est actio Christi: ergo impletio legis non potest esse nostra actio" wederlägger Holl. så: Actio consideratur vel physice prout est motus agentis, vel moraliter, prout est bona et mala. Non physice sed moraliter actio unius potest esse alterius per imputationem. —

13) Quen. Forma seu ratio formalis satisfactionis consistit in ipsa omnium eorum, quae nos debebamus, exactissima et sufficientissima solutione. . . . Haec ipsa vero totius debiti alieni a Christo libere suscepti, ipsique in judicio divino imputati solutio non erat sufficiens ex divina acceptatione. Neque enim acceptavit Deus aliquid in hac satisfactione ex liberalitate, quod in se tale non esset, nec de jure suo in exactione poenae nobis debitae et a sponsore praestitae, aliquid remisit, sed quod justitiae ejus rigor postulabat, id etiam omne Christus in satisfactione sustinuit; adeo ut ipsas etiam infernales poenas senserit, licet non in inferno et in aeternum. . . — Est itaque satisfactio Christi sufficientissima et consummatissima secundum se et ex intrinseco suo infinito valore,

qui valor inde oritur, 1) quia persona satisfaciens est Deus infinitus; 2) quia natura humana per unionem personalem divinae et infinitae majestatis facta est particeps, ideo ipsius passio et mors infiniti aestimatur ac habetur valoris et pretii, ac si divinae naturae foret propria. Act. XX, 28. — Fastän menniskorna hafwa förtjent ewiga straff, och Christus blott för en kort tid har lidit, så är det dock tillräckligt, äfwen till försoning för deßa, emedan Christi lidanden hafwa ett oändligt wärde. Holl. anmärker äfwen: Christus sustinet poenam aequipollentem aeternae poenae, subivit quippe poenas infernales intensive, quoad earum vim, pondus ac substantiam, licet non extensive, quoad durationem ac subjectorum patientium accidentia. Sustinuit cruciatuum extremitatem, non aeternitatem. —

14) Quen. Objectum, pro quo satisfactum, aliud reale, aliud personale est. I. Obj. reale sunt 1) omnia omnino peccata, tam originale, quam actualia, tam praeterita, quam futura, tam venialia, quam mortalia, imo et ipsum peccatum in spiritum s. Es. LIII, 4 sq. Tit. II, 14. 1 Joh. I, 7. Hbr. I, 3. 1 Joh. II, 2; 2) omnes peccatorum nostrorum poenae, tam temporales quam aeternae. Es. LIII, 5. Gal. III, 13. Rom. V, 8. 9. Hbr. II, 14. 15. Os. XIII, 14. 1 Cor. XV, 54. —

II. Obj. personale sunt (non angeli, sed) homines peccatores, omnes ac singuli, nemine prorsus excepto. Passus enim et mortuus est pro omnibus et quidem secundum seriam et sinceram Dei patris et suam εὐδοκίαν et benignam intentionem, qua vere vult salvos fieri omnes et singulos homines, etiam illos, qui a salute excidunt: non κατὰ δόξαν, sed κατ' ἀλήθειαν i. e. non putative et opinabiliter sed actu ipso reali et veracissime. Es. LIII, 6. Mtth. XX, 28. 2 Cor. V, 14. Hbr. II, 9. 1 Tim. II, 6. Joh. I, 29. 1 Joh. II, 1. 2. Rom. XIV, 15. 1 Cor. VIII, 11. Hbr. VI, 4. 2 Ptr. II, 1. —

15) Quen. Satisfactio est actus officii sacerdotalis Christi θεανθρώπου, quo ex aeterno Dei unitrini decreto pro immensa misericordia lubens, volensque se ipsum vadem et sponsorem pro toto genere humano per peccatum in incredibilem miseriam conjecto, substituit, omnibusque ac singulis totius mundi peccatis in se receptis, ss. trinitati gravissime offensae perfectissima obedientia sua et poenarum, quas homines meruerunt, perpessione, toto exinanitionis tempore, imprimis ultimo agone hisce in terris ipsorum loco satisfecit, et sic satisfaciendo omnibus ac singulis hominibus omnium peccatorum remissionem, ab omnibus peccatis immunitatem, gratiam et pacem cum Deo, aeternam justitiam et salutem acquisivit et promeruit. — Hela läran om satisfactio sammanfattar Chemn. så: Non disputandum est de absoluta potentia Dei, an possit aliquem sine vera justitia justificare. Sed ex verbo revelato judicandum est. Lex autem promittit misericordiam illis, qui diligunt Deum et custodiunt mandata ejus, illis vero, qui non permanent in omnibus, quae scripta sunt in lege, aeternam maledictionem denuntiat. Et norma illa justitiae in Deo, quae in lege patefacta est, aeterna, immota et immutabilis est. Non igitur vult nec potest Deus sine vera aliqua justitia interveniente justificare.

Dixit

Dixit enim, abominationem coram Deo esse, justificare impium sine justitia, Prov. XVII, 15. Es. V, 23. Et se ipsum negare non potest, quia igitur illam legis justitiam, cui promittitur vita aeterna, nec habemus nec praestare possumus in hac vita, et tamen Deus proposuerat sua gratia nos justificare, non autem poterat fieri solutio, destructio et interitus legis. Mtth. V, 18. Rom. III, ult. Facta igitur est translatio legis, Hbr. VII, 12. in mediatorem scil. filium Dei hoc modo, ut pro nobis sub lege factus legi satisfaceret, duobus potissimum modis, solvendo scil. poenas pro peccatis totius mundi et praestando perfectissimam obedientiam, ut scil. esset vera et perfecta justitia juxta normam voluntatis divinae, qua gratia et misericordia Dei credentes justificet h. e. acceptet ad vitam aeternam. Quia vero haec satisfactio legis debebat talis esse, quae sufficeret ad redemtionem et justitiam pro toto mundo, ideo oportuit personam mediatoris esse simul Deum et hominem, ut pretium esset aequivalens. . Tripliciter potissimum considerari potest officium mediatoris tanquam causa nostrae justificationis: 1) tanquam meritum, quod Deus pater respicit et propter quod credentes gratis per suam gratiam respicit et propter quod credentes gratis per suam gratiam justificat. . . 2) Christus mediator et salvator est non tantum merito sed et efficacia. Neque enim meruit, ut per nos vel per alios ea, quae ad justificationem nostram pertinent, efficerentur sed ea et effecit et adhuc efficit, in quibus justificatio et salus nostra consistit, qualia sunt liberatio a peccato, diabolo, morte et ira Dei et applicatio horum beneficiorum (dit räknar Chemnitz äfwen intercessio). 3) Christus non meruit, ut aliqua alia re justi simus coram Deo ad vitam aeternam sed obedientia et satisfactio Christi est illud ipsum, quod nobis imputatur ad justitiam. . .

16) Om förhållandet mellan satisfactio och meritum Holl. 1) Satisfactio antecedit, meritum consequitur: praestita enim satisfactione, justitiam et vitam aeternam acquisivit Christus. 2) Satisfactio fit Deo ejusque justitiae: at non Deo sed nobis Christus promeruit salutem. 3) Meritum praecedit ordinem ad mercedem, satisfactio ad injuriam compensandam. Compensavit igitur Christus satisfactione sua injuriam Deo illatam, iniquitatem expiavit, debitum exsolvit et a poenis aeternis nos liberavit; merito autem suo nobis justitiam et salutem aeternam acquisivit. 4) Satisfactio Christi est exsolutio nostrorum debitorum, quibus Deo eramus obstricti: meritum autem oritur ex impletione legis et passione indebita. — Hela den hörsamhet, hwilken Christus har wisat, kommer oß till godo, och Christus behöfde för sin person ingenting förtjena. Detta uttryckte DD. uti satsen: Christus qua homo obedientia sua nihil sibi meruit. — Quia Christus per unionem personalem omni plenitudine divinitatis donatus (Col. II, 9) et oleo laetitiae (donis spiritus s.) prae consortibus suis unctus est, Ps. XLV, 8. Ergo non necesse fuit, ut sibi quidquam mereretur. (Holl.)

17) Conf. Aug. XXI, 2. Scriptura unum Christum nobis proponit mediatorem, propitiatorem, pontificem et intercessorem. Apol. conf. III, 44. (Christus) qui sedet ad dextram patris et perpetuo interpellat pro nobis. —

Quen. De hoc sacerdotali actu legere est in typo Levit. XVI, 17. 18. Exod. XXVIII, 29. 35. — Est Christus θεάνθρωπος intercessor noster solus. 1 Tim. II, 5. — Fundamentum hujus intercessionis est ipsius intercessoris satisfactio et universum meritum, nam per et propter cruentam satisfactionem suam sive vi meriti sui Christus sacerdos pro nobis interpellat apud Deum patrem. — Närmare förklaring af intercessio: (Quen.) Christus vere et formaliter pro omnibus hominibus intercedit vi meriti sui, non quidem acquirendo illis de novo gratiam et favorem divinum sed tantum pro ratione status praesentis, qui exaltatio est, petendo, ut ipsis applicetur acquisitum bonum ad justitiam et salutem. — Gerh. Intercessio nihil aliud est, quam redemtionis applicatio et continuus qnasi vigor, favorem apud Deum jugiter nobis concilians.

18) Quen. Non quidem adhuc intercedit pro illis, qui in impoenitentia mortui aeternas in inferno luunt poenas (eorum enim non intercessor sed judex damnans et puniens ipse est) sed in genere pro omnibus illis, qui adhuc in mundo vivunt, et gratiae divinae januam etiamnum patentem sibi habent, sive illi electi sint sive reprobi. Nam etiam pro trangressoribus sive crucifixoribus suis intercessit. Es. LIII, 12. Luc. XXIII, 34. — Holl. Quomodo pro electis oret, legimus Joh. XVII, 11. E quibus colligitur, Christum pro renatis et electis sic interpellare, ut a malo praeserventur, in unitate fidei conserventur, et verbo veritatis magis magisque sanctificentur. Quen. Patet, Christum haec recensita bona peculiaria, quae solis fidelibus ac piis actuali fruitione salutari competunt, isti incredulo, ingrato, impio, et refractario mundo, qua talis est ac manet, merito non petiisse, utpote qui eorum capax non est. — Haec bona specialia Christus isti mundo non petiit, haud ex absoluto aliquo adversus eum odio, sed propter propriam ipsius malitiam, ingratitudinem et contumaciam. Non igitur commendat salvator patri suo in hisce precibus praefractos evangelii contemtores et violentos persecutores, sed dilectos suos discipulos, qui verbum ejus receperint: quod vero mundum non simpliciter excludat, vel a satisfactione vel ab intercessione, patet ex v. 21. —

19) Holl. Intercessio Christi non est nuda interpretativa per ostensa meri.a (quasi Christus pro nobis intercedat non precibus sed solo mer to ejusque aeterna efficacia. Quen.) plus enim infert verbum ἐντυ χάνειν Rom. VIII, 34. Hbr. VII, 27. de intercsssione Christi usurpatum, quam realem illam quidem at mutam ostensionem merit›rum. Est itaque intercessio Christi non tantum realis sed et vocalis et oralis; non humilis per submissionem (quasi Christus supplex flexis genibus et manibus expansis atque vocali ejulatu patrem deprecetur, ut in diebus carnis (Hbr. V, 7), talis enim precatio cum statu Christi glorioso pugnat: θεοπρεπῶς igitur (Joh. XVII, 24) de ea est sentiendum, non σαρκικῶς aut δουλικῶς; sed est expiatoria et efficax ad impetrandum bona hominibus salutaria (quia quidquid ille petit a patre, gratum probatumque ipsi est. Joh. IX, 22). Efficax est intercessio Christi ad salutem impetrandam, licet effectu non fruantur, qui in Christum non credunt. Proinde dicitur efficax, ratione sa-

lutaris Christi intentionis, non ratione eventus in incredulis et reprobis. — Men Br. anmärker wid intercessio verbalis: An intercessio illa verbalis sit et in verbis et precibus seu sola mente seu voce etiam factis, consistat? An tantum realis sit et in hoc consistat, quod Christus vi meriti ac satisfactionis suae olim praestitae et precum olim factarum Deum moveat ad remittenda nobis peccata? non necesse est definire. —

20) Quen. Non terminabitur illa intercessio consummatione seculi, sed in omnem aeternitatem durabit. Hbr. VII, 25. Ps. CX, 14. Hbr. V, 6. VII, 17. Nec existimandum est, supervacaneam esse intercessionem aeternam, post finem seculi, electis in vitam aeternam translatis, neque enim ideo orat et intercedit, ne aeterna salute per peccatum excidant sed ut in gloria conserventur, quae uti merito, sic et intercessioni Christi meritoriae accepta ferenda est.

Då det i Rom. VIII, 26 talas äfwen om en den H. Andes intercession för oß så fråga några DD., hwad man har att förstå dermed, och huru densamma förhåller sig till den intercessio, som sker genom Christus. Quen. Alii τὸ ὑπερεντυγχάνειν accipiunt tantum metaleptice, ut dicatur orare et gemere, quia nos orare et gemere facit, quid et quomodo recte oremus, ostendit et docet ac preces in nobis format. Alii vero etiam proprie illud intelligunt de ipsa persona spiritus s. quod scil. ipse spiritus s. in sua persona pro nobis oret et intercedat. . . Quenstedt bestämmer sig för det förra sättet. Skilnaden mellan båda intercessionssätten angifwer han således: illa (Christi) intercessio est θεανδρική, haec est mere θεϊκή — illa est mediatoria, non vero haec — Christi intercessio fundata est in ipsius passione et morte, quod de spiritus s. intercessione dici nequit. —

21) Holl. Redemtio non est simplex, absoluta et metaphorica sed pretiosa, satisfactoria et propria. 1 Cor. VI, 19. 20. 1 Ptr. I, 18. Mtth. XX, 28. 1 Tim. II, 6. Illa est liberatio ab indicta poena sine interveniente pretio. Haec est, qua reus a culpa et poena persoluto pretio redimitur. Nam proprie loquendo redimere significat iterum emere, sicut et verba graeca λυτροῦν, ἀγοράζειν, ἐξαγοράζειν et hebraea פָּדָה, גָּאַל emtionem vel redemtionem, quae fit intercedente pretio, designant. Quamobrem cum in praesenti argumento, ubi de redemtione generis humani, in peccatum prolapsi, praestita per Christum, agimus, eaedem voces hebraeae et graecae in sacro codice usurpentur, sensu proprio easdem accipimus, eo quod nulla nobis imposita necessitas recedendi a sensu proprio apparet. —

Uttryck i den H. Skrift, som beteckna redemtio, äro: a) i A. T. גְּאֻלָּה Lev. XXV, 24. 26. 29. 31. 32. 48. 51. 52. פִּדְיוֹן Ex. XXI, 30. Ps. XLIX, 9; b) i N. T. λύτρωσις. Luc. I, 68. II, 38. Hbr. IX, 12. ἀπολύτρωσις Luc. II, 28. III, 24. VIII, 13. 1 Cor. I, 30. Eph. I, 7. 14. IV, 30. Col. I, 14. Hbr. IX, 15. XI, 35. ἀγόρασις. 2 Ptr. II, 1. Apoc. V, 9. XIV, 3. ἐξαγόρασις Gal. III, 13. IV, 5. —

22) DD. König, Quen. och Holl. behandla redemtio ännu utförligare, under det de åtskilja: 1) Captivum (universum genus humanum). 2) Captivum detinens (Deus. Rom. XI, 22. Gal. III, 22. cui

pendendum erat lytrum et Diabolus, qui laqueis peccatorum impios constringit 2 Tim. II, 26. cuique non pretium sed supplicium debetur). 3) Detentum redimens (Christus, redemtor unicus et catholicus universi generis humani, jure, viribus et voluntate redimendi pollens). 4) Vincula, a quibus Christus genus humanum redemit (peccata, offensa Dei et poenae temporales atque aeternae). 5) Medium redemtionis. 6) Finis redemtionis (ultimus, gloria Dei; intermedius, libertas a reatu et dominio peccati). Men då alla de här afhandlade punkterna redan äro innehållne i den föregående framställningen; så kan den utförligare framställningen af dem här blifwa förbigången, och densamma är äfwen hos de nämnde **DD.** blott att betrakta såsom en sammanfattning af det förut sagda.

§. 37. Officium regium.

Åt densamma, hwilken förkunnar för werlden Guds nådiga rådslut om återlösningen och sjelf werkställer denna återlösning, är äfwen herrawäldet öfwer werlden gifwet och under det Han utöfwar detsamma, utöfwar Han sitt Konungsliga kall. Denna konungsliga wärdighet tillkommer ifrån ewighet Honom såsom Gud. Men ifrån ögonblicket af Hans mandoms-annammelse deltager äfwen Hans menskliga natur i densamma [1]), och Han är derföre werldens Konung och Herre i samma mening och omfång, som Gud är det [2]). Dock här på jorden utöfwade Han icke sitt konungsliga herrawälde i hela deß omfång, utan, så länge Han war i sitt förnedringstillstånd, afhöll Han sig fastmera till största delen ifrån bruket och utöfningen deraf, och först ifrån momentet af sin upphöjelse inträdde Han i det fulla åtnjutandet af sitt konungsliga herradöme [3]). — Men då Christus således är Konung och Herre öfwer werlden, sträcker sig hans herrawälde öfwer allt, som är uti werlden och som rörer werlden; och tillkommer Honom lika mycket uppehållelsen och regeringen af werlden i allmänhet, som uppehållelsen och regeringen af kyrkan i synnerhet. Detta Hans herrawälde sträcker sig derjemte icke allenast öfwer den närwarande, utan äfwen öfwer den tillkommande werlden. Men fastän nu riket, öfwer hwilket Christus är Konung, i och för sig blott är ett och omfattar hela werlden, den närwarande och kommande med allt hwad den innehåller; så kan dock detta ena rike betraktas såsom ett trefaldigt i samma mening, som wi skilja inom denna tid mellan werlden och kyrkan, och mellan medborgarena i detta och det tillkommande lifwet, i himmelen och på jorden. I enlighet härmed tänkas werlden och kyrkan i detta lifwet

hwar för sig såsom utgörande ett serskildt rike; men det tredje riket är det, som utgöres af de i lifwet på andra sidan grafwen befintlige. Detta trefaldiga rike betecknas derföre såsom **regnum potentiae, gratiae et gloriae.** Det första kallas nemligen **regnum potentiae,** emedan Christus deruti genom werldens uppehållelse och regering utöfwar sin gudomliga makt; det andra **regnum gratiae,** emedan Christus deruti wisar sin återlösande nåd werksam; det tredje slutligen **regnum gloriae,** emedan han deruti på det fullkomligaste uppenbarar hela sin gudomliga herrlighet för dem, som befinna sig uti detsamma [4]).

Officium regium definieras derföre så: **est functio Christi** *θεανθρώπου*, **qua is secundum utramque naturam, divinam et humanam et hanc quidem ad dextram majestatis exaltatam, omnes omnino creaturas in regno potentiae, gratiae et gloriae majestate et virtute infinita, quoad divinitatem ex generatione aeterna, quoad assumtam humanitatem, ex personali unione ipsi competente, modo divino, moderatur et gubernat. (Quen.)** [5]).

Till **regnum potentiae** (**quo Christus huic universo potenter dominatur, idque conservat et providentissime gubernat**) höra alla creatur (skapelser) i werlden, de synliga och osynliga [6]). Öfwer alla sträcker sig Christi herrawälde och allt måste underkasta sig detsamma. Af honom uppehålles och regeras allt [7]).

Till **regnum gratiae** (**quo Christus ecclesiam in terris militantem colligit, gubernat, spiritualibus donis exornat, conservat et defendit in nominis divini laudem, regni satanici destructionem et fidelium salutem. (Holl.) Jer. XXIII, 5. c. XXX, 15. Zach. IX, 6.**) höra de på Christum troende medlemmarne af hans kyrka. Att föröka denna kyrka och att låta alla Evangelii wälsignelser tillfalla deß medlemmar, är det konungsliga kall, som Christus i detta rike utöfwar [8]), och ordet och sacramenten äro de medel, af hwilka han för detta ändamål sig begagnar [9]). Detta rike skall wäl slutas med denna werlden, men blott för att öfwergå i herrlighetens rike [10]).

Till **regnum gloriae** (**quo Christus ecclesiam in coelis triumphantem gloriosissime regit et aeterna felicitate replet, in nominis divini laudem et beatorum aeternam refectionem.) Mtth. XXV, 31. Joh. XVII, 24.**

(Holl.) höra alla himmelens medborgare, de goda änglarne och de saliga menniskorna. De skåda Herran i hans herrlighet, såsom han ock bewisar densamma på de döda, under det han uppwäcker dem till lif[11]). Denna Herrans herrlighet begynte med hans himmelsfärd; men den skall först fullkomligt uppenbara sig, då, efter den yttersta domen, äfwen de troende skola få ingå i hans herrlighets rike, för att med honom besitta detsamma. Mtth. XXV, 34[12]).

1) Quen. Sicut Christus in officio prophetico et sacerdotali agit et operatur secundum utramque naturam; ita etiam in hoc officio regis secundum utramque naturam partes suas agit et exequitur; dominatur enim omnibus creaturis non tantum ut Deus, secundum divinitatem, sed etiam ut homo, secundum exaltatam humanitatem. — Om hans konungsliga wärdighet talar Skriften: Ps. II, 6. XX, 10. XLV, 2. 4. 6. XLVII, 8. Hbr. II, 7. 8. Ps. VIII, 7. XCVII, 5. 2 Sam. XXIII, 3. 1 Tim. VI, 15. Apoc. XVII, 14. XIX, 16. —

Widare anmärker Quen. Est una numero potestas regia, quam Christus secundum divinam naturam habet, et quam secundum humanam naturam possidet, modus tamen habendi eam, variat; quam enim ab aeterno habet per aeternam generationem, secundum divinitatem, eam in tempore, per et propter unionem personalem, secundum humanitatem accepit, et nunc in exaltationis statu plenarie exercet. Hans regnandi potestas etiam secundum humanam naturam är tydlig af Ps. VIII, 7. Jer. XXIII, 5. Joh. XVII, 5. —

2) Förden skull kallas Christus: rex celsissimus. Ap. I, 5. XIX, 11. r. spiritualis (est quidem regnum Christi in mundo et super mundum, sed non de mundo (Joh. XVIII, 36); h. e. non more principum hujus seculi, non armis ferreis aut carnalibus gubernatur. Joh. VI, 15. Luc. XII, 14) r. aeternus. Dan. IV, 31. VII, 14. Luc. I, 33. r. catholicus. Ps. LXXII, 8. Zach. IX, 10. r. omnipotens. Eph. IV, 10. Jer. XXIII, 5. r. omnipraesens. Ap. I, 8. Mtth. XXI, 3. r. omniscius. Joh. XXI, 17. Ap. II, 23. r. victoria inclytus. (Holl.)

3) Holl. Christus statim in ipsa conceptione ad regiam dignitatem inunctus est, et, conversatus visibiliter in his terris, jus regnandi possedit, atque interdum pro arbitratu exercuit. At plenissimo et nunquam cessante regiminis usu in statu exinanitionis volens se abdicavit. Christus är således: eo tempore, quo visibiliter in his terris versatus est, verus rex. Luc. II, 11. XIX, 35. Mr. XIV, 61. Antithesis est Socinianorum, negantium, Christum ante resurrectionem re ipsa fuisse regem; quamvis non diffiteantur, eum ante mortem regem fuisse designatum. (Holl.) — Quen. Distinguenda itaque hic officii regii impositio et concessio ab ejusdem plenaria administratione et executione. Rex et Dominus Christus homo erat etiam in utero. Luc. I, 43. in praesepio Luc. II, 11. in vinculis Joh. XIII, 37. in cruce Luc. XXIII, 42. non tamen actu exercuit illud dominium. — Att äfwen i förnedringsståndet den konungs-

liga makten stod Christus till buds, finna DD. bewisadt genom förmågan af underwerk.

4) Ända till **Hutter** och **Hafenreffer** räkna till off. regium blott hans herradöme öfwer de troende; och först den med dem samtidige **Grh.** började, att subsumera under off. regium alla de förhållanden, i hwilka Christus är herre och konung, hwilket äfwen skedde af alla sednare DD. Det förstås af sig sjelft, att dermed ingen skiljaktighet i sjelfwa läran är gifwen. Ty aldrig har kyrkans tro warit annan, än den, att Christus är herre och konung öfwer werlden. Ty så säger t. ex. **Chemn.** de duabus naturis: **Scriptura manifeste affirmat, Christo etiam secundum humanitatem ut Domino . . subjecta esse omnia non tantum in ecclesia, sed in genere omnia, ac diserte et expresse nominantur in illa subjectione pecora campi, volucres coeli, pisces maris et quaecunque sunt opera manuum Dei, sive sint in coelo, sive in terra sive sub terra, hostes etiam Christi atque adeo Diabolus et mors ipsa.** — Skilnaden är blott den, att först ifrån och med **Grh.** allt det blifwit sammanfattadt i ett **locus**, som kan sägas om Christi herradöme.

Om sjelfwa indelningen säger **Gerh.**: **Regnum illud Christi consideratur vel in hac vel in futura vita. In hac vita dicitur regnum potentiae et gratiae . . in altera vita dicitur regnum gloriae. Br. Regium Christi officium triplex est; pro diversa ratione eorum, quos rex Christus tanquam sibi subjectos respicit, et diversimode gubernat. Quamvis enim, si voces ipsas spectes, regnum gratiae pariter et gloriae sub regno potentiae comprehendi videatur; quatenus revera utrumque a divina potentia humanae Christi naturae communicata dependet, tamen usus loquendi postulat, ut regnum gratiae in ordine ad spiritualia bona, quae in hoc seculo; et regnum gloriae, in respectu ad gloriam seculi futuri dicatur; potentiae regnum autem dominium universale significet. — Quen. Alii dicunt, Christum regnare in mundo per potentiam, in ecclesia per gratiam, in coelo per gloriam, in inferno per justitiam.** — (Härwid anmärker **Holl.: Dicis: datur etiam quartum regnum Christi, scil. regnum justitiae in angelos malos et homines damnatos. Resp. Regnum justitiae referimus ad regnum potentiae.** Men **Br.: Alii utrumque (regn. gloriae et regn. justitiae) ad idem regnum gloriae referentes, glorificationem electorum per se eo pertinere dicunt; damnationem vero reproborum eum in modum istuc referunt, quo alias opposita ad eandem facultatem referri solent.** —)

Denna tredelning är derföre icke så att förstå, som skulle det wara 3 serskilda riken, öfwer hwilka Christus herrskar; utan indelningsgrunden ligger dels i de serskilda gudomliga werkningarne, hwilka Christus utöfwar, så att således desamme, hwilka befinna sig i **regnum gratiae**, äfwen äro i **regn. potentiae**; men att i det ena den gudomliga frälsningsnåden, i det andra den gudomliga makten kommer till utöfning; dels ligger indelningsgrunden i sjelfwa ställets olikhet, hwarest de befinna sig, öfwer hwilka Christus herrskar, såsom än på jorden, än i himmelen. **Quen. Regnum gratiae includit vel potius praesupponit regnum potentiae: nam etiam regnum potentiae requiritur ad regnum gratiae, sive ecclesiam in hoc mundo per spiritus ministerium, mediante verbo et sacramentis instituendam, regendam etc.** —

5) Gerh. Off. reg. quo Christus θεάνθρωπος omnia in coelo et terra gubernat ac imprimis ecclesiam suam adversus hostes tuetur. — Men Hfrffr. (se not. 4): off. regium, quo cives suos verbi ministerio usque ad mundi finem colligit, eosque praeclaris donis ornatos contra hostes (in quorum medio dominatur) fortiter defendit ac tandem aeterna gloria et honore coronat. —

6) Quen. Objectum seu materia, circa quam hoc dominium versatur, sunt omnia in universum Dei opera, sive omnes creaturae visibiles, invisibiles, corporeae, incorporeae, animatae, inanimatae, rationales, irrationales. Ps. VIII, 7. 8. 9. 1 Cor. XV, 27. 28. Hbr. II, 7. 8. Ps. VIII, 7. Eph. I, 21. 22. 1 Ptr. III, 22.

7) Gerh. Regn. pot. est generale dominium super omnia, videl. gubernatio coeli et terrae. Ps. VIII, 7. Dan. VII, 14. Mtth. XXVIII, 18. Eph. I, 21. subjectio omnium creaturarum. 1 Cor. XV, 27. Eph. I, 20. Hbr. II, 8. dominium in medio inimicorum, quos reprimit, coercet, et punit. Ps. II, 9. CX, 2. 1 Cor. XV, 25.

8) Holl. Subditi in hoc regno gratiae sunt omnes homines fideles, qui ecclesiam militantem constituunt. Actus regii sunt ecclesiae collectio, gubernatio, exornatio, conservatio, defensio adversus hostes gratiae, et in medio ipsorum dominatio. — Joh. III, 5. XVII, 17. Eph. V, 26. Tit. III, 5. Mtth. XXVIII, 20. Då Quen. deremot säger: objectum regni gratiae secundum voluntatem antecedentem sunt omnes omnino homines, maxime vero fideles et pii, så wille han blott dermed säga, att deltagandet i kyrkans wälsignelser är ämnadt och allwarligt erbudet alla menniskor; och innehåller såledés icke någon motsägelse till Holl. anförda mening.

9) Quen. Causa instrumentalis sunt Verbum et sacramenta: placuit enim regi in Sion Ps. II, 6. non nisi mediantibus Verbo et sacramentis ordinarie hic agere, ac per haec media regnum in his terris sibi colligere, augere et conservare. Mtth. IV, 23. IX, 35. XXIV, 14.

10) Quen. Consummatio seculi consummabit quidem mundum regni gratiae, non vero substantiam regni. — Quae 1 Cor. XV, 24 dicuntur de traditione regni, non de ipso regimine, sed de modo regnandi seu regiminis forma et qualitate tantum intelligenda sunt, quia scil. Christus non amplius regnabit per media, nempe per Verbum et sacramenta, per crucem et inter hostes, ut antea; sed hostibus omnibus prostratis, ultimo hoste, morte videl. destructo, impiisque ad tartara detrusis, tradet regnum Deo patri, i. e. tradet hostes captivos et sistet electos, in quibus obtinet regnum suum spirituale. Erit ergo traditio triumphatoria hostium subactorum et repraesentatio fidelium liberatorum. Non deponet per hunc παραδόσεως actum regni sui spiritualis et coelestis administrationem sed saltem alium modum gubernationis tunc Christus in suo regimine auspicaturus est. —

11) Holl. Subditi in hoc regno gloriae sunt tum angeli boni tum homines beati (qui in regno gratiae in fide usque ad finem perseverant Mtth. XXIV, 13. Ap. II, 10.). Actus regii sunt: resuscitatio fidelium mortuorum ad vitam, horum solemnis intro-

ductio in vitam aeternam Mtth. XXV, 34. Luc. XXII, 29. 30. et felicissima atque gloriosissima gubernatio. —

12) Quen. Christus rex quidem gloriae etiam ut homo statim a prima conceptione fuit omnis gloriae possessor, sed actu gloriose non regnavit, nisi post exaltationem, finitis passionibus. Hoc ipsum vero gloriae regnum ultimum suum complementum accipiet in universali mortuorum resurrectione, omnium electorum congregatione, et in coelestis haereditatis possessionem translatione; atque inde in aeternum durabit.

C. De statibus Christi.

§. 38.

Wi se Christus i sitt kötts dagar, underkastad alla den menskliga naturens swagheter och brister, uppträda i en tjenares skepelse. Först efter sin uppståndelse aflade han densamma och wisade sig i gudomlig herrlighet. I följd häraf hafwa wi att ifrån hans mandomsannammelse antaga ett dubbelt tillstånd hos honom, ett af ringhet, och ett af herrlighet. Men då i kraft af den ur unio personalis följande communicatio idiomatum den menskliga naturen har del i alla den gudomliga naturens egenskaper och herrlighet, och således strax ifrån mandomsannammelsens ögonblick ett tillstånd af gudomlig herrlighet war att förwänta; så kunna wi blott så uppfatta det föregående tillståndet af ringhet, att wi antaga, att Christus har under detsamma friwilligt afhållit sig ifrån en herrlighet, som i sig sjelf tillkom honom, och så lärer oß äfwen den H. Skrift i Phil. II, 5—9. Enligt denna skriftens utsago benämna wi det förra tillståndet, status exinanitionis, ett tillstånd af sjelfförnedring; och det andra: status exaltationis, ett tillstånd af upphöjelse. Men denna sjelfförnedring, hwaraf följde ringhetstillståndet, ligger icke i mandomsannammelsens act, ty om det äfwen är att anse såsom ett nådigt nedlåtande af $\lambda \acute{o} \gamma o \varsigma$, att han har antagit den menskliga naturen; så kan dock här icke wara fråga derom, då förnedringstillståndet betecknas såsom ett öfwergående, men mandomsannammelsen är för alla tider beståendeⁱ[1]. I allmänhet kan hwarken förnedringen eller upphöjelsen sägas om $\lambda \acute{o} \gamma o \varsigma$ eller om den gudomliga naturen; ty denna, såsom den sig städse lika blifwande, är icke i stånd hwarken af någon förnedring eller upphöjelse. Blott om den menskliga naturen kan såwäl det ena, som det andra sägas[2], och blott till

8) Sepultura: impositio corporis salvatoris nostri, in cruce exanimati, in monumentum recens, ad declarandam mortis Christi veritatem. — Holl.

II. Upphöjelsetillståndets momenter. Detsamma begynte då Christus wardt åter lefwande [18]) och bewisade sig för underwerlden genom descensus, för denna werlden genom resurrectio och ascensio, samt hann sitt slutmål i sessio ad dextram Dei patris [19]).

1) Descensus ad inferos. Sedan Christus war åter uppwäckt till lif, är han, innan han genom sin uppståndelse ifrån de döda gaf menniskorna bewiset, att han lefde [20]), nederfaren till helwetet (1 Ptr. III, 18—20. Col. II, 15.) och har der bewisat sig för satan och de fördömde andarne såsom segerwinnare öfwer döden och satan och såsom herre öfwer död och lif [21]). Denna Christi helwetesfärd får derföre icke fattas i oegentlig mening, som wore dermed blott storheten af de qwal antydd, hwilka Christus för menniskornas skull lidit, eller som wore dermed blott den werkan angifwen, hwilken Christi lidande och död för menniskorna hade, att deßa derigenom blifwit befriade ifrån helwetet; utan den måste förstås i egentlig mening såsom ett werkligt nederstigande till helwetet [22]). Wi hafwa derföre att tänka oß Christus till hela sin person uti helwetet. Men sjelfwa nederstigandets act gäller blott hans menskliga natur, alldenstund hans gudomliga natur, såsom den allt uppfyllande, utomdeß måste tänkas såsom hel och hållen närwarande på hwarje rum [23]). 1 Ptr. III, 18—20. Eph. IV, 9.

Desc. Christi ad inferos est verus, realis et supernaturalis motus, quo Christus, vincula mortis eluctatus, et redivivus, tota sua persona ad inferos se contulit, ut spiritibus malis et damnatis hominibus se victorem mortis demonstraret [24]). Holl.

2) Resurrectio. Efter sin helwetesfärd, på tredje dagen efter sin död, wisade sig Christus åter lefwande på jorden för en liten krets af förtrogne. Men med döden har han aflagt äfwen alla den menskliga naturens swagheter och brister och densamma befinner sig nu uti ett förklaradt tillstånd. Genom uppståndelsen har han bewisat sig såsom segrare öfwer döden och djefwulen och utan den wore wår tro förgäfwes. 1 Cor. XV, 14.

Resurrectio est actus gloriosae victoriae, quo Christus θεάνθρωπος, per eandem cum Deo patre et spiritu sancto potentiam, corpus suum, animae redunitum et glorificatum, e sepulcro eduxit, variisque indiciis discipulis suis vivum stitit, in confirmationem nostrae pacis, fraternitatis, gaudii et spei de nostra secutura resurrectione [25]. Holl. —

3) Ascensio. Sedan Christus hade wisat sig såsom uppstånden för sina lärjungar, uppfor han till himmelen, d. ä., upphöjde äfwen hans menskliga natur sig till himmelen, der den dittills ännu icke warit. Act. I, 12. Luc. XXIV, 50.

Ascensio est actus Christi gloriosus, quo is resuscitatus, secundum humanam naturam, vero, reali et per liberam oeconomiam locali motu, modoque visibili usque ad nubes, et inde invisibili ratione in commune beatorum coelum, et ipsum thronum Dei sese evexit, ut regnum Dei, hostibus triumphatis, occuparet (Act. III, 21.), clausum paradisum resecaret (Apoc. III, 7), et permanentem in coelis sedem nobis pararet (Joh. I, 2.) [26]. Holl.

4) Sessio ad dextram Dei. Med detta uttryck betecknas Christi efter sin menskliga natur inträdande i den fulla, gudomliga herrligheten och herrawäldet. Ty först ifrån ögonblicket af sin himmelsfärd trädde Christi menskliga natur i fulla utöfningen af all den gudomliga herrlighet, som den i status exinanitionis hade trånsagt sig. Hbr. I, 13. Eph. IV, 20—22. Mrc. XVI, 19. Rom. VIII, 34. Ap. III, 21.

Sessio ad dextram Dei est gradus gloriae summus, quo Christus θεάνθρωπος secundum humanam naturam, in thronum majestatis divinae evectus, omnia quae sunt in regno potentiae, gratiae et gloriae, potentissime praesentissimeque gubernat, in nominis sui gloriam, et ecclesiae afflictae solatium et salutem [27]. Holl.

1) Holl. Quamvis in sensu ecclesiastico et improprio interdum incarnatio dicatur exinanitio (ubi sumitur pro clementi inclinatione, qua ὁ λόγος se inclinavit ad miserandum nostri et ad succurrendnm nobis, ac de coelo descendens humanam naturam assumere est dignatus. Haec exinanitio improprie et in sensu ecclesiastico sic dicta vocatur humiliatio incarnationis. Grh.), proprie tamen et ex usu scripturae incarnatio non est vocanda exi-

8) Sepultura: impositio corporis salvatoris nostri, in cruce exanimati, in monumentum recens, ad declarandam mortis Christi veritatem. — Holl.

II. Upphöjelsetillståndets momenter. Detsamma begynte då Christus wardt åter lefwande [18]) och bewisade sig för underwerlden genom descensus, för denna werlden genom resurrectio och ascensio, samt hann sitt slutmål i sessio ad dextram Dei patris [19]).

1) Descensus ad inferos. Sedan Christus war åter uppwäckt till lif, är han, innan han genom sin uppståndelse ifrån de döda gaf menniskorna bewiset, att han lefde [20]), nederfaren till helwetet (1 Ptr. III, 18—20. Col. II, 15.) och har der bewisat sig för satan och de fördömde andarne såsom segerwinnare öfwer döden och satan och såsom herre öfwer död och lif [21]). Denna Christi helwetesfärd får derföre icke fattas i oegentlig mening, som wore dermed blott storheten af de qwal antydd, hwilka Christus för menniskornas skull lidit, eller som wore dermed blott den werkan angifwen, hwilken Christi lidande och död för menniskorna hade, att deßa derigenom blifwit befriade ifrån helwetet; utan den måste förstås i egentlig mening såsom ett werkligt nederstigande till helwetet [22]). Wi hafwa derföre att tänka oß Christus till hela sin person uti helwetet. Men sjelfwa nederstigandets act gäller blott hans menskliga natur, alldenstund hans gudomliga natur, såsom den allt uppfyllande, utomdeß måste tänkas såsom hel och hållen närwarande på hwarje rum [23]). 1 Ptr. III, 18—20. Eph. IV, 9.

Desc. Christi ad inferos est verus, realis et supernaturalis motus, quo Christus, vincula mortis eluctatus, et redivivus, tota sua persona ad inferos se contulit, ut spiritibus malis et damnatis hominibus se victorem mortis demonstraret [24]). Holl.

2) Resurrectio. Efter sin helwetesfärd, på tredje dagen efter sin död, wisade sig Christus åter lefwande på jorden för en liten krets af förtrogne. Men med döden har han aflagt äfwen alla den menskliga naturens swagheter och brister och densamma befinner sig nu uti ett förklaradt tillstånd. Genom uppståndelsen har han bewisat sig såsom segrare öfwer döden och djefwulen och utan den wore wår tro förgäfwes. 1 Cor. XV, 14.

Resurrectio est actus gloriosae victoriae, quo Christus θεάνθρωπος, per eandem cum Deo patre et spiritu sancto potentiam, corpus suum, animae redunitum et glorificatum, e sepulcro eduxit, variisque indiciis discipulis suis vivum stitit, in confirmationem nostrae pacis, fraternitatis, gaudii et spei de nostra secutura resurrectione [25]). Holl. —

3) Ascensio. Sedan Christus hade wisat sig såsom uppstånden för sina lärjungar, uppfor han till himmelen, d. ä., upphöjde äfwen hans menskliga natur sig till himmelen, der den dittills ännu icke warit. Act. I, 12. Luc. XXIV, 50.

Ascensio est actus Christi gloriosus, quo is resuscitatus, secundum humanam naturam, vero, reali et per liberam oeconomiam locali motu, modoque visibili usque ad nubes, et inde invisibili ratione in commune beatorum coelum, et ipsum thronum Dei sese evexit, ut regnum Dei, hostibus triumphatis, occuparet (Act. III, 21.), clausum paradisum resecaret (Apoc. III, 7), et permanentem in coelis sedem nobis pararet (Joh. I, 2.) [26]). Holl.

4) Sessio ad dextram Dei. Med detta uttryck betecknas Christi efter sin menskliga natur inträdande i den fulla, gudomliga herrligheten och herrawäldet. Ty först ifrån ögonblicket af sin himmelsfärd trädde Christi menskliga natur i fulla utöfningen af all den gudomliga herrlighet, som den i status exinanitionis hade frånsagt sig. Hbr. I, 13. Eph. IV, 20—22. Mrc. XVI, 19. Rom. VIII, 34. Ap. III, 21.

Sessio ad dextram Dei est gradus gloriae summus, quo Christus θεάνθρωπος secundum humanam naturam, in thronum majestatis divinae evectus, omnia quae sunt in regno potentiae, gratiae et gloriae, potentissime praesentissimeque gubernat, in nominis sui gloriam, et ecclesiae afflictae solatium et salutem [27]). Holl.

1) Holl. Quamvis in sensu ecclesiastico et improprio interdum incarnatio dicatur exinanitio (ubi sumitur pro clementi inclinatione, qua ὁ λόγος se inclinavit ad miserandum nostri et ad succurrendnm nobis, ac de coelo descendens humanam naturam assumere est dignatus. Haec exinanitio improprie et in sensu ecclesiastico sic dicta vocatur humiliatio incarnationis. Grh.), proprie tamen et ex usu scripturae incarnatio non est vocanda exi-

nanitio. Nam 1) exinanitio dicitur de filio Dei ἀσάρκῳ; 2) illa intelligitur hic exinanitio, quae per exaltationem est sublata; sed incarnationis status permanet. —

2) Holl. Exinanitus est Christus secundum humanam naturam in unione personali consideratam.

It. Subjectum quo est sola humanitas, sed in unione considerata; nam 1) divinitas cum sit immutabilis et perfectissima, exaltari et exinaniri nequit; 2) exinanitio facta est usque ad mortem crucis, Phil. II, 8, ac divinitas nec mortua nec crucifixa est. —

3) Chemn. d. duab. nat.: Nec post resurrectionem demum tota plenitudo divinitatis coepit in Christo habitare corporaliter, quasi post factam in conceptione hypostaticam illam unionem ante ascensionem et sessionem ad dextram vel inanis vacuitas vel particularitas quaedam divinitatis, corporaliter in Christo habitarit, vel quasi hypostatica unio seu inhabitatio personalis totius plenitudinis deitatis in assumta Christi natura, processu annorum subinde major, arctior, plenior et perfectior facta fuerit, cum a primo momento hypostaticae unionis tota plenitudo deitatis habitarit corporaliter sive in carne sua assumta natura Christi. —

Holl. Exinanitio Christi formaliter non consistit in omnimoda majestatis divinae abdicatione aut evacuatione, nam 1) haec non fieri potuisset sine solutione unionis personalis, quae cum sit perfecta et interna unio, non potest exsistere sine communicatione naturarum et idiomatum; 2) durante statu exinanitionis Christus interdum luculenta edidit specimina majestatis divinae in carne sua habitantis (Joh. II, 1 sqq.), quamvis Christus ea majestate rarius et quasi extraordinarie usus sit. —

4) Holl. Exinanitio non consistit in nuda majestatis divinae κρύψει seu occultatione (non ita, ut usus quidem majestatis perpetuus et plenus esset, occulte autem sive latenter fieret Br.), nam exinanitio 1) non cadit in Christum exaltatum, in quem tamen cadit majestatis occultatio 1 Cor. I, 7; 2) occultatio donorum non est vera exinanitio, sicut sol, nubibus tectus, non est vere obtenebratus; quamvis non diffitemur, quod Christus τὴν κτῆσιν seu possessionem communicatae majestatis occultaverit nec ubique exseruerit. —

5) Chemn. d. duab. nat. Exinanitio igitur non significat privationem, ablationem, despoliationem, exuitionem, abjectionem, depositionem, remotionem, carentiam, absentiam, defectum, nuditatem seu vacuitatem plenitudinis divinitatis, quae in Christo corporaliter habitavit, ab ipso momento divinitatis. Sed respicit usum seu usurpationem ejus, quod scil. infirmitate tecta, non semper tempore exinanitionis, in humana natura Christi luxerit, et per eam plene ac manifeste se exseruerit, virtutem enim divinam praesentem et corporaliter inhabitantem ab operatione in humanitate et per humanitatem Christi paulisper retrahens, et renitens, sicut Ambrosius loquitur, permisit naturales proprietates et reliquas assumtas infirmitates, quasi solas in humana natura sua praevalere, praedominari et se exserere. Ne quis tamen propter hujus usurpationis exinanitionem fingeret absentiam et defectum ipsius ple-

nitudinis divinitatis in Christi humanitate Christus ipso tempore exinanitionis, quando voluit, ostendit plenitudinem illam in sua carne habitare et usum ejus, quando voluit et quantum voluit, per assumtam naturam ipso exinanitionis tempore exercuit, manifestavit et exseruit. Ita in miraculis gloriam suam manifestavit. . .

Holl. Consistit (exinanitio) in abdicatione pleni atque incessantis usus divinae majestatis, assumtione formae servilis, assimilatione cum aliis hominibus et humillima obedientia. —

Den utförliga beskrifningen af status exinanitionis hos Holl.: Quatuor requisita connectenda sunt ad plene describendam exinanitionem Christi: 1) κένωσις (intermissio, retractio, inhibitio actus plenarii, perpetui et universalis Christo homini realiter communicatae div. majestatis et excellentiae. Quen.). 2) λῆψις μορφῆς δούλου, assumtio conditionis servilis. Fuit namque Christus servi in modum tractatus, venditus, et servili supplicio affectus. 3) ὁμοίωσις ἀνθρώπων, assimilatio cum hominibus tenuioribus et ignobilibus, imprimis Israelitis, in nativitate, circumcisione, ablactatione, arte fabrili, in conversatione et gestu. 4) ταπείνωσις ὑποτακτική, humillima obedientia activa et passiva.

Status exinanitionis finna DD. beskrifwet i Phil. II, 5—8 och förklara de serskilda uttrycken i detta ställe så: „Μορφὴ θεοῦ,“ formaliter et praecise non ipsam divinam essentiam notat, sed proprie divinam conditionem gloriosam seu gloriam et majestatis divinae usum universalem, quae consistere non possunt absque vera deitate sed eandem in eadem hypostasi supponunt. Quen. — Chemn. Μορφή est, quando natura seu essentia aliqua ita consideratur, sicut idiomatis, attributis et conditionibus vel divinis vel humanis praedita et quasi vestita atque ornata est. — „Ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων.“ Participium ὑπάρχων hic est ἐμφατικώτατον, indicans: 1) Christum non sumsisse μορφὴν θεοῦ (ut dicitur sumsisse μορφὴν δούλου) sed in ea extitisse. 2) Christum cum μορφῇ θεοῦ simul vere habuisse ipsam div. essentiam et naturam. 3) Christum Jesum, postquam sumsisset μορφὴν δούλου non deposuisse vel ipsam θεότητα vel ὁλικῶς et omni modo a se abdicasse μορφὴν θεοῦ, sed eam non integre et plene exseruisse, nec eam pompose jactitasse, sed potius in servili forma aliis hominibus tum servisse, ita tamen ut semper manserit ὑπάρχων ἐν μορφῇ θεοῦ. — „Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ,“ non judicavit, rapinae instar publice ostentandam esse majestatem omnipotentis et omnipraesentis Domini, sed eandem clam habuit et tum demum, quando ipsi visum fuit, nonnullos deiformitatis radios exseruit. — „Ἴσα θεῷ“ se Deo aequaliter gerere in gloria et majestate. „Ἑαυτὸν ἐκένωσε“ non effundendo communicatam majestatem sed ejus usum plenum et universalem retrahendo et cohibendo. „Μορφὴ δούλου,“ non est natura humana, quam Christus θεάνθρωπος non demum assumsit sed habuit, quam etiam per exaltationem non deposuit: sed est status servilis, et conditio abjecta. Quen. — Meningen af hela stället uppfattar Quen. så: Christum jam inde a primo incarnationis momento divinam gloriam et majestatem sibi secundum humanam naturam communicatam plena usurpatione exserere, et tanquam Deum se gerere potuisse, sed

abdicasse se plenario ejus usu et humilem se exhibuisse, patrique suo coelesti obedientem factum esse usque ad mortem crucis. —

6) Holl. Generatim loquendo Christus in statu exinanitionis se abdicavit usu plenario, universali et indesinenti aeternae gloriae, per unionem personalem assumtae carni communicatae. Joh. XVII, 5. (wid detta ställe den anmärkning: glorificatio non designat a) donationem possessionis gloriae, nam Christus ut homo jam ante possedit gloriam infinitam. Joh. I, 14. neque b) ejus particularem ursurpationem, quam in miraculis quibusdam ostenderat; c) sed notat inthronisationem et introductionem Christi hominis in regnum suum omnipotenter. . . administrandam.) Speciatim suspendit et cohibuit usum omnipotentiae (quam si exercuisset, passio Christi et mors satisfactoria pro peccatis nostris impeditae fuissent etc.) omniscientiae (vere enim ignoravit diem extremi judicii. Mtth. XXIV, 36. sterilitatem ficus. Mtth. XXI, 19. locum sepulcralem Lazari. Joh. XI, 34) abundantissimae opulentiae (si quidem propter nos egenus factus est. 2 Cor. VIII, 9. Mtth. VIII, 20) omnipraesentis dominii (Joh. XII, 21) et adorabilitatis religiosae (si quidem minor factus est angelis. Hbr. II, 7). —

7) Holl. Exaltatio (ὑπερύψωσις Phil. II, 9. δόξασις Joh. XVII, 5. στεφάνωσις Hbr. II, 9. ἐνθρονισμός Hbr. VIII, 1), active sumta definitur, quod sit solemnis inthronisatio et inauguratio Christi redivivi ad plenam ac perfectam coelestis imperii usurpationem et gubernationem coeli et terrae, inprimis ecclesiae.

Quen. Forma exaltationis consistit in status servilis seu formae servi depositione ac in plenaria, universali atque incessante majestatis divinae in unione personali acceptae et in exinanitione possessae usurpatione. (Neque enim data est Christo in exaltatione nova potentia, virtus aut majestas, quam antea non habuit sed collata tamen ei fuit plena facultas administrandi ejus regni, quod per ipsam unionem acceperat. —

Hufwudstället, hwarest exaltatio beskrifwes, är utom Ps. VIII, 6. 7. CX, 7. Hbr. II, 7. Act. V, 31), också Phil. II, 9–11. Holl. a) Particula διό non notat meritoriam collationem sed consequentiam ordinis. b) Collator gloriae est Deus pater. Joh. XVII, 7. Rom. VI, 4. (dock blott företrädeswis, tanquam fonti; annars är den en act af hela treenigheten och det kan äfwen sägas, att Sonen hafwer uppwäckt sig sjelf. Joh. II, 19. X, 17 etc.) c) ὑπερύψωσις, exinanitionem consecuta infert loco evacuationis formae Dei plenam formae Dei usurpationem, loco occultationis eorum, quae sunt aequalia Deo, publicam eorum manifestationem; loco assumtionis formae servilis ejusdem depositionem et dominii universalis administrationem. d) Donatio nominis super omne nomen designat collationem gloriae summae, qua nulla sublimior nominari potest, quae per exaltationem donata est, quoad plenissimam χρῆσιν. e) Consequens donatae gloriae est subjectio omnium creaturarum, genuflexione adumbrata. Ps. XCII, 7. Ap. V, 12. Joh. XIV, 13. Jac. II, 19. — Äfwen här, så wäl, som wid exinanitionen, gäller det: 1) att ordet exaltatio icke får tagas in sensu ecclesiastico pro evectione humanitatis in ὑπόστασιν λόγου et consequente inde αὐχημάτων

ματων divinorum communicatione, utan in sensu biblico, prout notat Christi a morte liberati universam glorificationem; 2) att exaltatio blott sträcker sig till Christi menskliga natur.

Skilnaden mellan incarnatio, exinanitio och exaltatio uppställer Chemn. så: (d. duab. nat.). Atque hinc etiam manifestum est, non fieri confusionem articulorum fidei, sed illos distincte esse ac manere et singulos peculiare aliquid continere. Incarnatione enim facta est hypostatica unio deitatis *λόγου* cum assumta humanitate, in qua tota plenitudo deitatis a primo momento conceptionis personaliter inhabitavit. Sed ratione exinanitionis, usurpatio et manifestatio ejus, ut non statim et semper per humanitatem assumtam se exserere, ad tempus dilata et quasi suspensa fuit. Per ascensionem vero, depositis infirmitatibus, et remota exinanitione, rationem vivendi juxta conditiones hujus seculi reliquit, atque ita ex mundo exivit. Per sessionem vero ad dextram Dei ingressus est in plenariam et manifestariam usurpationem et ostensionem ejus potentiae, virtutis et gloriae deitatis, quae tota plenitudine personaliter in assumta natura, ab initio unionis habitavit, ut nunc non amplius, sicut in exinanitione se contineat, retrahat, et quasi lateat, sed ut in assumta, cum assumta et per assumtam humanam naturam plane, manifeste et gloriose exserat. —

8) Holl. Status exinanit. duravit a primo momento conceptionis usque ad ultimum momentum quietis in sepulcro. Quen. Terminus exaltationis a quo et per quem est passio et exinanitio antegressa. Terminus ad quem est gloria et majestas infinita (Joh. XVII, 5. Eph. I, 20. Phil. II, 9. 10) consideranda hic in usurpatione et quoad distinctos gradus. —

9) Den nu framställda läran om exinanitio finnes till sina wäsendtliga grunddrag fullständig redan i Formula concordiae VIII, 26. Ex hac unione et naturarum communione humana natura illam habet exaltationem, post resurrectionem a mortuis, super omnes creaturas in coelo et in terra, quae re vera nihil aliud est, quam quod Christus formam servi prorsus deposuit; humanam vero naturam non deposuit, sed in omnem aeternitatem retinet, et ad plenam possessionem et divinae majestatis usurpationem secundam assumtam humanam naturam evectus est. Eam vero majestatem statim in sua conceptione, etiam in utero matris habuit: sed ut apostolus (Phil. II, 8) loquitur, seipsum exinanivit, (F. conc. epit. 16. qua de causa revera aetate, sapientia, et gratia apud Deum atque homines profecit) eamque, ut D. Lutherus docet, in statu suae humiliationis secreto habuit, neque eam semper, sed quoties ipsi visum fuit, usurpavit. Jam vero, postquam non communi ratione, ut alius quispiam sanctus in coelos ascendit, sed ut apostolus (Eph. IV, 10) testatur, super omnes coelos ascendit, et revera omnia implet, et ubique non tantum ut Deus, verum etiam ut homo, praesens dominatur et regnat a mari ad mare et usque ad terminos terrae. — Cf. F. C. VIII, 25 och 65. Haec autem humanae naturae majestas in statu humiliationis majore ex parte occultata et quasi dissimultata fuit. — Blott den enda bestämningen, att exinanitio icke består uti en nuda majestatis divinae occul-

tatione, blifwer af de sednare DD. starkare framhållen i följd af de stridigheter, hwilka sedan 1616 uppstått mellan Theologerna i Gießen och Tübingen. Deßa stridigheter rörde frågan (såsom den af Tübinger-theologerna sjelfwa uppfattades): an homo Christus in Deum assumtus in statu exinanitionis tanquam rex praesens cuncta, licet latenter, gubernarit? hwilken Theol. i Gießen (Menzer och Feuerborn) med nej; men Theol. i Tübingen (Luc. Osiander, Nicolai och Thymmius) med ja beswarade. Ty då utan all fråga ett herrawälde öfwer alla creatur under alla tider måste tilläggas Christus efter hans gudomliga natur; så syntes det Tübinger-theologerna, att ifrån det momentet, då λόγος hade antagit menniskonatur, äfwen detsamma i kraft af den dymedelst till stånd kommande communicatio idiomatum, måste tilläggas hans menskliga natur. (Statuerunt: "Christum secundum humanam naturam in ipso statu exinanitionis, quin et in ipsa morte, coelum et terram potenter et omnipraesenter gubernasse, adeoque semper et incessanter majestatem omnipraesentiae et omnipotentiae vi unionis personalis ipsi vere communicatam plenarie, occulte tamen usurpasse"). Blott sättet och wiset, menade de, hwarpå Christus utöfwade detta herrawälde, war ett annat i status exinanitionis, och ett annat i status exaltationis. I det förra utöfwade han det förborgadt för werldens ögon; i det sednare uppenbarligen för densamma. I följd häraf äger ingen κένωσις i egentlig mening rum, utan blott en κρύψις, ty det gudomliga herrawäldet blifwer ju efter denna lära äfwen i status exinanitionis utöfwadt af den menskliga naturen, och ehuru på ett hemligt, för menniskorna icke förnimbart wis (dädan påståendet: "Christum secundum naturam humanam jam inde a primo conceptionis momento sedisse ad dextram Dei patris, non quidem modo gloriose majestatico, sed sine illo et sub forma servi"). Derefter skulle widare exaltatio i egentlig mening wara gifwen ifrån menniskoblifwandets moment, (unam et solam esse propriissime dictam exaltationem, assumtionis puncto perfectissime factam, quae neque (ratione οὐσίας) major et excelsior fieri potuerit, posteriorem autem exaltationis significationem (i. e. exaltationem Christi resurrectionem ejus insecutam) non esse novam novae dignitatis et excellentiae collationem, sed prius in assumtionis et unionis momento collatam et communicatam, in exinanitionis statu obtectam et servili forma velatam, in exaltationis vero statu plenissime coram coelestibus, aliisque creaturis revelatam, detectam, manifestatam et demonstratam majestatem") och bestå deruti, att genom communicatio idiomatum den menskliga naturen blifwit delaktig af all gudomlig herrlighet. Och ändtligen skulle hela skilnaden mellan status exinanitionis och status exaltationis wara den, att uti dem båda arten af det gudomliga herrawäldets utöfning wore olika. („Quod exaltatio, Christi resurrectionem ex mortuis et ascensionem ad coelos insecuta, Christo, ut homo est, non contulerit rem, sed duntaxat modum rei, h. e. quod Christus, ut homo redivivus, et ad dextram Dei exaltatus non pervenerit demum in plenariam divinae majestatis usurpationem in regimine mundi, sed acceperit tantum novum regiminis modum, nempe majestatice gloriosum et manifestum; quippe qui fuerit in statu exinanitionis ratione personae, ignominiosus et occultus.") Dock medgåfwo deßa Theologer, efter den mera till de Gießenska theol. fördel, 1623, utfallna Saxiska theologernas „decisio", att en exinanitio i egentlig mening, med afseende på officii sacerdotalis functioner kunde antagas; att Christus i afseende

härpå, wid sitt lidande och död, öfwerhufwud wid allt hwad han gjort till återlösningens fullbordan, har affagt sig bruket af sin gudomliga herrlighet; under det de, i hwad som rörde officium propheticum och regium, fasthöllo sin förra mening och uppfattade exinanitio blott såsom occultatio och widblefwo den satsen, att Christus äfwen i status exinanitionis har efter sin menskliga natur utöfwat det gudomliga herrawäldet öfwer werlden. (Coeperunt remittere Tubingenses et concedere, „quoad objectum sacrificii et passionis, aut quod idem est, quoad officium sacerdotale, Christum se revera evacuasse majestate divina, adeoque quoad statum oppositum passioni realiter et vere accepisse majestatem antea non habitam, verum quoad officium propheticum et regium, exinanitionem esse solam occultationem, et vicissim exaltationem, quoad haec duo officia, consistere in sola revelatione, non collatione majestatis reali.“). —

För theologerna i Gießen, och sedermera äfwen för de Saxiske, syntes deremot för den menskliga naturen af unio personalis blott följa den werkliga besittningen af den gudomliga herrligheten, men mot hwilken det dock icke stridde, att den menskliga naturen hade kunnat affäga sig för en tid bruket och utöfningen af densamma („τὸ non usurpare divinam majestatem regiam non dissolvit personam, sed τὸ non habere.“) — såsom det ganska wäl låter tänka sig, att Christus efter sin gudomliga natur utöfwade herrawäldet öfwer werlden, utan att den menskliga naturen redan då tog del deruti. (Ad conservationem unionis personalis indisruptae sufficit, ut duae naturae absque respectu creaturarum et locorum sibi invicem praesentes sint, neque necesse est, ut una statim sit, in respectu ad creaturas et loca, ubi est altera. Quen.) Det syntes dem widare motsäga den H. Skrifts bestämda utsagor, om exaltatio icke blefwe tagen såsom en werklig, på det sätt, att först med inträdandet af densamma det fulla bruket och utöfningen af det gudomliga herrawäldet skulle tillkomma den menskliga naturen; och ändtligen syntes dem många orimligheter följa af denna de Tübingska theologernas åsigt, såsom den, att Christus, då han efter sin menskliga natur låg död uti grafwen, skulle på samma gång hafwa warit gudomligt närwarande hos alla creatur. Derföre antogo de, att Christus hade, så länge han war uppå jorden, affagt sig efter sin menskliga natur den fulla utöfningen af det gudomliga herrawäldet öfwer werlden; och blott stundtals och undantagswis, såsom wid underwerken, gjort bruk af detsamma (hwilket sednare i synnerhet påstods af de Saxiska theologerna). Skilnaden mellan status exinanitionis och status exaltationis satte de derföre deri, att först med det sednare det fulla bruket af det gudomliga herrawäldet tillkommit den menskliga naturen. — Striden blef wäl afbruten genom det 30-åriga kriget, men de efterföljande theologerna, — med några undantag af Tübingarne, hwilka wäl i det följande icke tillade striden någon stor betydelse, men dock widhöllo sitt universitets lärotrop, (cf. Cotta dis. II. i Gerhard's ll.) — bekände sig till de Gießenska och Saxiska theologernas lära på det sätt, hwarpå den ofwanföre är worden framstäld. — En utförlig framställning af denna lära och beskrifning på de hithörande stridigheter finnes hos Quen. pars polem. p. 389 sqq., hwarifrån äfwen de här anförda bilagorna ur de Tübingska och Gießenska theologernas skrifter äro tagne. —

10) Quen. Constat exinanitio Christi in genere duobus actibus, scil. plenarii et universalis communicatae majestatis usus abdicatione, et servilis formae assumtione. Haec ipsa porro ser-

vilis forma seu conditio sub se habet certos actus, in quibus maxime fuit conspicua.

Andra indelningar än de i texten gifne: Grh. Conceptio in utero, nativitas, incrementum aetatis et sapientiae, obedientia in forma servili usque ad mortem crucis, quam secuta est sepultura. Kg. Conceptio, nativitas, passio, derelictio, mors, sepultura. Quen. i likhet med Kg. tillägger äfwen: subjectio legalis per circumcisionem. Br. i likhet med Holl., men utesluter blott circumcisio.

11) Holl. Jam consideramus eam non in se praecise, sed quatenus ad statum exinanitionis pertinet, seu quatenus caro Christi, licet non ex virili semine; tamen in utero feminae formata fuit; qua ratione certum est, nonnullas infirmitates concurrere.

Grh. Quod dixi, conceptionem et gestationem in utero, ac nativitatem ex utero matris pertinere ad statum exinanitionis, ex eo potest intelligi, si consideraverimus, Adamum fuisse verum hominem, qui tamen nec in utero conceptus, nec ex utero matris natus; potuisset igitur eodem modo Dei filius absque tali conceptione et nativitate veram humanam naturam assumere sed voluit in omnibus fratribus similis fieri. Hbr. II, 17. —

12) Br. In qua (nativitate) praecipue consideratur, quod fructus ventris Mariae, per consuetos menses gestatus, ita demum in lucem editus est: velut juxta communem hominum sortem. Illud autem, quod quidam putant, Mariam clauso utero peperisse filium, incertum est: magis autem certa et manifesta natalium tenuitas et nascentis contemtus atque egestas.

13) Holl. Circumcisio est actus humillimae Christi obedientiae, qua Christus non tantum in profundo exinanitionis statu jacuit sub novacula circumcisoris, sed et legi divinae Mosaicae subjectus est, cum tamen sit dominus legis. Mtth, XII, 8. Mrc. II, 28.

14) Holl. Qua Christus Joseph patris curae et matris Mariae mandatis se sponte sua subjecit. Luc. II, 51.

15) Br. Subjectus enim fuit magistratui, aliis par aut inferior habitus: explendae famis ac sitis causa edit ac bibit: lassus dormivit, molestias laborum atque itinerum, pericula, tentationes, tristitiam, egestatem, contumelias etc. pertulit. —

16) Br. Imprimis confluxus ille afflictionum, quas Christus biduo ante mortem exantlavit: quo praecipue referenda est desertio illa, cujus mentio fit Mtth. XXVII, 46. Scilicet desertus est Christus, non quidem quasi vel vinculum unionis personalis ruptum; vel ipse a facie Dei penitus rejectus fuisset, nunquam recipiendus in gratiam; neque quod revera et proprie loquendo desperaverit: sed quod in maximo concursu malorum, propter peccata hominum sibi imputata, sic senserit iram Dei, aut Deum a se, omnium peccatorum personam sustinente, alienum; ut nullum sentiret inter se, ex plenitudine inhabitantis divinitatis solatium. Qua ratione etiam intelligendum est, quod alias dicitur, Christum dolores infernales sustinuisse. — Quen. Spectandus hic Christus est non in se ac per se, ut Dei et Mariae filius est, sed relate et

in officio suo sacerdotali et mediatorio, scl. quatenus in judicio Dei totum genus humanum lapsum repraesentat et onustus totius generis humani peccatis magnitudinem irae divinae peccatis sibi impositis incumbentis sentit.

17) Quen. Ratio formalis consistit in vera, voluntaria et locali animae a corpore separatione Luc. XXIII, 43 et 46. salvo interim manente unionis personalis vinculo. — Not.: Ex dissolutione animae a corpore non est inferenda unionis duarum naturarum in Christo dissolutio. Licet enim unio naturalis inter animam et corpus disrupta sit, unio tamen personalis inter λόγον et naturam assumtam intercedens non fuit soluta, sed mansit divina natura in Christo vere cum anima, quae tum erat in coelo et vere cum corpore in sepulcro unita. Mansit, inquam, λόγος in ipsa morte suppositum partium physice separatarum, corporis et animae, totaque natura divina in anima separata et tota natura divina in corpore terrae relicto fuit sine ulla distractione aut distensione, quod utrumque naturae divinae contrariatur. — Holl. Passio et mors Christi fuit vera, non putativa, spontanea, non coacta, suscepta non casu sed ex certa dispositione et consilio Dei, cruenta et ignominiosa, vicaria, meritoria et satisfactoria. —

18) Holl. ζωοποίησις seu vivificatio est liberatio Christi a morte et redunitio animae ac corporis, qua Christus secundum carnem reviviscere coepit. Non est haec peculiaris gradus exaltationis sed conditio praerequisita ad disponendum subjectum scil. Christum, ad suscipiendum plenum et universalem majestatis divinae usum.

19) Holl. Christus redivivus majestatem suam divinam per certos quosdam gradus exercuit: 1) descendendo ad inferos, spiritibus malis et hominibus damnatis se vivum exhibuit ut victorem mortis; 2) resurgendo apostolis et per hos toti mundo declaravit, se per mortem suam justitiae divinae satisfecisse; 3) ascendendo in coelum angelis et beatis hominibus ostendit se esse victorem non tantum mortis, sed et cacodaemonum, hominumque salvatorem; 4) sedendo ad dextram Dei plenissimum et universale dominium in omnes creaturas, quae sunt in regno potentiae, gratiae et gloriae, exercet. — Då med sessio ad dextram exaltatio är fulländad; så skiljer Hfrffr., i stället för att antaga andra grader i densamma, mellan statum glorificationis, in quem Christus post resurrectionem venit, dum humanae naturae infirmitates deponens in conditionem glorificatorum corporum translatus est, och statum majestatis Christi hominis, in quem Christus post gloriosam suam ascensionem in coelos translatus et ad dextram Dei patris collocatus est.

20) Quen. Descensus temporis articulus est juxta 1 Ptr. III, 19 momentum illud, quod intercessit inter ζωοποίησιν et ἀνάστασιν Christi stricte ita dictam. — Om det påstås, att descensus har föregått resurrectio och således icke först följt efter vivificatio, så anmärker Holl.: Distinguendum inter resurrectionem externam et internam. Illa est egressio e sepulcro et exterior coram hominibus manifestatio, et designatur in symbolo apostolico: haec est ipsa vivificatio.

21) Holl. Descendit Christus in infernum non eo fine, ut a daemonibus quidquam mali pateretur (Joh. XIX, 30. Luc. XXIV, 26), sed ut de daemonibus triumphum ageret (Ap. I, 18. Col. II, 25), et ut homines damnatos, in carcere infernali jure concludi convinceret. 1 Ptr. III, 19. — Fuit praedicatio Christi in inferno non evangelica, quae hominibus tantum in regno gratiae annunciatur, sed legalis, elenchtica, terribilis, eaque tum verbalis, qua ipsos aeterna supplicia promeritos esse convincit, tum realis, qua immanem terrorem iis incussit. — På frågan: Cur solis illis, qui tempore Noachi increduli fuerunt, Christus in inferno praedicasse dicitur? swarar Holl.: 1) Non excluduntur alii sed hi tanquam enormia impoenitentiae et singularis judicii divini exempla proponuntur; 2) peculiariter apostolus illos nominavit, ut doceret, etiam antediluvianos debuisse in Christum credere . . .; 3) ut apostolus commode transiret a diluvio typico ad antitypum baptismum.

22) Quen. Descensus Christi ad inferos improprie sumitur vel metaphorice, prout notat exquisitissimos illos et vere infernales dolores ac cruciatus, quos tempore passionis Christus in sanctissima anima sua sensit et sustinuit Ps. XVI, 10. vel metonymice de virtute et efficacia passionis et mortis Christi Zach. IX, 11. (ut sensus sit: Christus effecit et promeritus est sua passione et morte, ut liberati ac redemti simus ab inferno). Neutra autem significatio est hujus loci. Holl. Sed proprie sumtus descensus ad inferos notat verum et realem abitum in ποῦ damnatorum, quippe quem Petrus (III, 19) πορείαν sive profectionem vocat. — cf. Mtth. V, 25. Ap. XVIII, 2. XX, 7. 2 Ptr. II, 4. Derwid denna anmärkning: Quamvis descensus Christi ad inf. fuerit verus et realis, non tamen physicus fuit, aut localis, sed supernaturalis motus fuit. Nam motus physicus et localis est proprius corporum naturalium; sed corpus Christi vivificatum erat glorificatum. Neque fuit motus successivus; factus est enim ἐν πνεύματι, i. e. virtute divina, quae tarda molimina nescit. —

23) Quen. Christus θεάνθρωπος totaque adeo persona, (non igitur secundum animam tantum nec secundum corpus tantum) post redunitionem animae ac corporis ad istud damnatorum ποῦ descendit, ac diabolis ac damnatis sese victorem exhibuit. Descensus enim, cum sit actio personalis, non potest non toti personae θεανθρώπου adscribi. Et uti de toto θεανθρώπῳ in symbolo apostolico dicitur, quod sit passus, crucifixus, mortuus et sepultus, ita et de eodem dicitur, quod descenderit in infernum. — Helfwetesfärden tillägges, såsom naturligt är, Christus såsom Gudamenniska; det läres, att Christus, Gudamenniskan warit en tid uti helwetet; men sjelfwa nederstigandet tillägges blott Christi menskliga natur. Descendit Christus in inf. non secundum divinam naturam, secundum hanc enim jam ante in inferno per dominium omnia replens erat. . . . Descendit ergo Christus secundum humanam naturam. Nam praedicata illa θανατωθεὶς σαρκὶ et ζωοποιηθεὶς soli humanae naturae competunt. —

24) De Symb. böckerna gifwa icke så noggranna bestämningar häraf. Anda till form. conc. finnes blott det redan i Symb. apost. förekommande uttrycket: Descendit ad inferos alldeles icke widare förklaradt. Men form. conc. säger (IX): Constat, hunc fidei nostrae articulum de

descensu Christi ad inferos non modo a quibusdam recentioribus, verum etiam olim ab orthodoxis veteribus ecclesiae doctoribus non prorsus eodem modo explicatum esse. Nos igitur tutissimum judicamus, si simplicitatem fidei nostrae in symbolo comprehensam retineamus . . . ubi confitemur, quod credamus in Jesum Christum . . . in qua confessione videmus, sepulturam et descensum Christi ad inferos tanquam diversos articulos distingui. Simpliciter igitur credimus, quod tota persona, Deus et homo post sepulturam ad inferos descenderit, potestatem inferorum everterit, et diabolo omnem vim et potentiam eripuerit. Quomodo vero Christus id effecerit, non est, ut argutis et sublimibus imaginationibus scrutemur. I dessa framställningar synes man hafwa affett Aepins (1544) motsatta lära, att blott Christi själ hade nederfarit till helwetet.

Om de serskilda förklaringarna af desc. ad inf. Gerh. De descensu ad inf. plurimum variant veterum et recentiorum sententiae: 1) Quidam hunc articulum plane omiserunt. Sic Nicaena, Constantinopolitana et Toletanae aliquot synodi ejus non meminerunt. 2) Clemens Alex. dicit: Christum et apostolos descendisse ad inferos, ut evangelium praedicarent mentibus damnatis et spem salutis afferrent credentibus. 3) Chrysostomus descensum ad inf. refert ad virtutem miracula edendi, qua Christus multos mortuos suscitabat. 4) Quidam generatim accipiunt descensum ad inf. de toto humiliationis statu. (Sohnius). 5) Quidam statuunt, descendere ad inferos idem esse, quod sepelire. (Bucerus, Beza). 6) Quidam intelligunt hunc descensum de cruciatibus, quos Christus in anima perpessus sit. (Calvinus). 7) Quidam intelligunt de vi et virtute mortis Christi ad defunctos etiam promanante. Nos cum D. Luthero statuimus, hunc articulum non esse argute et scrupulose tractandum, quo modo factum sit et quid significet descendere ad inferos, sed retinendum esse simplicissimam sententiam, sicut τὸ ῥητὸν verborum sonat. Credimus igitur Christum certo ad inferos descendisse, nosque per ipsum e potestate mortis et satanae, ab aeterna damnatione atque adeo e faucibus inferni ereptos esse. —

25) Holl. Christus eduxit e sepulcro idem numero corpus, qua substantiam (Joh. II, 19) sed novis qualitatibus vestitum. — Br. Accepit corpus idem, illud quidem, quod antea habuit, sed glorificatum, juxta Phil. III, 21. Nam σῶμα τῆς δόξης per ebraismum denotat corpus gloriosum, et tale quidem, cujus affectiones prolixius describuntur 1 Cor. XIV, 40 sqq. Unde etiam e sepulcro clauso potenter exivit. Mtth. XVIII, 2—6. Holl. Resurrexit Christus virtute divina, omnibus tribus personis divinitatis communi.

Uppståndelsens ändamål: Resurrexit Christus ad manifestandum victoriam suam de morte et diabolo impetratam, Act. II, 24. et ad offerendum et applicandum omnibus hominibus fructus passionis et mortis suae. — Dessa fructus äro: fidei nostrae de Christi plenaria satisfactione confirmatio 1 Cor. XV, 17; beneficiorum morte Christi partorum applicatio; nostra justificatio Rom. IV, 25; spei nostrae de conservatione ad salutem obsignatio 1 Ptr. 1, 3. nostra ad vitam aeternam resuscitatio Joh. XIX, 25. XIV, 9. 2 Cor. IV, 14. 1 Thess. IV, 14. nostraque renovatio. Rom. VI, 4. 2 Cor. V, 15. —

26) Quen. Sumitur *ἀνάβασις* vel late, prout sessionem ad dextram Dei includit, ut Act. II, 33. 34. Eph. IV, 10. vel stricte, prout notat visibilem illam Christi in altum elevationem; ut Mr. XVI, 19. Act. I, 9. 11. quae posterior significatio est hujus loci.

Forma ascensionis consistit non in disparitione sed in vera realique loci mutatione atque in sublime elevatione. Br. Non tamen nimium scrutanda, aut juxta modum naturalem ita definienda, ut negetur corporis in coelum elati praesentia in terris.

27) Cf. Form. conc. VIII, 28. Br. Dextra Dei non est certus aliquis locus, sed ipsa omnipotens Dei virtus, quae coelum et terram replet. Mtth. XXVI, 64. Exod. XV, 6. Hbr. I, 3. VIII, 1. XII, 2. Eph. I, 20—23. Ps. CXXXIX, 10. — Holl. Sedere ad dextram Dei significat: communicata a patre per exaltationem omnipotentia et majestate regia plene et indesinenter uti, ad regimen universale et gloriosissimum in regno potentiae, gratiae et gloriae; vel quod idem est, sedere ad dextram Dei, est, vi unionis personalis, et hanc secutae exaltationis, potentissime, praesentissime, et gloriosissime omnia opera manuum Dei gubernare. 1 Cor. XV, 25. 27. Ps. CX, 1, 2. Hbr. II, 7. 8. Vocatur dextra Dei patris, quia dextra Dei, ad quam Christus evectus est, hic non sumitur absolute, prout omnibus tribus divinitatis personis est communis (sic enim Christus ad suammet sederet dextram) sed relate, quatenus est dextra primae personae divinae, quae est fons deitatis (prout notat divinam potentiam et immensam majestatem, communicatam a Deo patre *τῷ λόγῳ ἀσάρκῳ* per aeternam generationem, et *λόγῳ ἐνσάρκῳ* qua humanam naturam, per exaltationem.) et ut indicetur notabile discrimen inter dextram patris et Christi (dextra Dei patris est incommunicabilis meris hominibus, dextra Christi autem est communicabilis. Illa notat gloriam infinitam, haec finitam.)

Cap. III.

De gratia spiritus s. applicatrice.

§. 39. Förord.

Under det wi öfwergå till den näst härpå följande afdelningen, wilje wi redan här hafwa anmärkt, att en följd af hithörande dogmatiska begrepp först af de sednare Dogmatici blifwit widare utbildad och fått sig en egen plats anwisad i dogmatiken. Deßa äro begreppen af vocatio, illuminatio, conversio et regeneratio, unio mystica och renovatio, hwilka alla hos de äldre DD. blott tillfälligtwis oftast i afdelningen de libero arbitrio, och de praedestinatione (i Form. conc. in loc. III.) blifwit widrörde, men

icke närmare bearbetade. — De sednare DD. ifrån Calovius sammanfatta de nämnde begreppen under öfwerskriften: de gratia spiritus s. applicatrice [1]) och söka i följd deraf att sammanställa allt det på ett serskildt ställe, som man har att säga om hwad Gud, mer egentligen den Helige Ande, gör för att förmå de fallna menniskorna till antagandet af frälsningen i Christo, och hwad som föregår för att frambringa de afsedda förändringarne hos menniskorna. Ett framsteg i Dogmatikens systematiska utbildning låter derutinnan icke mißkänna sig; och ju mindre de äldre DD. hafwa gjort något för en bestämd utbildning af de ifrågawarande begreppen, desto mera finna wi oß under framställningen af detta capitel hänwisade till de sednare DD. Likwäl har tillkomsten af deßa begrepp uti deras sjelfständiga utbildning i följe med sig en anordning af hela läran, hwilken wi icke kunna förmå oß att anse såsom lycklig. Ty sedan under öfwerskriften: de gratia spiritus s. applicatrice de ofwannämnde begreppen blifwit framställde, ibland hwilka äfwen läran om justificatio blifwit inskjuten, behandla de först efteråt lärorna de verbo Dei och de sacramentis, om fide et operibus (Holl. äfwen de poenitentia) och skilja således deßa, såsom media salutis a parte hominis, ifrån ordet och sacramenten, såsom media salutis a parte Dei [2]). Wid denna anordning möter oß dock den olägenheten, att läran om tron först så sent framställes. Om nu också detta ensamt icke berättigade oß, att frångå ofwannämnda anordning, då wi blott hafwa att iakttaga historisk trohet, samt icke förbundit oß till någonting widare; så tillkommer dock ifrån andra sidan ett skäl, hwilket gifwer oß full rättighet att afwika ifrån densamma. Wid den af de sednare DD. införda anordningen blifwa de i reformationsperioden och hos de äldre DD. så nära sammanhängande artiklarne de justificatione och de fide för långt lösryckte ifrån hwarandra, liksom öfwerhufwud de der främst stående artiklarne, här, om också blott uti anordningen, erhålla en mindre lämplig plats. Och då det nu är wår uppgift att i lika mått, så widt möjligt är, afse de äldre som de sednare DD.; så tro wi, att wi måste frångå de nyare DD. anordning, redan för att låta båda claßerna wederfaras lika rättwisa. Af denna grund således, och icke i den mening som skulle wi uppfunnit en i sig riktigare dogmatisk anordning, hwartill wi ingen kallelse hafwa, anordna wi wår uppställning af detta cap. så, att wi först

tala om fides och justificatio, (hwilka bådadera wäl äfwen kunna subsumeras under begreppet af gratia spiritus s. applicatrice, då bägge blott äro werkningar af den Helige Andes kraft) och derefter om vocatio, illuminatio, conversio et regeneratio, unio mystica et renovatio. Hwadan ock wår anordning bör så anses, att wi i den första afdelningen behandla de af de äldste DD. uppställde artiklarne, men i den sednare tillägga de af nyare DD. utarbetade.

1) Quenstedt söker rättfärdiga denna anordning på sådant sätt: Deus unitrinus salutis nostrae cupidissimus est, omnesque tres deitatis personae circa salutem aeternam nobis procurandam sunt occupatissimae, Deus pater aeternam beatudinem et bona coelestia benignissima sua voluntate, in aeterno suo consilio nobis destinavit, Christus, Dei ac hominis filius cruenta sua redemtione salutem destinatam nobis acquisivit et spiritus s. acquisitam salutem et spiritualia bona per verbum et sacramenta nobis offert et applicat. Quia igitur hactenus egimus de gratia paternae commiserationis ac dilectionis et de gratia fraternae redemtionis, restat, ut agamus de gratia spiritus s. applicatrice, quae aliquot actibus absolvitur. (Holl. Gratia spiritus s. applicatrix est principium illorum actuum divinorum, quibus spiritus s. per verbum Dei et sacramenta beneficia spiritualia et aeterna, benignissima Dei patris benevolentia humano generi destinata, et fraterna Jesu Christi redemtione acquisita, dispensat, nobisque offert, confert et obsignat. —)

2) Den angifna ordningen finnes hos nästan alla sednare DD. med blott ganska ringa förändringar uti de enskilda begreppens ställning. Br. ensam afhandlar icke fides och opera under öfwerskriften: de mediis salutis. Hans anordning är den, att han efter paragraphen de officio Christi handlar: de fide in Christum — de regeneratione et conversione — de justificatione — de renovatione et bonis operibus. Holl. lägger till artikeln: de gratia vocante, illuminante, convertente, regenerante, justificante, inhabitante et renovante äfwen deßa: de gr. conservante (conservatio est actus gratiae, quo spiritus s. habitans in hominibus justificatis et renovatis, hos adversus diaboli, mundi et carnis tentationes, quibus ad peccatum et apostasiam a Deo sollicitantur, supernaturalibus viribus praemunit, fidemque ipsorum et vitae sanctitatem confirmat et auget, ne e statu gratiae excidant, sed in eodem perseverent et aeternum salventur) och de gratia glorificante (glorific. est actus gratiae, quo Deus homines justificatos, in fide usque ad finem perseverantes et ex hac vita egressos, e regno gratiae in regnum gloriae transfert, ut aeternam beatitudinem obtineant, nomenque divinum sempiternis laudibus concelebrent.)

De äldre DD. afhandla blott de justificatione — de fide — de bonis operibus — de poenitentia et confessione, utan att försöka en systematisk anordning, blott i formen af löst sammanhängande loci enligt Melanchthons föredöme.

§. 40.

I läran om tillegnandet af den genom Christus förwärfwade frälsningen blifwer det först fråga om det medel, hwarigenom wi kunne tillegna oß densamma; och derefter, om den werkan, som detta tillegnande frambringar. Detta medel är tron, och denna werkan är rättfärdiggörelsen. Men båda äro acter af den gudomliga nåden, hwadan båda kunna subsumeras under begreppet gratia spiritus s. applicatrix.

§. 41. 1) **Fides.**

Allt sedan försoningen med Gud blef tillwägabragt genom Christus, under det han i menniskornas ställe uppfyllde lagen och tillfyllestgjorde för werldens synder, warder den nya frälsningen predikad för menniskorna och syndaförlåtelse i densamma dem erbuden. (Luc. XXIV, 47. Act. II, 38. V, 31. X, 43. XIII, 38. XXVI, 18). För att blifwa delaktig af förlåtelsen, behöfs det nu icke ens något werk å menniskans sida, hwarigenom hon först skulle förtjena densamma, ty Christus ensam har gjort allt, som war nödigt till frälsningens förwärfwande; utan dertill behöfwes blott, att menniskan annammar den henne erbudna frälsningen, att hon äfwen tillegnar sig det henne gifna löftet och detta sker genom Tron [1]). Men till denna tro kommer menniskan först då, när hon, sedan den genom Christus förwärfwade frälsningen blifwit henne förkunnad och erbuden, rätt fattar sanningen och werkligheten af denna frälsning och detta nådelöfte, samt det tröstfulla derutinnan, och derjemte har full tillförsigt derom att denna frälsning icke är beredd endast för den ene eller andre, utan äfwen för henne sjelf; ty ett gladt budskap kan blott då gagna menniskan, när hon icke betwiflar deß sanning, utan kan öfwertyga sig, att det äfwen gäller henne [2]). Till sina enskilda beståndsdelar består således Tron:

1) Af notitia, eaque explicita credendorum, imprimis de Christo ejusque merito et gratia Dei seu remissione peccatorum ac salute a Deo per illud impetranda. Br. [3]);

2) Af assensus, i. e. judicium intellectus approbans, quo ea, quae de Christo ejusque merito et satisfactione pro peccatis nostris et de gratia Dei ac promissionibus de gratuita remissione peccatorum propter

Christum scriptura tradit, certo et indubitato vera esse credimus, inque illis simpliciter acquiescimus. Quen.[4]);

3) Af **fiducia**, actus ejusmodi, quo voluntas acquiescit in Christo mediatore, tanquam bono praesente atque nostro, et causa alterius boni, nempe remissionis peccatorum et vitae aeternae consequendae. Br.[5]).

Ingen af deßa 3 beståndsdelar får fela, och ingen för sig utgör ensam den tro, hwarom här är fråga[6]). Till tro fordras således en werklig kunskap om löftena; men en fides informis seu implicita (qua quis dicit, se credere, id quod ecclesia credit) är ej nog, utan fides explicita måste finnas[7]). Tron består widare icke blott uti att göra sig underrättad om och hålla församt det, som lofwadt är, hwarwid menniskan skulle kunna wara inwärtes likgiltig derföre (fides historica); derföre är det icke nog, att blott hålla predikan om frälsningen i allo för sann. Således är icke **assensus generalis** tillräcklig, (quo in genere creditur, Deum essejustum et misericordem ac filium redemtorem in mundum misisse sed in specie non fit applicatio. Jac. II, 19) utan assensus måste wara specialis (quo statuit peccator illas promissiones generales ad se in individuo pertinere[8]).

Och ändtligen är frälsningen äfwen då ännu icke menniskans egendom, om hon icke derjemte med werklig tillförsigt omfattar och tillegnar sig densamma. Fastmera är detta sistnämnda att betrakta såsom Trons wäsendtligaste beståndsdel[9]). Tron är alltså den af den enskilde wundna tillförsigten, att han kan förtrösta på frälsningen i Christo[10]). Såsom sådan blifwer fides specialis äfwen kallad justificans eller salvifica[11]), och är det enda medel, hwarigenom wi blifwa delaktige af frälsningen[12]). Men sjelfwa denna tro kan menniskan på intet wis betrakta såsom sitt eget werk och såsom framgången ur hennes egen kraft. Ty det mißtroende, som menniskan i det naturliga tillståndet hyser till Gud, kan endast genom Gud blifwa öfwerwunnet. Således är tron att betrakta såsom ett Guds werk i menniskorna[13]), och ordet och sacramenten äro de medel, af hwilka Gud betjenar sig, för att göra denna tro till menniskornas egendom[14]).

Men fastän nu tron till sin första och egentliga betydelse icke är något annat, än den af Gud werkade wißheten om frälsningen i Christo, så följer dock icke deraf, att hos

de menniskor, i hwilka en sådan tro af Gud är werkad, icke äfwen en sedlig förändring skulle hafwa föregått; utan fastmera måste en sådan förutsättas, emedan den icke skulle omfatta den erbudna frälsningen, hwilken icke kände den tröst, som deruti ligger. Men denna tröst förutsätter kännedom af synden och afsky för densamma. Således måste, der denna tro är för handen, med henne äfwen en sinnesstämning till det goda wara gifwen [15]), och detta så nödwändigt, att man måste antaga, att der denna felas, tron icke är af det rätta slaget och att tillegnandet af frälsningen icke werkligen ägt rum (**fides salvifica vera et viva, non falsa aut mortua**) [16]). Men det måste noga märkas, att om ock tron icke kan tänkas utan sedligt sinnelag, detta dock blott åtföljer tron, är gifwet tillika med henne; men att sjelfwa frälsningen blott genom menniskans tillitsfulla förtröstan kan blifwa annammad, och att alltså det sedliga sinnelaget på intet wis är grunden, hwarföre frälsningen i Christo tillfaller menniskorna [17]). — Då det slutligen icke felas menniskan kännetecken, genom hwilka hon kan känna trons tillwaro hos sig sjelf, så kan hon ock sjelf blifwa fullkomligt wiß, om den rätta tron, hwilken rättfärdiggör, hos henne är åstadkommen [18]). Men denna tro kan kallas swagare eller starkare, allt eftersom den tillförsigt, hwarmed menniskan omfattar den erbudna frälsningen, är ringare eller större [19]).

1) Holl. Satisfactio Christi dudum est praestita; sed ejus effectum, qui est remissio peccatorum, non habemus prius, quam satisfactionem Christi universalem nobis applicamus et nostram facimus per fidem. "Etenim ut imputatio gratiosa recte fieri possit, in agente quidem adesse debet intentio, alteri sua actione aliquid boni conciliandi; in recipiente voluntas expressa, aut praesumta ab isto illud recipiendi. Nam operae, quae invito obtruditur, imputatio recte repellitur." Puffend. l. d. N. et G.

Br. Quamvis per passionem et mortem Christi revera praestitum fuerit, quidquid satisfactionis ab universis in mundo hominibus ad abolendum debitum per offensas illorum contractum, adeoque ad placandum Deum, eosque ipsi reconciliandos, exigi poterat: voluit tamen Deus, ut peccatores satisfactionem illam, pro se ipsi a filio Dei praestitam, agnoscant et fide apprehensam suam faciant et sic voluit, ut quisquis mediatorem fide amplectitur, merito ejus fruatur . . . — Tro i denna betydelse är **fides subjectiva s. qua creditur (fides proprie dicta, quae inest homini credenti tanquam subjecto)** och skiljes såsom sådan ifrån **fides objectiva s. quae creditur, (quae est doctrina fidei, quae improprie dicitur fides, quia est objectum fidei. Act. VI, 7. XIII, 8. XVI, 5. Rom. XII, 6.**

2) Ap. conf. II, 48. Illa fides, quae justificat, non est tantum notitia historiae, sed est assentiri promissioni Dei, in qua gratis propter Christum offertur remissio peccatorum et justificatio. Et ne quis suspicetur, tantum notitiam esse, addimus amplius, est velle et accipere oblatam promissionem remissionis peccatorum et justificationis. — 81. Sic igitur reconciliamur patri et accipimus remissionem peccatorum, quando erigimur fiducia promissae misericordiae propter Christum.

Chemn. 1) Scriptura vocat fidem notitiam et scientiam. Luc. I, 77. Col. II, 3. Eph. III, 19. Sunt enim fidei ex verbo Dei proponenda et inculcanda decretum et historia redemtionis, promissio gratuita et universalis, quod propter illam victimam Deus velit peccatores, fide ad mediatorem confugientes, recipere. 2) Quia vero multi, qui haec audiunt, intelligunt et noverunt vel negligunt vel dubitant vel repugnant, aversantur et persequuntur: oportet igitur huic notitiae conjunctam esse assensionem, non quidem generalem tantum, sed qua firma persuasione, quam Paulus πληροφορίαν vocat, quisque statuat, universalem illam promissionem privatim ad se quoque proprie et peculiariter pertinere, se quoque includi et comprehendi in illa universali promissione. 3) Deinde ex hac notitia et assensione, quae in mente est, cor seu voluntas concipit operatione spiritus s. gemitum et desiderium, ut, quia serio sentit, se oneratum esse peccatis et ira Dei, velit, expetat, quaerat sibi donari illa beneficia, quae in promissione evangelii proponuntur . . . 4) Quando hoc modo, mente, voluntate et corde te avertis a conspectu peccati et sensu irae Dei et respicis ad agnum Dei, qui tollit peccata mundi: hoc est, quando a sententia damnationis, quae per legem tibi denuntiatur, confugis ad thronum gratiae et ad propitiatorium, quod pater coelestis proposuit in sanguine Christi, necesse est accedere fiduciam, quae firma persuasione ex verbo Dei statuat, Deum tunc tibi donare, communicare et applicare beneficia promissionis gratiae, et te hoc modo vere apprehendere et accipere ad justitiam, salutem et vitam aeternam ea, quae gratuita evangelii promissio offert.

3) Br. Credere enim non possumus, nisi quae mente apprehendimus aut apprehensione simplici cognoscimus. Unde notitia vulgo primus fidei gradus aut pars prima seu initium fidei appellatur. — Probatur notitiam illam ad fidem in Christum requiri ex Joh. VI, 19. XVII, 3. Luc. I, 77. Act. XVII, 23. 30. Eph. IV, 18. Gal. II, 9.

4) Quen. Secundus hic fidei actus (scil. assensus) strictior est primo (scil. notitia), quoniam notitiam fidei habere possunt etiam haeretici, nec tamen verbo cognito praebent assensum. Assensus autem hic non perfunctorius, non dubius, non vacillans, sed rectus firmusque esse debet, unde ἔλεγχος μὴ βλεπομένων dicitur. Hbr. XI, 1. Nititur hic actus fidei non rerum evidentia aut causarum et proprietatum notitia, sed Dei dicentis infallibili auctoritate. —

5) Holl. Fiducia est actus voluntatis, quo peccator, conversus et renatus, avide expetit et quaerit misericordiam Dei, partam merito Christi et hunc tum ut praesens suum bonum, tum ut causam

remissionis peccatorum aeternaeque salutis amplectitur, adversus omnes terrores ipsi innititur atque in eodem secure recumbit et acquiescit.

Quen. Sic fiducia nihil aliud est, quam acceptio seu apprehensio meriti θεανθρώπου appropriativa ad me et te in individuo. Apprehensionem insinuant loca: Joh. I, 5. 12. XVII, 8. Rom. V, 17. Gal. III, 14. Luc. VIII, 13. Act. VIII, 14. Jac. I, 21. Act. X, 43. 1 Tim. I, 15. Appropriatio constat ex Job. XIX, 25. Es. XLV, 24. Joh. XX, 28. Gal. II, 20 sqq. Fiduciae ergo est Christum quaerere. Es. LV, 6. Am. V, 4. avide appetere Ps. XLII, 2. 3. eundem cum sua justitia apprehendere R. IX, 30. omni acceptione complecti 1 Tim. I, 15. meritum ipsius sibi appropriare Gal. III, 26. Phil. I, 21. et suavissime in eo acquiescere. Rom. IV, 21. Hbr. X, 22.

Haec apprehensio est voluntatis et practica, quae totius cordis et voluntatis in merito Christi recumbentiam involvit notatque desiderium et accessum ad Christum, ejusque meriti applicationem et appropriationem fiducialem et haec proprie est fiducia.

6) Br. Haec itaque illa fides est, quae dicitur apprehendere Christum aut meritum Christi; scilicet ut est assensus cum fiducia seu fiducia cum assensu conjuncta; ex quibus actibus velut unicis constat, et nunc illius nunc hujus nomine appellatur, altero semper connotato. — Unde patet, quomodo fides sit in diversis potentiis: intellectu et voluntate: nempe tanquam aggregatum aut complexum quid ex diversis actibus ad idem objectum terminatis et ordinem quendam inter se atque ad unum illud idemque objectum habentibus. Holl. Fides est in intellectu ratione notitiae et assensus; in voluntate ratione fiduciae.

Quen. Tres hae fidei partes exprimuntur Joh. XIV, 10. 11. 12. ubi v. 10. loquitur de notitia, v. 11. de assensu, v. 12. de fiducia.

Dessa trons 3 beståndsdelar skiljas ock genom de olika uttrycken: credere Deum, cr. Deo och cr. in Deum. — Credere Deum est credere, quod ipse sit Deus. Credere Deo est credere, vera esse, quae loquitur. Credere in Deum est credendo amare, credendo in eum ire, credendo ei adhaerere, et ejus membris incorporari. Primam (fidem) habere possunt haeretici, secundam tantum orthodoxi, tertiam soli renati, adeoque posterius semper includit prius, sed non contra: priores duae ad intellectum, tertia ad voluntatem pertinet; priores respiciunt omne Dei verbum, tertia promissionem gratiae et meritum Christi. — (Quen.)

7) Br. Fides explicita seu talis, qua res credenda, licet evidenter non cognoscatur, aut omnia cognoscibilia, quae in ea sunt, actu cognitionis attinguntur; distincte tamen seu ita cognoscatur, ut ab aliis objectis discerni possit. Opponitur autem ei cognitio implicita, qua quis v. gr. credere putatur, Christum esse mediatorem, quando credit, vera esse, quae credit ecclesia, licet quaenam illa sint, quae ecclesia credit, ipse minime cognitum habeat. —

8) **Holl.** Assensu **generali** promissiones universales de gratia Dei et merito Christi verae esse judicantur. Assensu **speciali** statuit peccator conversus et renatus, illas promissiones generales ad se in individuo pertinere. — In 1 Tim. I, 15 conjungitur assensus fidei generalis et specialis. Assensu generali comprobanda est haec sententia, quod Jesus Christus venerit in mundum, ut omnes peccatores salvaret. Ab hac promissione universali descendit apostolus ad se in individuo et credit, propter Christum se ad salutem consecutum esse misericordiam Dei. Ex quo patet, meritum Christi esse universale et promissiones indeterminatas de gratuita remissione peccatorum propter Christum impetranda. Quando autem huic aut illi homini actu prodesse debent, necesse est, ut meritum Christi universale et promissiones indeterminatae per **assensum specialem** applicentur ac determinentur ad hunc illumve peccatorem poenitentem.

9) **Quen.** Esse **fiduciam praecipuam fidei partem** probamus: 1) ab **etymologia**. Fides et fiducia, *πίστις καὶ πεποίθησις* unam eandemque habent originem, utrumque enim a *πείθω* descendit, quod est suadeo et persuadeo. cf. Joh. II, 24. (a collatione locorum veteris et novi testamenti; quae in V. T. confidentibus et fiduciae, ea in N. T. credentibus et fidei tribuuntur. Holl.); 2) a **synonymia**. Fides Hbr. XI, 1. dicitur *ὑπόστασις*, quae firmiter et immote subsistentem fiduciam denotat. cf. Ps. XXXIX, 9. 2 Cor. IX, 4. XI, 17. Hbr. III, 14. Dicitur quoque fides *πεποίθησις* 2 Cor. III, 4. Eph. III, 12. — *πληροφορία* certa et immota persuasio. Rom. IV, 20. 21. Col. II, 2. Hbr. X, 22. — *παῤῥησία* Eph. III, 12. 1 Joh. III, 21. 1 Joh. IV, 17; 3) ab **exegetica declaratione**. Explicatur enim fides per receptionem Christi Joh. I, 12. per apprehensionem meriti Christi. Rom. III, 30. (per fiduciam 1 Joh. V, 13. Mtth. IX, 22. XV, 28. 1 Joh. V, 4); 4) a **manifestis dictis**, in quibus fides aliter accipi nequit nisi pro fiducia ut Mtth. IX, 22. Mtth. XV, 28. 1 Joh. V, 4; 5) ab **oppositis**. Opponitur fidei haesitatio, *ἀπιστία* seu *ὀλιγοπιστία* Rom. IV, 20. Jac. I, 6. Luc. VIII, 50. Mr. V, 36. Mtth. VIII, 26. XIV, 31; 6) a **rationibus**. Per quodcunque enim fides justificans constituitur et ab aliis fidei speciebus distinguitur, id est ejus formalis ratio; atqui per fiducialem Christi ejusque meriti apprehensionem fides justificans constituitur. Joh. I, 12. Rom. III, 25. et ab historica fide. Jac. II, 19. et fide miraculosa, quae aliud promissionis genus intuetur, distinguitur. Mr. XVI, 16. Ergo.

10) Tron kan derföre lika wäl desinieras såsom fiducia misericordiae propter Christum, eller assentiri promissioni gratiae propter Christum, eller apprehendere Christum aut meritum Christi, eller doctrinae salvificae e sacris literis rite cognitae solidoque assensu approbatae fiducialis atque individualis applicatio ad peccatorum remissionem facta, ad consequendam per et propter Christi meritum aeternam salutem. cf. not. 1.

Holl. Fides in Christum est donum spiritus s. quo peccator conversus et renatus promissionem evangelicam de gratia Dei et remissione peccatorum aeternaque salute, propter satisfactionem et meritum Christi impetranda, salutariter agnoscit, solido assensu com-

comprobat, et singulari fiducia sibi applicat, ut justificetur et aeternum salvetur. —

Objectet för fides specialis är således: (Holl.) Christus mediator, quatenus ut causa meritoria Dei et remissionis peccatorum nobis evangelica promissione offertur (1 Joh. II, 2. Rom. III, 25. Act. XVI, 31.); vel quod idem est, gratia Dei, propter satisfactionem Christi peccata remittens et in evangelio promissa (Rom. III, 24); vel quod eodem recidit, promissio evangelica de gratia Dei et peccatorum remissione, propter satisfactionem Christi impetranda (Rom. IV, 16. Gal. III, 22. 1 Tim. I, 15). Hwarwid Holl. dessutom anmärker: Unum, quoad rem, significatur objectum fiduciae, sive in Christo mediatore, sive in gratia Dei, sive in promissione gratiae, propter Christum mediatorem facta, id consistere dicas. Tantum in modo concipiendi et loquendi est diversitas.

11) Om skilnaden mellan fides specialis och generalis, Holl.: Fides generalis est, quae homo salvandus credit, omnia vera esse, quae verbo divino revelata sunt; de qua fide generali jam nobis sermo non est, propterea quod fidem consideramus ut medium salutis adeoque in ordine ad speciale seu peculiare objectum, quod habet vim recuperandi salutem per peccatum amissam et cujus intuitu fides inter media salutis recenseri potest. Est igitur fides specialis, qua peccator conversus et renatus promissiones universales de Christo mediatore et gratia Dei per ipsum impetranda, sibi in individuo applicat et credit, Deum velle sibi etiam propitium esse et peccata remittere propter Christi satisfactionem, pro suis et omnium hominum peccatis praestitum. Dicitur itaque fides specialis, non quod specialem aliquam promissionem pro objecto habeat, quae credenti peculiariter sit facta, sed ob applicationem, per quam sub promissione universali de gratia Dei et merito Christi ad se in individuo descendit. Ap. conf. II, 44. Haec igitur fides specialis . . . consequitur remissionem peccatorum et justificat nos. . — Om förhållandet mellan fides generalis et specialis Chemn.: Fides justificans (specialis) praesupponit et includit fidem generalem, quae certa persuasione statuit, sine omni dubitatione verissima esse, quae in verbo Dei patefacta sunt. Quando enim hoc generale fundamentum vacillat, tunc non potest concipi vel in lucta retineri firma fiducia promissionis evangelicae. Habet enim fides justificans multas proprietates communes cum fide generali. Emot Catholikernas inkast: Pontificii perpetuo doctrinam nostram calumniantur, quasi fingamus fidem partialem, quae non sit catholica; quia subtrahatur reliquis articulis fidei et universo verbo Dei, restringatur autem tantum ad unicum illud membrum de Christo mediatore, quasi in reliquis partibus verbi Dei assensio non sit necessaria, sed arbitraria. Ad refutandam igitur hanc calumniam statim in principio definitionis ponitur declaratio, nos reliquas partes doctrinae coelestis non excludere, quando proprium objectum fidei justificantis esse dicimus promissionem gratiae. Sed sicut summa, finis, scopus et meta totius scripturae est Christus in officio mediatorio: ita fides cum universo verbo Dei assentitur, respicit ad scopum totius scripturae et omnes alios articulos refert ad promissionem gratiae.

12) Form. conc. 38 . . . quod sola fides et nulla prorsus alia res sit illud medium et instrumentum, quo Dei gratia et meritum Christi in promissione evangelii apprehendatur, accipiatur nobisque applicetur.

Holl. Est enim fides justificans organon receptivum et quasi manus miseri peccatoris, qua sibi applicat et ad se recipit, complectitur et possidet ea, quae in gratuita promissione evangelii offeruntur. Deus rex summus e coelo manum gratiae, merito Christi partae, et in ea salutem porrigit et offert: peccator in abysso miseriae constitutus, manu fidei mendica accipit, quod offertur. Oblatio et receptio sunt correlata. Quare manui gratiae, quae thesaurum justitiae et salutis offert, respondent manus fidei, quae thesaurum oblatum apprehendit et recipit. —

13) Form. conc. III, 10. Fides donum Dei est, per quod Christum redemtorem nostrum in verbo evangelii recte agnoscimus. . .

Gerh. Nimirum per peccatum ita sumus corrupti ac depravati, ut non solum indigeamus redemtione, peccatorum remissione, salutis et vitae aeternae dono; sed etiam ut ne fidem quidem ex nobis et de nostro afferre possimus, per quam divinae gratiae ac honorum coelestium participes reddamur. Misertus igitur nostri Deus perinde facit, ut fidelis medicus, qui non solum medicinam adfert aegroto, unde sanatur, sed etiam, si opus sit, et hoc efficere aegrotus nequeat, id agit, ut, quam adfert, capere possit medicinam. —

Quen. Causa efficiens principalis fidei salvificae est Deus. Joh. VI, 29. Phil. I, 29. Hinc etiam fides vocatur donum Dei Eph. II, 8. operationis Dei Col. II, 12. Unde liquet, fidem esse Dei regenerantis, non nostrae voluntatis donum, non meritum. Ex gratia oriri, non natura, adventitiam esse, non haereditariam, supernaturalem, non naturalem. Quod enim ratione tum initii, tum incrementi, tum complementi a Deo est, illud ex arbitrio nostro et naturae viribus pendere nequit. Atqui fides est a Deo ratione tum initii Phil. II, 13. I, 6. tum rat. incrementi Mr. IX, 24. Luc. XVII, 5. tum rat. complementi Phil. I, 6. 2 Thess. I, 11. Ergo. — Br. Causa impulsiva interna est Dei bonitas seu gratuitus favor (Phil. I, 29): externa est meritum Christi. —

14) Ap. conf. 73. Non excludimus verbum aut sacramenta. Diximus enim supra, fidem ex verbo concipi ac multo maxime ornamus ministerium verbi.

Gerh. Neque vero immediate vel per enthusiasticos raptus spiritus s. vult operari fidem in cordibus hominum, sed mediate per verbi praedicationem, auditum, lectionem, meditationem. Ergo causa instrumentalis fidei est praedicatio verbi; spiritus s. enim non solum offert in verbo evangelii immensa beneficia Christi passione ac morte parta, sed etiam per verbum illud efficax est in cordibus hominum, accendit in eis fidem, qua oblata bona amplectuntur sibique adplicant. — Skilnaden i sjelfwa den ordning, hwaruti ordet och sacramenten komma till de uppwäxte och till barn, antyder Quen. i följande: Medium conferens in adultis primo verbum evangelii praedicatum, auditum, lectum, devote consideratum Joh. XVII, 20.

Rom. X, 17. 1 Cor. I, 21. 2 Cor. IV, 6. post sacramenta sunt. In infantibus vero primo baptismus principium fidem generans est. —

I följd deraf skiljer Holl. mellan tron (quae essentialiter et absolute considerata una est) ratione modi cognoscendi in fidem directam, quae recta fertur in Christum et eo conciliatam gratiam Dei (v. gr. infantes credunt, sed nondum fidem suam propter defectum pleni judicii explorare, queunt), och in fidem reflexam et discursivam, qua homo renatus credit et sentit, se credere ut cum Paulo dicere possit. 2 Tim. I, 12.

15) Ap. conf. III, 4. Quia fides affert spiritum s. et parit novam vitam in cordibus, necesse est, quod pariat spirituales motus in cordibus. II, 45. Quia fides in poenitentia, h. e. in terroribus consolatur et erigit corda, regenerat nos et affert spiritum s., ut deinde legem Dei facere possimus. . .

Form. conc. IV, 10. Fides est divinum quoddam opus in nobis, quod nos immutat, ex Deo regenerat, veterem Adamum mortificat et ex nobis plane alios homines (in corde, anima et omnibus viribus nostris) facit et spiritum s. nobis confert. Et est fides illa quiddam vivum, efficax, potens, ita ut fieri non possit, quin semper bona operetur. Neque fides quaerit demum, an bona opera sint facienda, sed priusquam de ea re inquiratur, jam multa bona opera effecit et semper in agendo est occupata.

Br. Fiducia non est sine dilectione. Nam quando voluntas nostra Christum tanquam bonum praesens ac Deum propter Christum placatum nobisque propitium redditum respicit; non solum amore complacentiae eundem prosequitur, verum etiam amore benevolentiae: quatenus movetur, ut bene velit illi, seu cupiat praestare, quae ipsi bona aut grata sint futura.

16) Holl. Fides falsa sive vana ac mortua aequivoce dicitur fides, cum tantum sit inanis persuasio ac jactantia fidei, aut temeraria praesumtio de Dei misericordia et gratia, propter meritum Christi, in homine impoenitente peccatisque suis indulgente, de quo Jac. II, 20. — Nobis hic sermo de fide vera et viva, quae vitam suam accipit a Christo et cum justificavit peccatorem conversum, per caritatem et studium bonorum operum se vivum exserit et ostendit. Ap. conf. III, 128. Mortuam ait (Jacobus fidem) esse, quae non parit bona opera: vivam ait esse, quae parit bona opera. III, 21 fides illa, de qua loquimur, existit in poenitentia h. e. concipitur in terroribus conscientiae, quae sentit iram Dei adversus nostra peccata et quaerit remissionem peccatorum et liberari a peccato. Et in talibus terroribus et aliis afflictionibus debet haec fides exerceri et confirmari. Quare non potest existere in his, qui secundum carnem vivunt, qui delectantur cupiditatibus suis et obtemperant eis. —

17) Form. conc. III, 41. Manet, quod Lutherus recte dixit: Bene conveniunt et sunt connexa inseparabiliter fides et opera: sed sola fides est, quae apprehendit benedictionem sine operibus et tamen nunquam est sola. — 42. Quando de fide agitur, quomodo videlicet ea justificet, haec est ea de re D. Pauli doctrina,

quod sola fides sine operibus justificet, quatenus nobis Christi meritum applicat et communicat: quando vero quaeritur, qua in re et quorum judicio homo Christianus vel in se ipso vel in aliis hominibus veram et vivam fidem, item simulatam et mortuam fidem cognoscere et discernere possit: cum multi torpentes et securi Christiani sibi opinionem quandam loco fidei imaginentur, (cum tamen veram fidem non habeant) de hac re Apologia sic respondet: Jacobus eam vocat mortuam fidem, quam non omnis generis bona opera et fructus spiritus sequuntur. — Ganska träffande har Holl. uppställt denna skilnad: Vis et ἐνέργεια fidei duplex est: receptiva s. apprehensiva et operativa. Illa est, qua fides Christum et omnia merito ipsius parta beneficia passive recipit (Joh. I, 12. XVII, 8. Col. II, 6. 1 Tim. I, 15. Rom. V, 17. Act. X, 43. Jac. I, 12. Gal. III, 14). Haec est qua fides per opera caritatis et reliquarum virtutum active se exserit. Gal. V, 6. Not.: Epitheton illud operari per caritatem (in Gal. V, 6) attributum est fidei, quae justificavit, non attributum fidei, quae adhuc justificatura est, multo minus forma aut essentia fidei justificantis, quatenus justificat. Neque enim describit apostolus officium fidei justificantis, quatenus justificat, sed aliud fidei officium, nempe operari per caritatem — och stället ur Brenz (apol. conf. Würtemberg): Fides, ut ita dicam, duplices habet manus. Unam, quam extendit sursum et apprehendit Christum cum omnibus ipsius beneficiis et hac parte nos dicimus justificari. Alteram, quam protendit deorsum ad exercenda opera caritatis et reliquarum virtutum et hac parte testificamur quidem veritatem fidei, sed non justificamur.

Samtliga utsagorna om Tron sammanställer Quen. så: Si originem fidei justificantis spectes, coelitus immittitur; si media offerentia, per ipsum Dei verbum et sacramenta gignitur; si effectum, veniam peccatorum adipiscitur; si consequens, per sancta caritatis opera indicatur; si praemium, aeterna salute compensatur; si ordinem ad virtutes, radix caeterarum et fundamentum est. —

18) Holl. Competit fidei in Christum certitudo a) ex parte objecti quod creditur, cui falsum subesse repugnat. Verbum quippe Dei, quod fidei assensu recipitur, est certissimum ob auctoritatem Dei revelantis; b) ex parte subjecti, sive ejus, qui credit et promissionibus divinis tenacissime adhaeret atque innititur. Etenim fides est ἔλεγχος πραγμάτων οὐ βλεπομένων Hbr. XI, 1; certa assensio et plena fiducia Rom. IV, 21. Col. II, 2. Hbr. VI, 11; firma persuasio Eph. III, 12. 1 Cor. VI, 17.

Possunt et solent homines conversi et renati certitudine infallibili cognoscere, quod vere credant, tum e συμμαρτυρίᾳ sive contestatione spiritus s. cum testimonio spiritus sui, sive animae suae illuminatae et renatae (Rom. VIII, 16. 1 Joh. V, 9), tum e δοκιμασίᾳ, examine aut probatione fidei (2 Cor. XIII, 5).

19) Holl. F. parva vel infirma est, cum vel tenuis lux notitiae Christi in intellectu gliscit vel assensu debili et languido recipitur remissio gratiae, vel fiducia cum pavore conscientiae luctatur. Sic Mr. IX, 24. Et tamen fides infirma etiam vera: sicut

scintilla sub cinere latens est verus ignis et tenellus infans verus homo est. **Fides magna vel firma** est clara notitia misericordiae divinae, in Christo propositae, assensus solidus, fiducia intrepida et omnes terrores vincens. cf. Rom. IV, 18. — **Chemn.** Nota debent esse fundamenta. Justificamur enim fide non propterea, quod sit virtus tam firma, robusta et perfecta, sed propter objectum, quod fides apprehendit. Quando igitur fides in objecto non errat, sed verum illud objectum quamvis languida fide apprehendit vel saltem conatur et expetit apprehendere, tunc vera est fides et justificat.

§. 42. 2) **Justificatio.**

Trons werkan är rättfärdiggörelſen [1]). Dermed förſtår man den act af Gud, hwarigenom han upphäfwer den ſtraffdom, hwilken är menniſkorna beſtämd för deras ſynders ſkull, ſamt ſåledes friſäger dem ifrån deras ſkuld och tillräknar dem Chriſti förtjenſt. **Br.** Justificatio actum illum denotat, quo Deus judex hominem peccatorem adeoque reum culpae et poenae, sed in Christum credentem justum pronuntiat [2]). Denna act inträder i det ögonblick, då menniſkan i tro omfattar Chriſti förtjenſt [3]), och kan med rätta betecknas ſåſom en actus forensis s. judicialis, emedan Gud der, likſom wid en borgerlig domſtol, fäller ett utſlag öfwer menniſkan, hwilket anwiſar henne en helt annan ſtällning, helt andra rättigheter än hon dittills haft [4]). Men med rättfärdiggörelſen förſtås ingalunda något ſedligt tillſtånd, ſom ſkulle förefinnas hos menniſkan, eller någon ſedlig förändring, ſom ſkulle hafwa föregått med henne; utan blott ett öfwer menniſkan uttaladt utſlag, genom hwilket hennes förhållande till Gud warder förändradt [5]), och på det ſätt, att menniſkan nu kan betrakta ſig ſåſom en, hwars ſynder äro utplånade, ſåſom en hwilken för dem icke mera känner ſig hafwa att anſwara inför Gud utan, hwilken faſtmera ſynes wälbehaglig och rättfärdig inför Gud; ſåſom den, hos hwilken Gud icke finner något att ſtraffa, öfwer hwilken han icke har orſak att wredgas. Genom denna från Gud utgående rättfärdiggörelſens act blifwer menniſkan ſåledes delaktig af:

1) remissio peccatorum (Rom. IV, 7. Ps. XXXII, 12. Rom. III, 25. Luc. XI, 4. 2 Cor. V, 19);

2) imputatio justitiae Christi [6]) (Rom. V, 9. 2 Cor. V, 21. Gal. III, 6. Phil. III, 9. Rom. IV, 5);

3) Reconciliatio cum Deo

Ty ifrån det ögonblick, då tron inträder hos menniskan, anser Gud allt det, som Christus fullbragt, såsom hade hon sjelf gjort det, och tillegnar menniskan Christi förtjenst, som wore den hennes egen förtjenst 7). — Deraf skönjes tillika hwad wi hafwe att betrakta såsom den grund, hwarpå wår rättfärdighet hwilar, och såsom medlet, hwarigenom wi kunna erhålla denna rättfärdighet. Grunden ligger allenast i Christi förtjenst, ty genom den äro wåra synder afplanade och det är wordet Gudi möjligt att åter upptaga oß till nåd 8). Men medlet, genom hwilket wi winna rättfärdiggörelsen, är tron 9). Ingalunda således warder å wår sida såsom wilkor för rättfärdiggörelsens erhållande någon förtjenst eller wärdighet fordrad, på hwilken wår rättfärdiggörelse ytterst skulle bero. Ty om det ock icke kan sättas i fråga, att hos menniskan, likasom med trons uppkomst, så ock på samma gång med rättfärdiggörelsen en sedlig förändring är föregången; så är dock denna blott att betrakta såsom något rättfärdiggörelsen åtföljande och på samma gång med henne förhanden warande, men ingalunda såsom något wilkor, hwarförutan rättfärdiggörelsen icke skulle tillfalla oß 10). Och detta kan så mycket mindre wara fallet, som grunden till och möjligheten af en sådan förändring först är gifwen i den Guds nåd, som i rättfärdiggörelsen uppenbarar sig 11). Menniskans sedliga wärde kan alltså då, när frågan är om grunden för menniskans återupptagande till nåde hos Gud 12), på intet sätt komma i beräkning, och det är af den högsta betydelse att rätt fasthålla detta, emedan då, om rättfärdiggörelsen, om ock blott till en del, wore betingad genom någon wår egen förmåga eller wärdighet, wi skulle förlora den fasta grunden, på hwilken wi kunna bygga wår förtröstan om rättfärdiggörelsen 13). Rättfärdiggörelsen är alltså att betrakta såsom en i allo fri nådaskänk å Guds sida, hwilken utan den minsta förskyllan å wår sida warder oß erbuden och hwilken endast kan blifwa annammad genom tron, såsom det uttryckes i den satsen: **justificamur, gratis, sola fide** 14), **propter Christum** 15).

Men denna lära, enligt hwilken i sjelfwa rättfärdiggörelsens act, allt werk å menniskans sida warder uteslutet och rättfärdiggörelsen betraktas endast genom Guds nåd åstadkommen, bildar medelpunkten för all den genom Reformationen wunna kunskapen 16). I densamma är åt menniskan gifwen en säker och fast grund, hwarpå

hon kan bygga hoppet om sin frälsning, och en bestämd wäg anwisad, på hwilken hon skall finna denna frälsning [17]).

1) Quen. Effectus fidei immediatus est peccatorum remissio, adoptio, justificatio, cum Christo unio, accessus ad Deum, et conscientiae tranquillitas. Inter quos fidei effectus palmam tenet justificatio, ad quam omnes reliqui effectus referri possunt.

2) Quen. Justificatio est actus ss. trinitatis externus, judicialis, gratiosus, quo hominem peccatorem gratis propter Christi meritum fide apprehensum remissis peccatis, justum reputat, in gloriosae gratiae suae laudem et justificatorum salutem.

3) Br. Posita fide et per fidem statim justificatur homo, ita ut tempore simul sint actus, quo homini confertur fides, et actus, quo homo justificatur: licet ille natura prior sit, hic posterior.

4) Br. Justificatio forensem significationem habet, et actum illum denotat, quo Deus judex hominem peccatorem adeoque reum culpae et poenae, sed in Christum credentem, justum pronuntiat. .

Chemn. Paulus articulum justificationis ubique describit tanquam processum judicialem, quod conscientia peccatoris coram tribunali Dei lege divina accusata, convicta et sententiae aeternae damnationis subjecta, confugiens ad thronum gratiae restituitur, absolvitur et a sententia damnationis liberata, ad vitam aeternam acceptatur, propter damnationem et intercessionem filii Dei mediatoris, quae fide apprehenditur et applicatur. Justificare har derföre betydelse af: justum pronuntiare. Form. concord. III, 17. Vocabulum justificationis in hoc negotio significat justum pronuntiare, a peccatis et aeternis peccatorum suppliciis absolvere, propter justitiam Christi, quae a Deo fidei imputatur. Br. Quamvis vox latina, justificare, composita sit ex nomine justus et verbo facere, non tamen ex usu loquendi, praesertim in scripturis, quando homo peccator coram Deo justificari dicitur, infusionem habitualis justitiae denotat: verum juxta indolem vocis הִצְדִּיק (2 Sam. XV, 4. Deut. XXV, 1) et vocis δικαιοῦν apud LXX. interpretes et Paulum Rom. III och IV etiam latinum justificare a foro externo ad forum spirituale translatum est, in quo homines velut coram tribunali divino sistantur et cognita causa lataque sententia absolvantur. — Enligt katholska läran är justificare liktydande med justum reddere. Deremot ap. conf. III, 131.: Justificari significat hic non ex impio justum effici, sed usu forensi justum pronuntiare. Quen. Verba haec (δικαιοῦν et הִצְדִּיק) nunquam et nusquam in universa scriptura s. etiam extra negotium justificationis hominis peccatoris coram Deo justificationem per infusionem novarum qualitatum significant sed quotiescunque de Deo justificante impium coram tribunali suo usurpantur, significationem forensem habent. — Den biblista bewisningen uppställer Gerh. utförligen i ff.: Significatio forensis (verbi δικαιοῦν) demonstratur: 1) quia notat actum judicialem, non solum

extra doctrinam justificationis gratuitae coram Deo (Es. V, 23. Deut. XXV, 1. 2 Sam. XV, 4. Ps. LXXXII, 3. Es. XLIII, 9) sed etiam in ipso justificationis articulo (Ps. CXLIII, 2. Job. IX, 2. 3. Luc. XVIII, 14); 2) quia opponitur condemnationi (Deut. XXV, 1. 1 Reg. VIII, 32. Prov. XVII, 15. Mtth. XII, 37. Rom. V, 16. VIII, 33. 34); 3) quia ejus cognata sunt forensia. Exprimitur enim judicium. Ps. CXLIII, 2 judex. Joh. V, 27. tribunal. Rom. XIV, 10. reus. Rom. III, 19. accusator. Joh. V, 45. testis. Rom. II, 15. chirographum. Col. II, 14. debitum. Mtth. XVIII, 24. advocatus. 1 Joh. II, 1. absolutio. Ps. XXXII, 1. Lex coram Dei judicio adcusat peccatorem, ut fiat obnoxius Deo. Rom. III, 19. Conscientia συμμαρτυρεῖ hanc legis accusationem Rom. II, 15. Cumque per peccatum tota hominis natura et omnia ejus opera sint misere contaminata, ideo nihil invenit, quod judicio Dei opponere possit; lex igitur fulmen maledictionis et condemnationis in hominem peccati convictum vibrat, sed evangelium monstrat Christum mediatorem, qui perfectissima sua obedientia pro debitis peccatorum nostrorum satisfecerit, ad hunc peccator territus et voce legis damnatus vera fide confugit, hanc Christi justitiam judicio Dei et accusationi legis opponit, ac hujus respectu et imputatione justificatur h. e. a sententia damnationis absolvitur et justus pronuntiatur; 4) quia aequipollentes phrases itidem sunt judiciales. Justificari enim est: non vocari in judicium. Ps. CXLIII, 2. non condemnari. Joh. III, 18. non venire in judicium. Joh. V, 24. non judicari. Joh. III, 18. Publicanus descendebat justificatus in domum suam, absolutus scil. a peccatis suis Luc. XVIII, 14. Paulus justificare exponit per imputare ad justitiam. Rom. IV, 3. 5. tegere iniquitates, non imputare peccatum v. 7. remittere peccata. Rom. III, 25. condonare peccata. Col. II, 13. — Pertinent huc phrases, Deo reconciliari. Rom. V, 10. justum constitui v. 19. benedictionis participem fieri. Eph. I, 3. remissionem peccatorum accipere. Act. X, 43. salvum fieri. Act. IV, 12. cf. parabolam Mtth. XVIII, 27.

5) Br. Justificatio non importat realem et intrinsecam hominis mutationem. Holl. Justificatio est actus judicialis isque gratiosus, quo Deus satisfactione Christi reconciliatus peccatorem in Christum credentem, ab objectis criminibus absolvit et justum aestimat atque declarat. Quae actio, cum sit extra hominem in Deo, non potest hominem intrinsece mutare. Sicut igitur debitor, pro quo alius debitum dissolvit, ut liber a debito censeatur, non intrinsece sed extrinseco, ratione status mutatur: ita peccator, qui ob satisfactionem Christi, vera fide applicatam, a peccatis liber reputatur et pronuntiatur, non mutatur intrinsece sed extrinsece, ratione melioris status.— Terminus a quo hujus mutationis extrinsecae est status peccati et irae sive reatus culpae et poenae; quia per reatum culpae et poenae peccator in statu peccati et irae manet (Rom. IV, 7. Eph. I, 7. 2 Cor. V, 19). Terminus ad quem est status gratiae et justitiae, quia Deus peccatorem in Christum credentem, remissis peccatis in gratiam recipit et justitiam Christi ei imputat (Rom. IV, 6. IV, 5. Gal. III, 6. 2 Cor. V, 21. Phil. III, 9. Rom. V, 19). Härwid anmärker Br. Aliqui huc referunt jus filiorum Dei et haereditatem vitae aeternae, quae nobis in foro divino conferatur sive adjudicetur.

Quidam dignitatem praemiorum justitiae, quam in hoc justificationis actu consequamur, addunt. Alii tamen et fere plerique actum illum, quo fidelibus filiatio aut haereditas illa, aut jus praemiorum confertur, a justificatione distinguunt et inter consequentia ejus referunt. . . . Scriptura etiam non raro tanquam duo distinguit, immunitatem a reatu peccatorum et ἐξουσίαν filiorum Dei atque haereditatem coelestem, quarum haec illam supponat et justificatis ulteriore aut novo beneficio obtingat: scilicet, quod finito demum processu judiciali sequatur υἱοθεσία illa, seu adoptio in filios, de qua Rom. VIII, 15. 23. Gal. IV, 5. Eph. I, 5.

6) Form. conc. III, 9. Quen. Consistit justificatio nostra coram Deo in remissione seu non imputatione peccatorum, et imputatione justitiae Christi. — Då andra DD. hänföra innehållet af rättfärdiggörelsen till det enda uttrycket remissio sive non imputatio peccatorum, så är dermed ingen differens i sjelfwa saken gifwen; blott om det förhållande, hwari remissio peccatorum och imputatio justitiae Chr. stå till hwarandra, yttra de sig olika. Quen. Hae ipsae vero (ut ita dicam) partes non sunt diversae aut distinctae τῷ εἶναι, sed duntaxat τῷ λόγῳ, imputatio enim justitiae Christi materialiter est ipsa remissio peccatorum et remissio peccatorum est ipsa justitiae Christi imputatio, ita ut utraque vox, seorsim sumta, totam justificationis naturam exprimere queat. ... Unde et apostolus Paulus Rom. IV. remittere peccata et imputare justitiam inter se commutat in descriptione justificationis, quam modo per remissionem peccatorum, modo per imputationem constituit. Ut enim uno eodemque tempore et actione recte dici potest, tenebrarum expulsionem ex aëre esse ipsius luminis in aërem introductionem, ita unus idemque homo impius uno eodemque tempore et actu justificationis plane individuo et a reatu absolvitur et justus pronuntiatur. Holl. Remissio peccatorum et imputatio justitiae Christi sunt actus indivulsi et intime conjuncti, formaliter tamen distincti, cum ille privativus, hic positivus sit: ille ex obedientia Christi passiva, hic est obedientia activa immediate proficiscatur. Non diffitemur interim, unum ex altero recte inferri, cum nullus detur peccator, cui remissa sint peccata, et tamen una imputata sit justitia Christi et vice versa. Men då Br. såsom forma justificationis endast nämner remissio peccatorum, så sker det derföre, att han då förutsätter imputatio justitiae Christi såsom grunden för remissio. Certum est, quando formam justificationis dicimus esse remissionem aut non imputationem peccatorum, non excludi imputationem justitiae Christi, neque imputationem ipsius fidei ad justitiam. Scilicet existimamus tantum, imputationem justitiae Christi ipsiusque fidei in signo rationis priorem esse actu illo forensi justificationis, quo homines absolvuntur a reatu peccatorum, quia ad quaestionem: quare Deus hominem justificet? ratione a priori data respondetur: quia Deus justitiam seu meritum Christi fide apprehensum homini imputat seu ita judicat ad hominem pertinere, ut is propterea a reatu peccatorum absolvatur. —

7) Quen. Forma imputationis consistit in gratiosa Dei aestimatione, qua peccator resipiscens ob alienam h. e. Christi perfectissimam obedientiam fide apprehensam κατ᾽ ἐπιείκειαν evange-

licam, coram tribunali divino justus reputatur, haud secus ac si ab ipsomet homine illa praestita esset. Uttrycket: justitia Christi förklaras af Form. conc. III, 14. på följande sätt: (Justitia (Christi) quae coram Deo fidei aut credentibus ex mera gratia imputatur, est obedientia, passio et resurrectio Christi, quibus ille legi nostra causa satisfecit et peccata nostra expiavit. Liktydande med uttrycket: "justitia Christi nobis imputatur" är det andra uttrycket: "meritum, seu obedientia Christi nobis imputatur." Äfwen det: fides nobis imputatur ad justitiam" Rom. IV, 5, hwilket får följande upplysande tillägg: nimirum quatenus apprehendit sibique applicat Christi justitiam. — Sane fides non ipsa Christi justitia, interim tamen eam recipit sibique adplicat, ac proinde est relatio quaedam inter Christi justitiam et fidem, quatenus eam adprehendit. Justitia fidei således: nihil aliud est, quam remissio peccatorum, gratuita acceptatio peccatoris propter solam obedientiam et meritum perfectissimum unius Christi. —

Om betydelsen af ordet justificatio anmärker Holl. Imputatio in articulo justificationis non sumitur in sensu physico ut significet inserere, implantare, sed in sensu morali ac declaratorio, ut significet adjudicare, accensere, attribuere, aestimatione et judicio suo effectum actionis voluntariae ad aliquem transferre, derivare, devolvere. — Realiteten af imputatio bewisar Br. så: Dicitur imputatio, non quasi sit otiosa vel imaginaria aut fundamento et fructu carens relatio meriti alieni ad alium: sed quod sit actus intellectus et voluntatis ejus, qui judicium exercet; quo judicat meritum alienum, quod vice alterius praestitum et ab eo, pro quo praestitum fuit, fide apprehensum est, posse salva justitia acceptari, quasi illius proprium meritum esset et vult illud hoc modo acceptare, quasi ille hoc, quidquid est, de suo praestitisset. Quem λόγισμον Paulus ipse tradit Rom. IV, 3—6.

Quen. Realissima ergo est haec imputatio, sive spectes ipsam justitiam, quae imputatur, sive actum imputandi. Verissima et realissima est ipsa Christi justitia seu obedientia in agendo et patiendo consistens, quae nobis imputatur, quippe quae menti et voluntati divinae in lege expressae exacte respondet. Realis quoque est actus imputandi sive ipsa imputatio, quia mensura ejus infallibilis est Dei intellectus. Unde non potest Deus justum reputare et aestimare eum, cui non vera justitia est appropriata, neque a voluntate divina, omnis bonitatis norma, proficisci potest imaginariae vel fictitiae aestimationis seu justitiae approbatio. Vere itaque justi sunt, quibus justitia Christi imputatur, licet non inhaesive sive per inhaerentiam sed imputative et per extrinsecam saltem denominationem tales sint, nam etiam ab eo, quod extrinsecum est, vera potest fieri denominatio. Inanis itaque quaestio est, an propter illam imputationem revera justi simus an tantum justi censeamur? Dei enim judicium est secundum veritatem. Proinde, qui in judicio Dei justus esse censetur, ille revera justus est. — Catholska kyrkan har den motsatta läran att justificare betyder: ex injusto justum facere. Då har läran om imputatio justitiae Christi ingen betydelse, utan det säges: illud propter quod homo justificatur et haeres aeternae vitae constituitur, est infusus justitiae et caritatis habitus vel novitas, sive justitia nobis inhaerens,

per quam legem observamus. (Quen.) Uti denna lära har uttrycket: justitia Christi en helt annan betydelse än i den Lutherska kyrkan; ty då i denna med justitia Christi blott densamma rättfärdighet förstås, hwilken Christus har oß förwärfwat, så förstår den Cath. läran dermed sjelfwa Christi sedliga fullkomlighet, den i honom inneboende rättfärdigheten. Men denna blifwer af de Luth. DD. noga skild såsom essentialis ifrån den förra såsom habitualis och meritoria. Äfwen den Luth. theologen Osiander förstod med justitia Christi denna just. essentialis och sammanblandade i likhet med Cath. rättfärdiggörelsen och helgelsen. Så säger han uti sin conf. och disput. (a. 1549): Legis impletionem a Christo factam et obedientiam remissionemque peccatorum esse praeparationem ad justitiam, ipsam vero justitiam, qua coram Deo justi censemur, esse divinam Christi naturam ingredientem in nos per fidem et in nobis inhabitantem vel essentialem atque aeternam Dei justitiam, quae in nobis habitans faciat nos juste agere. Härom yttrade sig Form. conc. III, 55 så: Cum in ecclesiis nostris apud Theologos A. C. extra controversiam positum sit, totam justitiam nostram extra nos et extra omnium hominum merita, opera, virtutes atque dignitatem quaerendam, eamque in solo Domino nostro Jesu Christo consistere: dextre considerandum est, qua ratione Christus in negotio justificationis nostra justitia dicatur. Nempe quod justitia nostra neque in divina (Osiander) neque in humana natura (Stancarus) sed in tota ipsius persona consistat, quippe qui ut Deus et homo in sola sua tota et perfectissima obedientia est nostra justitia. —

8) DD. skilja mellan causa impulsiva interna justificationis nostrae, quae est mere gratuita Dei gratia. (Rom. III, 24. XI, 6. Eph. II, 8. 9. 2 Tim. I, 9. Tit. III, 4—6) (Quen.) och causa impulsiva externa et meritoria, quae est Christus mediator, ratione obedientiae suae activae et passivae. (Rom. III, 24. 2 Cor. V, 21.) Br. — Causa impulsiva externa non tollit gratuitum Dei favorem in negotio justificationis aut ab eo ipso excluditur: cum potius hoc ipsum debeatur gratiae divinae, quod Deus filium suum misit, qui pro nobis satisfaceret, ut justificari possimus, quodque hoc meritum alienum ac si nostrum esset, accipit. Häraf skönjes i hwilken mening det säges, att grunden till rättfärdiggörelsen är extra hominem. Mel. Hoc si considerarent, scirent mentes perterrefactas quaerere consolationem extra sese et hanc consolationem esse fiduciam, qua voluntas acquiescit in promissione misericordiae, propter mediatorem donatae. Quen. Imputatio haec habet fundamentum firmissimum, non in homine, qui justificatur, sed extra hominem, nempe in ipso Deo imputante et Christo mediatore imputationem, praestita satisfactione, promerente. —

9) Holl. Medium ληπτικὸν seu ex parte hominis peccatoris recipientis meritum Christi et in eo fundatam Dei gratiam, est fides. — Tron blifwer wäl derföre äfwen betecknad såsom causa impulsiva minus principalis, men såsom instrumentalis, organica, eller såsom äfwen ληπτική; blott i den mening att genom tron Christi förtjenst, den rättfärdiggörande nåden måste blifwa omfattad, och alldeles icke i den, att i tron skulle ligga en rättfärdiggörelsens werkande orsak. Detta är redan innehållet uti den allmänna satsen af Ap. conf. (II, 53): Quoties de fide justificante loquimur, sciendum est,

haec tria objecta concurrere: promissionem et quidem gratuitam et merita Christi, tanquam pretium et propitiationem. Promissio accipitur fide, gratuitum excludit nostra merita et significat tantum, per misericordiam offerri beneficium Christi, merita sunt pretium, quia oportet esse aliquam certam propitiationem pro peccatis nostris. Annu bestämdare Form. conc. III, 13. Fides non propterea justificat, quod ipsa tam bonum opus, tamque praeclara virtus sit, sed quia in promissione evangelii meritum Christi apprehendit et amplectitur. — Holl. Fides justificat non per se, propria dignitate aut valore, movendo Deum ad justificandum hominem credentem; sed quia tanquam instrumentum aut medium ληπτικὸν sive receptivum apprehendit meritum Christi, cujus intuitu Deus impellitur, ut peccatorem poenitentem et in Christum credentem, salva justitia sua, ex gratia a reatu culpae absolvat et justum reputet. Fidei enim justificantis ἐνέργεια sive vis interna est, λαμβάνειν, recipere Christum, in Christo fundatam gratiam Dei, peccata condonantem, oblatam in promissione evangelica et ab hac dependentem remissionem peccatorum. Joh. I, 12. Rom. V, 17. Gal. III, 14. Act. X, 43. Fides acceptat effectum satisfactionis Christi, remissionem peccatorum. Ex his oraculis coelestibus colligimus fidem esse medium receptivum, quo satisfactio Christi et ea parte gratia Dei acceptatur. Quen. Skiljer derföre mellan causalitas fidei, quae consistit in apprehendendo et recipiendo, quae non est alia quam organica et instrumentalis, och ratio causandi seu vis justifica, quae competit fidei non in se et sua natura sed unice ex objecto justifico apprehensa. Posset enim apprehendere merita propria, imaginaria, vel justitiam humanam, neque tamen sic justificaret. Nec competit ipsi ex liberali Dei aestimatione seu acceptatione, quasi Deus tanti fidem aestimaret, ut justificandi dignitatem et valorem ipsi tribuat sed unice ex objecto justifico apprehenso sive ratione objecti, quatenus scil. apprehendit meritum Christi. Hoc P. expresse indicat Rom. III, 25. scil. totam vim justificam dependere a re apprehensa. Quemadmodum ex. gr., quando manus famelici oblatum panem apprehendit, apprehensio ista, qua talis, hominem non saturat, posset enim apprehendere lutum vel lapidem vel alia, quibus saturari non posset sed tota saturatio pendet ab objecto apprehenso et manducato, nempe a pane. . . Sic esuriens justitiam Mtth. V, 6 apprehendit equidem fide, seu manu mendicante panem, qui de coelo descendit Joh. VI, 50. 51. neque tamen apprehensio, qua talis, famem spiritualem pellit . . . sed tota apprehensionis vis dependet a re apprehensa per fidem, ἀπολυτρώσει scil. ac sanguine Jesu Christi. . .

10) Form. conc. III, 32. Recte etiam dicitur, quod credentes, qui per fidem in Christum justificati sunt, in hac vita primum quidem imputatam fidei justitiam, deinde vero etiam inchoatam justitiam novae obedientiae seu bonorum operum habent. Sed haec duo non inter se permiscenda aut simul in articulum de justificatione fidei coram Deo ingerenda sunt. Chemn. ex. c. Trid. Certum est, utrumque esse beneficium filii Dei mediatoris et remissionem peccatorum et renovationem, in qua spiritus s. in credentibus accendit novas virtutes. Christus enim sua passione meruit nobis non tantum remissionem peccato-

rum, verum etiam hoc, quod propter ipsius meritum datur nobis spiritus s. ut renovemur spiritu mentis nostrae. Haec beneficia filii Dei dicimus quidem conjuncta, ita ut quando reconciliamur, simul etiam detur spiritus renovationis. Sed propterea non confundimus illa sed distinguimus, ita ut cuique suum locum, ordinem et suam proprietatem tribuamus, sicut ex scriptura didicimus, ut scil. reconciliatio seu remissio peccatorum praecedat et postea sequatur inchoatio dilectionis seu novae obedientiae. Praecipue vero, ut fides statuat, se habere placatum Deum et remissionem peccatorum, non propter sequentem et inchoatam novitatem, sed propter mediatorem filium Dei. —

11) Form. conc. III, 27. Oportet personam primum esse justum, antequam bona opera facere queat. Ap. conf. II, 36. Hoc impudentissime scribitur ab adversariis, quod homines rei aeternae irae mereantur remissionem peccatorum per actum elicitum dilectionis, cum impossibile sit diligere Deum nisi prius fide apprehendatur remissio peccatorum. Non enim potest cor, vere sentiens Deum irasci, diligere Deum, nisi ostendatur placatus; donec terret, et videtur nos abjicere in aeternam mortem, non potest se erigere humana natura, ut diligat iratum, judicantem et punientem. Facile est otiosis fingere ista somnia de dilectione, quod reus peccati mortalis possit Deum diligere super omnia, quia non sentiunt, quid sit ira aut judicium Dei, ut in agone conscientiae et in acie experitur conscientia vanitatem illarum speculationum philosophicarum.

12) Chemn. ex. c. Trid. Haec est principalis quaestio, hic status, hoc κρινόμενον, quid scilicet id sit, propter quod Deus hominem peccatorem in gratiam recipiat, quid judicio Dei opponi debeat et possit, ne juxta rigidam legis sententiam damnemur, quid fides apprehendere et adferre, quo niti debeat, quando vult cum Deo agere, ut accipiat remissionem peccatorum, quid interveniat, propter quod Deus peccatori, qui commeritus est iram et aeternam damnationem, reddatur placatus et propitius, quid conscientia statuere debeat, illud esse, propter quod donetur nobis adoptio, in quo tuta collocari possit fiducia, ut acceptemur ad vitam aeternam. An illud sit satisfactio, obedientia et meritum filii Dei mediatoris: an vero inchoata in nobis novitas, dilectio et reliquae virtutes in nobis. —

13) Mel. Quia plurimum refert, hanc exclusivam (gratis) recte intelligi, exponam quatuor causas, propter quas eam retineri et defendi necesse est: 1) ut debitus honor Christo tribuatur; 2) ut conscientia certam et firmam consolationem habeat (si haec exclusiva ignoretur, confirmatur dubitatio, videl. si existimes, non remitti peccata, nisi cum satis dignam contritionem aut dilectionem habebis, haerebit dubitatio, quae alias contemtum Dei, alias odium et desperationem parit); 3) ut vera invocatio praestari possit; 4) ut conspiciatur discrimen legis et evangelii.

14) Form. conc. III, 36. Hoc ipsum vult Paulus, quando in hoc articulo particulas exclusivas, quibus ex articulo justitiae fidei opera excluduntur, (ut sunt hae: absque operibus, sine lege, sine merito, non nisi ex gratia, gratis, non ex operibus) tanta diligentia

tantoque zelo urget. Hae autem exclusivae omnes hisce verbis comprehenduntur, cum docemus: sola fide coram Deo justificamur et salvamur. Hoc enim modo opera nostra excluduntur, non quidem ea ratione, quasi vera fides possit existere sine contritione aut quasi bona opera non necessario veram fidem (tanquam certissimi fructus) sequantur, aut quasi credentes in Christum non debeant bene operari: sed ab articulo justificationis coram Deo bona opera excluduntur, ne negotio justificationis peccatoris coram Deo, quasi ad eam rem necessaria, pertinentia et requisita, inserantur et admisceantur. Et haec est vera particularum exclusivarum in articulo justificationis sententia, quae diligenter et sedulo in hoc articulo retinenda atque urgenda est. — Chemn. Si vero quaeratur, cur tam acriter digladiemur de particula sola et non potius contenti simus illis particulis exclusivis, quae in scriptura extant (vocab. gratia — gratis — sine operibus — imputatio) verae et graves causae sunt. Sicut enim ecclesia omnibus temporibus suis quibusdam modis loquendi libere usa est, ut contra varias adversariorum insidias res ipsae planissime possint proponi, explicari, defendi et retineri: ita in articulo justificationis principem locum tribuimus exclusivis Paulinis. Quo vero consilio et quibus de causis etiam particulam (sola) usurpemus et retineri velimus, verae et graves sunt rationes. — Particula sola omnes illas exclusivas, quibus scriptura utitur, simul complectitur, idque significantissime.

För att rätt noga bestämma meningen då det säges: sola fide justificamur, och att afwärja allt mißförstånd, tillägga DD. ännu en följd af förklaringar, af hwilka wi anföra följande såsom de wigtigaste: Quen. 1) Non loquimur hic de fidei ἐνεργείᾳ seu de operatione fidei justificantis, quae in variis actibus virtutum ut caritatis, spei etc. se exserit, sed de ejus operatione, quae ipsi est propria, nativa et solitaria et reliquis virtutibus omnibus prorsus est incommunicabilis et est: meritum Christi apprehendere, sibique applicare. — 2) Particula exclusiva sola non excludit diversa causarum genera sed eadem subordinat. Non enim opponitur a) gratiae Dei, justificationis causae efficienti principali; b) non merito Christi; c) nec verbo et sacramentis, quae causae instrumentales justificationis nostrae a parte Dei offerentis et dantis sunt, sed nostris operibus, utpote quae hac propositione excluduntur sic, ut propositio haec: fides sola justificat, aequipolleat huic: fides absque operibus justificat. 3) Disting. inter exclusionem operum ratione actus praesentis et ratione communicationis efficientiae. Opera excluduntur non ab actu praesentiae sed a communicatione efficientiae, non ut non adsint fidei et justificatis sed ut cum fide nullam habeant in justificando homine ἐνέργειαν s. causalitatem. 4) Disting. inter fidem consideratam respectu ipsius justificationis et tum sola est instrumentum apprehendens Christi meritum solaque justificat, et spectatam in persona justificati sive post justificationem et hoc modo nunquam est sola sed semper reliquis virtutibus stipata, imo earum omnium est radix et initium. 5) Disting. inter fidem solam et solitariam. Sola justificat h. e. est unicum illud organon, quo Christi justitiam apprehendimus nobisque applicamus sed nunquam sola existit sive solitaria est, h. e. a reliquis virtutibus

sejuncta et separata, siquidem vera fides semper est viva, non mortua, adeoque sibi praesentia habet opera bona tanquam proprium effectum. —

15) Det rigtigaste och wanligaste uttrycket är således det: justificamur fide s. per fidem. Men likbetydande dermed äro äfwen uttrycken: justificamur per gratiam — per meritum — per obedientiam Christi. cf. Form. conc. III, 12. Då uttrycket: sola fides justificat brukas; så, för att förekomma alla mißförstånd, blifwer det på följande sätt förklaradt: Musaeus (hos Holl.) Quando de fide dicitur in casu recto, quod justificet, locutio videtur metonymica. Non enim sensus est, fidem absolvere hominem a peccatis, et reputare eum justum; sed dicitur fides justificare, quia ejus intuitu Deus nos justos reputat, seu quia fides (non sua quidem sed meriti Christi dignitate) Deum movet, ut nos justificet. Holl. Haud ex vano inquit Osiander: "Si accurate et secundum scripturam loqui velimus, dicendum esset, solum Deum justificare (est enim actio solius Dei); fide autem hominem justificari." Non enim ipsa fides justificat, eo ipso, quod se habet mere apprehensive. Modus autem loquendi, quia ita invaluit, ut dicatur, sola fides justificat, retineri potest, si modus loquendi ex usu scripturario dextre explicetur. —

16) Form. conc. III, 6. Hic articulus de justitia fidei praecipuus est de tota doctrina christiana, sine quo conscientiae perturbatae nullam veram et firmam consolationem habere, aut divitias gratiae Christi recte agnoscere possunt. Id D. Lutherus suo etiam testimonio confirmavit, cum inquit: si unicus hic articulus sincerus permanserit, etiam christiana ecclesia sincera, concors et sine omnibus sectis permanet: sin vero corrumpitur, impossibile est, ut uni errori aut fanatico spiritui recte obviam iri possit. —

Chemn. Hic unicus locus praecipue discernit ecclesiam a reliquis omnibus gentibus et superstitionibus sicut Augustinus inquit: ecclesia discernit justos ab injustis, non lege operum sed lege fidei. Imo hic locus est tanquam arx et propugnaculum totius doctrinae et religionis Christianae, quo vel obscurato vel adulterato vel subverso impossibile est puritatem doctrinae in aliis locis retinere. Salvo autem hoc loco corruunt per se omnes idolomaniae, superstitiones et quidquid est corruptelarum in omnibus fere aliis locis. . .

17) De sednare DD. tillägga äfwen: effecta och affectiones justificationis. Såsom effecta angifwer Quen.: 1) unio nostri mystica cum Deo. Joh. XV, 4—6. XIV, 2. 3. Gal. II, 19. 20. III, 27. Eph. III, 17; 2) adoptio in filios Dei. Joh. I, 12. Rom. VIII, 14; 3) pax conscientiae Rom. V, 1; 4) certa precum exauditio. Rom. VIII, 32. Jac. I, 5—7; 5) sanctificatio Rom. VI, 12; 6) salus aeterna Rom. IV, 7. Såsom affectiones: 1) efficientia instantanea, neque enim paulatim et successive fit, ut renovatio sed in momento, in instanti, simul et semel; 2) perfectio; quia perfecte remittuntur omnia peccata, ut nulla opus sit satisfactione propria. 1 Joh. I, 7. Rom. VIII, 1. Hbr. X, 14. Identitas modi justificationis respectu omnium omnino salvandorum. — Communis omnium salus praesupponit communem fidem et communem eundemque justifi-

candi modum. Act. IV, 12. XV, 11. Rom. III, 22—26. 4) Certitudo in nobis non conjecturalis sed infallibilis et divina. Rom. VIII, 25. 38. 39. V, 1. 2. Eph. III, 12. 1 Joh. III, 14. 5) Incrementum, non quoad actum justificationis, qui instantaneus sed ratione fidei et sensus. 2 Cor. X, 15. Col. I, 10. 2 Ptr. III, 18. Eph. IV, 14. 15. 6) Continuatio Apoc. XXII, 11. 7) Amissibilitas Ez. XVIII, 14. Hbr. VI, 5. 6. Joh. XV, 2. 8) Reiterabilitas Joh. VI, 37. Rom. V, 20. —

§. 43.

Sedan wi nu framställt läran om fides, såsom det medel, genom hwilket wi blifwa delaktige af frälsningen, och om justificatio, såsom trons werkan; återstår ännu att beskrifwa de inre tillstånd och den sedliga förändring, hwilka föregå hos menniskan med och efter rättfärdiggörelsen. Men så wida båda, deßa tillstånd och denna förändring, åstadkommas genom den H. Andas nåd, kunna de äfwen betraktas såsom den H. Andes werkningar. Enligt den ordning, hwari den H. Ande frambringar desamma *), räkna wi: 1) vocatio; 2) illuminatio; 3) regeneratio et conversio; 4) unio mystica; 5) renovatio.

§. 44. 1) **Vocatio.**

V. est actus gratiae, quo spiritus s. hominibus, extra ecclesiam constitutis, voluntatem Dei de salvandis peccatoribus per verbum divinum manifestat et ipsis beneficia a redemtore Christo offert, ut ad ecclesiam adducantur, convertantur et aeternam salutem consequantur (Holl.) [1]).

Guds nåd, hwarmed Han will werka menniskans frälsning, begynner med vocatio, ty Gud måste bringa frälsningen till menniskan, emedan hon okallad icke skulle kunna känna något begär derefter. Men man bör skilja mellan vocatio indirecta och directa, eller med en annan benämning af samma sak, mellan v. generalis et specialis [2]). Med den första förstår man den kallelse, som genom samwetet och den naturliga kunskapen om Gud utgår till menniskan, och hos henne blott wäcker en dunkel längtan efter den ännu obekanta frälsningen; men med den sednare åter den kallelse, som utgår genom Evangelii predikan till menniskorna

och

och directe inbjuder henne till inträde uti Guds rike, till omwändelse och annammandet af frälsningen i Christo. Men denna sednare kallelse är icke en blott yttre, utan den är städse åtföljd af en den H. Andes werkan, af sådan beskaffenhet, att den på detta sätt kallade icke kan mißkänna den H. Andes dragning, och att hans eget samwete bewittnar, huru mycket han hafwer orsak att följa denna kallelse. Denna är således lika mycket en allwarligt menad (seria), som en städse werksam (efficax) [3]). — Men såsom nu i Evangelii predikan den enda möjligheten är gifwen, genom hwilken menniskan kan komma till frälsningen i Christo (causa organica est externa verbi praedicatio. Rom. X, 15. 2 Thess. II, 14) [4]); så är densamma äfwen det medel, hwaraf Gud betjenar sig för att låta kallelsen komma till menniskorna; och allt efter som Han kallar genom menniskor, hwilka Han dertill förordnar och drifwer [5]), eller omedelbart utan någon förmedling af sådana, är vocatio att beteckna såsom mediata eller immediata; och i följd deraf en ordinaria eller extraordinaria [6]); ty det hörer dock till de owanliga fallen, att Gud kallar annorlunda, än medelbart genom menniskor. Grunden, hwarföre Gud kallar, ligger uti Hans förbarmande med det elände, hwari menniskorna, så länge de icke äro delaktige af frälsningen i Christo, befinna sig, och är ingalunda att söka uti någon slags wärdighet å menniskans sida [7]). Men enär alla menniskor äro i samma fördömelse, och lika litet förmå att någonting göra, för att föranleda denna Guds kallelse; så utgår äfwen denna kallelse till alla menniskor och utan något urwal; derföre är kallelsen universalis a) ratione intensionis Dei, qua serio vult, ut omnes homines ad agnitionem veritatis perveniant. 1 Tim. II, 4. 2 Petr. III, 9; b) ratione mandati Christi. Mtth. XI, 28; c) ratione ipsius praeconii, omnes enim homines in universo mundo sunt vocati. Mr. XVI, 20. Rom. X, 18. Men kallelsens allmänhet beror icke så mycket derpå, att Gud har i lika form under hwarje tid låtit kallelsen utgå till alla menniskor; som fastmer derpå, att Han omsörjt, att denna predikan, hwilken har att bringa kallelsen till menniskorna, öfwerhufwud på något slags sätt skulle kunna komma till alla menniskor [8]). Och i detta afseende hafwe wi att särskildt bemärka tre stora tidsmomenter, under hwilka Gud på högtidligt sätt har låtit predikan om frälsningen utgå, ge-

nom Adam, genom Noach och genom Apostlarne. I deßa 3 fall war predikan om frälsningen en allmän på det sätt, att derigenom hwarje gång tillfälle blef gifwet åt hela den då lefwande werlden att förnimma densamma och dymedelst möjligheten äfwen gifwen att låta denna predikan deßlikes komma till alla efterkommanderna. Likformigt utgick såmedelst i deßa 3 perioder denna kallelse till alla menniskor, så wida frälsningens nåd blef genom samma medel erbuden alla menniskor. En wiß olikformighet finner dock rum i afseende på ordningen, sättet och tiden för kallelsen, ty till den ene har den kommit förr än till den andra; hos den ene räckte den längre, än hos den andre; somliga hafwa erhållit predikan omedelbart ifrån de af Gud förordnade förkunnarena; andra först ur tredje hand [9]). Om derföre under tidens lopp enskilda folk finnas, för hwilka Evangelii predikan är alldeles obekant; så talar det dock icke emot denna så beskrifna universalitas vocationis, utan har sin grund deri, att deßa folk icke troget bewarat den för dem förkunnade predikan eller alldeles icke tagit den till sinnes; hwarföre de enskilda individerna af de samma under följande tider få lida. Genom deras skull har det kommit derhän, att vocatio, som efter Guds afsigt skulle wara universalis, är worden particularis [10]); men i hwilket fall dock vocatio indirecta s. generalis alltid återstår för dem, genom hwilken sedermera vocatio directa skall förmedlas [11]). Hwarest således dylika fall förefinnas, i hwilka vocationen icke synes kommen till alla; der är grunden icke att söka i Guds wilja; och om wi i enskilda fall icke förmå att finna orsakerna, hwarföre Gud icke har låtit deßa undfå kallelsen; så kan det dock icke göra oß twekande om läran, att kallelsen efter Guds afsigt är allmän, alldenstund denna Guds afsigt är på det bestämdaste uttalad i den H. Skrift [12]).

*) **Holl.** **Actus gratiae applicatricis, secundum ordinem quo cohaerent et se subsequuntur sunt: vocatio, illuminatio, conversio, regeneratio, justificatio, unio mystica cum Deo, renovatio, conservatio fidei et sanctitatis, glorificatio.** — Så räkna nästan alla de sednare **DD.** **Justificatio**, hwarom wi ofwanföre handlat, faller således härwid bort. **Holl.** utwecklar skälen för denna ordning: **Hunc ordinem et quasi concatenatam seriem actuum gratiae applicatricis discimus ex Act. XXVI, 17, ubi Christus Paulum compellat "In gentes Te mitto", en gratiam vocationis! "Ut aperias oculos eorum", en illuminationem! "Et convertantur a tenebris ad lucem", en actum conversionis! "Et a potestate Satanae ad Deum", en ipsam regenerationem, per quam filii Dei evadimus! "Ut accipiant remissionem peccatorum" en justificationem! "Et sortem inter eos, qui**

sanctificati sunt per fidem in me", en unionem cum Christo per fidem, sanctificationem, sanctitatis conservationem et glorificationem. — Uti de Symb. böckerna är ordningen wäl antydd (såsom äfwen här och der af de efterföljande DD. i den äldsta tiden) dock blott i förbigående, i Catech. minor. art. 3 resp. och Form. conc. II, 50. — De tres mysticorum viae, på hwilken de till kyrkan kallade a tribus viis, purgativa, illuminativa et unitiva ad sanctum montem perfectionis atque Deificationis possit expedite progredi, förkastas. Grunden: quia neque justo ordine dispositae sunt, neque homines, iis incedentes ad terminum a mysticis praefinitum certo pertingunt. —

1) Den utförliga definitionen af Quen.: Vocatio est actus gratiae applicatricis spiritus s., quo is benignissimam Dei erga universum genus humanum lapsum voluntatem per externam verbi praedicationem, in se semper sufficientem ac efficacem manifestat, et bona, per redemtoris meritum parta, omnibus in universum hominibus offert, ex seria intensione, ut omnes per Christum salvi fiant et aeterna vita donentur. —

2) På första sättet skilja Kg. och Quen.; på det sednare Holl. Quen. Late sumta includit etiam vocationem indirectam, quae fit tum intuitu hujus universi, ejusdemque gubernationis et divinae in creaturas beneficentiae Rom. 1, 19. 20. II, 14. 5. Act. XVII, 27. tum per famam generalem et confusam de coetu quodam, in quo dicitur agnosci et coli solus verus Deus 1 Reg. X, 1. 2 Reg. V, 2. 3. 1 Thss. 1, 8. — Hae modo recensitae vocationis species sunt magis invitamenta et incitamenta quaedam ad inquirendum de vero Dei cultu et coetu, in quo ille viget, quam vocatio proprie dicta: ratio est, quia pro fine proximo et immediato non habent ipsam hominis aeternam salutem, vel cognitionem Christi redemtoris et mysteriorum ad salutem aeternam adipiscendam necessariorum sed saltem adductionem ad januam verae ecclesiae.

Stricte accipitur terminus, prout significat vocationem directam, — qua Deus homines per Verbum sive lectum sive praedicatum ad fidem et poenitentiam vocat, illisque gratiam conversionis offert, qua converti ipsi et salutis participes fieri possint.

Holl. Vocatio generalis et paedagogica ad ecclesiam est, qua Deus peccatores extra ecclesiam constitutos, ad inquirendum verum cultum et coetum, in quo ille viget, obscurius et velut e longinquo invitat, et ad januam ecclesiae adducit. Vocatio illa generalis fit: a) objective per propositionem regiminis et beneficentiae divinae in creaturas; b) effective, per efficacem influxum atque impulsum divinum, quo tum e notitiis innatis theoreticis et practicis, tum e documentis beneficentiae divinae suscitantur conclusiones practicae in mentibus infidelium, in aequali tamen mensura ad inquirendum de vero cultu Dei; c) cumulative per famam de ecclesia, toto orbe diffusam.

3) Quen. Forma vocationis consistit in seria (Mtth. XXIII, 37) atque ex Dei intentione semper sufficiente (Rom. VIII, 30), semperque efficaci (Rom. I, 16) voluntatis divinae manifestatione

ac beneficiorum per Christum acquisitorum oblatione. — Nulla enim vocatio Dei sive ex se et extrinseca sua qualitate sive ex Dei intentione est inefficax, ut nec possit nec debeat effectum salutarem producere, sed omnis efficax est, (habet enim verbum Dei praedicatum ex ipsius Dei ordinatione et voluntate intrinsecam divinam et sufficientem vim et efficaciam ad regenerationem, conversionem etc. producendam) licet, quo minus effectum suum consequatur, ab hominibus obicem ponentibus, impediatur, atque ita inefficax fit vitio malae obstinataeque hominum voluntatis. Den skilnad, som Calvinisterna göra mellan vocatio interna och externa förkastas sålunda. Quen. Distinguunt Calviniani inter vocationem externam et internam et utramque exponunt a) ratione principiorum, qua illa fiat per verbi ministerium, vel omnibus vel quibusdam extrinsecus oblatum, haec per spiritum s. intus corda electorum illuminantem et flectentem; b) ratione subjectorum, qua illa electis et reprobis communis sit, haec solis electis peculiaris, ita ut reprobi nullo tempore illius compotes reddantur; c) ratione efficaciae, quod haec sola sit efficax et irresistibilis, tum intellectum illuminet, tum voluntatem flectat, nec unquam, ubi semel animum occupaverit, aboleri aut extingui possit, illa autem sine hac inutilis ad salutem et inefficax sit. — Nos distinctionem admittimus, sed ut externam vocationem internae non opponamus, nec unam ab altera separemus, cum externa vocatio internae medium sit ac organon et per illam Deus efficax sit in cordibus hominum. Si externa vocatio non ex asse congruit internae, si externe vocatus esse potest, qui non interne, vana fuerit, fallax, illusoria. —

4) Om den kallelse, som utgår genom Evangelii och lagens predikan till menniskorna Holl.: Deus peccatores miseros ad ecclesiam directe et salutariter vocat verbo evangelii (2 Thss. II, 14), ad quod etiam pertinet baptismus. (Joh. III, 5.) Facit tamen ad vocationem peccatorum aliquid lex divina, sed non nisi indirecte, privative et per accidens...

Apol. conf. V, 51. Per legem terret Deus, ut sit locus consolationi et vivificationi; quia secura corda et non sentientia iram Dei fastidiunt consolationem. —

5) Quen. Causa ministerialis est vel ordinarius verbi minister Mtth. XXII, 3. vel extra ordinem quandoque quivis alius, quacunque is intentione ad verbi annunciationem accesserit. 2 Reg. V, 7.

6) Quen. Mediata est, qua Deus in V. T. ministerio vel angelorum vel hominum aliquos vocavit, et hodie post institutum a Christo ministerium ecclesiasticum per solos homines vocat. Immediatam dicimus, non quidem ratione medii, seu verbi, sine eo enim nulla unquam vocatio salutaris peracta est, sed ratione hominum, quia Deus sine hominum opera ipse verbum adhibuit. Sic Gen. XII, 1. Act. IX, 34.

Ordinaria est vocatio, quae peragitur mediis a Deo constitutis h. e. per externum et visibile verbi ministerium. Extraordinaria est, quando quis non per ordinarium verbi ministerium sed per miracula, ecstases, aliaque media insolita ad evangelii lucem vocatur. Sic magi Mtth. II, 1. latro Luc. XXIII, 42. — Illa

extraordinaria vocatio particularis et rarissima est, olim quidem in V. T. et in principio Novi quandoque adhibita, hodie autem post evangelium in toto orbe praedicatum et ecclesiam per apostolos plantatam plane sublata est. Widare skiljer man ock mellan vocatio solemnis, quae fit per verbum praedicatum och v. minus solemnis, quae fit per verbum lectum vel legibile. —

7) Quen. Causa impellens ac movens interna est sola Dei misericordia et bonitas, innixa Christi Jesu merito 2 Tim. I, 9. externa extrema hominum miseria. Holl. Miseria autem humana non quidem causaliter impulit Deum ad vocationem gratiosam, ipsi tamen occasionem commiserescendi praebuit.

8) Holl. Quando vocationem ad regnum Dei universalem asserimus, non hoc dicimus, quod omnibus et singulis hominibus actu, coram et immediate, per praecones peculiariter missos, annuntiata sit doctrina evangelii; sed quod Deus misericordissimus doctrinam evangelicam de obtinenda salute per fidem in Christum tam clare promulgaverit, ut omnes omnino homines ad ejus notitiam pervenire possint, ita, ut Deus nulli genti, nulli homini copiam illius doctrinae ac viam, qua in notitiam ipsius pertingere queat, absoluto decreto denegaverit.

9) Grh. Dico, Deum tribus vicibus omnibus omnino hominibus (solemniter) verbum suum revelasse, scilicet in Adamo: post diluvium, et tempore apostolorum. Om den apostoliska tiden gäller: quo non venit ἀποστολή, eo ἐπιστολή. Rom. X, 18. Quen. Est ergo vocatio universalis, tum ratione Dei mandantis, tum ratione apostolorum huic mandato obsequentium. Sicut autem lex, in monte Sinai promulgata, non solos Israelitas tunc viventes et praesentes obligabat, sed omnes etiam eorum posteros, imo ipsas quoque gentes, sic quoque trina illa vocatio non tantum pertinebat ad praesentes seu eos, quibus immediate facta est, sed etiam ad eorum posteritatem. NB. DD. datera med rätta vocatio icke först ifrån tiden för N. Test:s uppenbarelse, alldenstund äfwen de föregående uppenbarelserna hafwa samma mål med N. T. och tillsammans blott utgöra en uppenbarelse; hwadan de ock, då de nämna ecclesia såsom terminus vocationis ad quem, fatta densamma i sitt widsträcktaste omfång, då Israel äfwen hörer till kyrkan.

10) Holl. Vocatio ordinaria aequalis est in substantia, sive quatenus essentialiter spectatur (quia vocamur gratia aeque salutari — quia eaedem vires credendi omnibus offeruntur — quia vocamur iisdem mediis, eodem evangelio, eodem baptismo aeque efficaci, si propositum divinum spectes) sed inaequalis est ratione ordinis, modi et gradus, horae et morae. — Ratione ordinis, primum Judaeis, postea gentibus verbum evangelii erat praedicandum. Act. XIII, 46. Ratione modi et gradus, quibusdam illuxit lumen majus, quibusdam minus. Aliae gentes vocatae sunt per verbum solemniter praedicatum, aliae per verbum scriptum, et lectum, aliae per famam de ecclesia sparsam eamque vel propiorem et clariorem, vel remotiorem et obscuriorem. Ratione horae et morae, quidam populi citius, quidam tardius sunt vocati. Nonnulli longioris temporis tractu lux evangelii fulsit: apud nonnullos intra paucos annos obfuscata est. Quae accidentalis

inaequalitas cum in hac mortalitate nequeat penitus pervestigari, in dispensatione divina mediorum salutis acquiescamus, fateamur et miremur, non autem anxie rimemur abyssum judiciorum divinorum, mentibus humanis imperviam. Rom. XI, 33.

11) Grh. Vocatio est universalis, quoad Deum mandantem — fit autem particularis, culpa hominum: primo, quatenus quidam Epicuraeo contemtu id aspernantur: quidam etiam persequuntur et violenter a se repellunt. Deinde quatenus culpa majorum amissum verbum non semper in omnibus ubique gentibus et locis actu praedicatur. Holl. Quod gentes olim et hodie multi populi praedicatione verbi destituuntur, illorum fit culpa, non destinata voluntate aut consilio Dei, lucem evangelii simpliciter denegantis. Nam 1) illi populi verbum divinum contemnunt et malitiose rejiciunt; 2) vocationem et notitiam de Christianorum dogmatibus ac caerimoniis in genere, per famam, quae hodie universalis est, neglexerunt; 3) vocationem paedagogicam et effectivam non traduxerunt ad usum, scil. ad inquirendum verum Dei cultum et coetum, in quo ille viget. Quam ob rem vocatione salutari, quae per praedicationem evangelii fit, sua se culpa privarunt.

12) Holl. Quamvis extra jam recensitas temporum periodos universalis, solemnis et actualis verbi divini praedicatio non semper et ubique omnibus gentibus obtigerit; nulli tamen genti aditum ad ecclesiam invidit. Plurimos enim populos Deus vocat a) per vocationem minus solemnem; b) per famam de ecclesia longe lateque diffusam; c) per documenta beneficentiae divinae in regno naturae ubique obvia; d) per efficacem impulsum Dei, quo exsuscitantur conclusiones practicae, et stimulantur conscientiae ad inquirendum verum Dei cultum et coetum, in quo ille viget. — DD. anföra äfwen enskilda fall, då universalitas vocationis synes twifwelaktig, och söka efter ett lämpligt swar. Så Grh.: Si exempla infantum in gentilitate natorum adferuntur, ad ea et similia respondemus: judicia Dei possunt esse occulta, nunquam vero injusta: multa in hoc doctrinae capite sunt nobis impervestigabilia in lumine naturae et gratiae, quae aliquando plenius cognoscemus in lumine gloriae. Illi ipsi infantes non tantum originalem labem secum trahunt a parentibus, sed etiam a talibus nascuntur majoribus, quibus Deus pretiosum verbi sui depositum ad posteros etiam propagandum et sacramenta, per quae etiam liberi ipsorum in gratiam Dei recipi possent, commendaverat. Parentum ergo peccata, non Dei justitiam et misericordiam accusent. Neque immerito requirimus, ut certos nos reddant tales disputatores, illos infantes, si pervenissent ad adultam aetatem, oblata Dei beneficia fuisse recepturos, ac non potius peccata parentum imitaturos. —

Och Quen.: Quod Deus uni nationi largitur evangelii lucem, altera neglecta; quod Turcarum, Americanorum et aliorum barbarorum aliqui ad fidem convertuntur, reliqui, qui illis aequales sunt, in sua infidelitate relinquuntur, arcano et impervestigabili Dei judicio est adscribendum. Agnoscendum quoque est, Deum quaedam circa ordinem, modum, tempus et gradus vocationis ex absoluta voluntate agere.

Men Grh.: Sed demus, in his et similibus exemplis specialibus non posse nos exacte causas divinorum consiliorum exquirere

vel proponere: non tamen ad absolutum aliquod reprobationis decretum erit confugiendum sed adhaereamus firmiter pronuntiatis illis universalibus. 1 Tim. II, 4. Ezech. XXXIII, 11.

De Symb. böckerna blifwa helt enkelt stående wid deßa satser: quod non tantum praedicatio poenitentiae, verum etiam promissio evangelii sit universalis, h. e. ad omnes homines pertineat (Form. conc. XI, 28) och att vocatio sker per verbum; utan att närmare ingå på de erfarenhetsfall, då en motsägelse med läran om universalitas vocationis synes gifwen.

§. 45. 2) **Illuminatio** [a]).

Kallelsen skulle wara förgäfwes, om icke den H. Ande äfwen werkade derhän, att Evangelium syntes för menniskorna i deß rätta ljus och betydelse. Men detta är just det, som likaledes blott genom den H. Andes werkan kan ske, alldenstund allt andeligt är en galenskap för den naturliga menniskan, och hon icke kan fatta detsamma; utan fastmera allahanda fördomar och twifwel hindra henne att rätt förstå det andeliga [1]). Derföre går ock den H. Andes widare werksamhet derpå ut att öfwerwinna denna den naturliga menniskans galenskap, upphäfwa twiflet och fördomarne och bringa henne kunskap och insigt i Evangelii wäsende och betydelse. Här är således icke allenast fråga om en yttre kunskap i den christliga salighetsläran, hwilken äfwen utan den H. Andes inwerkan kan äga rum, utan om en inre djupare kunskap [2]); så att hos menniskan själen öppnas för Evangelii rätta uppskattande, att alla hinder blifwa häfde, hwilka för henne dölja Guds nådabeslut och att det blifwer för henne fullkomligt klart, att hon befinner sig i sådant syndaelände, som den H. Skrift omtalar, och att en hjelp derföre och en tröst är henne gifwen uti nåden i Christo [3]). Först när det genom den H. Andes werkan har kommit derhän, är äfwen å Guds sida allt gjordt, och då kommer det blott an på menniskans wilja, att hon bestämmer sig för annammandet af denna frälsning. Men denna werkan är det, som den H. Ande söker att frambringa genom upplysningen. **Illuminatio est actus gratiae applicatricis, qua spiritus s. hominem peccatorem, ad ecclesiam vocatum, per ministerium verbi docet et sincero studio magis magisque informat, ut depulsis ignorantiae et errorum tenebris, ipsum verbi Dei notitia imbuat, atque ex lege agnitionem peccati, ex evangelio misericordiae**

divinae, in merito Christi fundatae, cognitionem eidem instillet[4]) (Holl.). Illuminatio är således en werkan af den H. Ande närmast på menniskans kunskapsförmåga; men Han wänder sig äfwen redan i denna act åtminstone medelbart till menniskans wilja, så wida denna upplysning just har till sitt mål att genom kännedomen af syndaeländet, hwilken den werkar, och genom framhållandet af den gudomliga nåden, föra till omwändelse och helgelse[5]). Den finner rum hos hwarje menniska, hwilken i sitt inre emottager den H. Andes kallelse och öppnar för honom öra och hjerta; men dock icke utan att detta sker, emedan den H. Ande aldrig werkar med twång och aldrig då, när menniskan gör motstånd[6]). Äfwen tillfaller den aldrig menniskan på annat sätt, än genom det gudomliga ordet[7]), hwilket detsammas tjenare hafwa att förmedla[8]) och hwilket desamma, som wilja glädja sig af upplysningen, under bön och fromt betraktande skola låta werka hos sig[9]). Men så wida det gudomliga ordet delas i lex och evangelium, kan äfwen upplysningen, allt efter som den warder werkad af den ena eller af det andra, skiljas såsom illuminatio legalis et evangelica, och enligt de olika uppgifterna, hwilka äro bestämde för lagen och evangelium, har den första blott att uppenbara för menniskan hennes synder och den deraf följande Guds wrede; den andra, nåden i Christo[10]). Således blifwer äfwen deß werkan på menniskorna på det sätt olika, att den i förra hänseendet åstadkommer hos henne blott förskräckelse; men i det andra äfwen genom den förehållna frälsningen tröst och hugswalelse. Derföre är äfwen den sednare blott den werkligt frälsande, under det den förra förhåller sig mera såsom förberedande till denna[11]).

Men såsom all kunskap, så är äfwen denna genom den H. Ande werkade icke på en gång gifwen; utan den är fastmera en smånigom uppstående, såsom det kan ses redan deraf, att den kunskap, hwarom här är fråga, består af flera stycken, af hwilka det ena efter sin natur sluter sig till det andra[12]). Och såsom enligt den naturliga ordningen den yttre kunskapen måste föregå den inre; så åstadkommer här den H. Ande först en yttre kunskap, hwilken werkar förberedande till undfåendet af den inre; och derpå först en inre. Således kan man skilja mellan illuminatio literalis et paedagogica och ill. spiritualis et complete salutaris[13]). Men då den ena så wäl som den andra kunskapen tillfaller menniskan blott under rätt förhållande till den henne tillkom-

mande den H. Andes werkan; så kan denna den H. Andes werkan, om menniskans wilja icke går längre, äfwen blifwa stående wid den första eller blott sträcka sig till kunskapsförmågan, men icke, såsom följa skulle, till wiljan [14]). I detta fall blifwer wißerligen den H. Andes affigt med menniskan icke hel och hållen uppnådd, och illum. icke perfecta [15]), men derföre kan man icke sätta i fråga, att den så i sin första grad stadnande kunskapen äfwen är af den H. Ande werkad [16]).

*) Hollaz ensam behandlar illum. uti en egen locus; hwartill grunden wißerligen låg deri, att de hithörande föremål just på hans tid wunno en särskild betydelse, under conflicten dels med Mysticismen, dels med den nu uppkommande Pietismen.

1) Holl. In homine non illuminato non datur tantum ignorantia simplicis negationis, sed etiam ignorantia pravae dispositionis, quae est error, verae scientiae contrarius; eo quod homo ψυχικὸς non tantum non apprehendit ea, quae sunt spiritus Dei, sed judicat etiam ea esse absurda. 1 Cor. I, 14. Opponitur itaque salutari notitiae non solum ignorantia simplex, sed etiam prudentia carnis. Rom. VIII, 6. et sapientia hujus mundi. 1 Cor. I, 20. Habet enim mundus suam sapientiam, sed tenebris arrogantiae immersam, ut sese contra sapientiam divinam efferat. 2 Cor. X, 4.

2) Non intelligitur hic illuminatio objectiva, qua lumen verbi divini externe proponitur, sed effectiva, qua spiritus s. lucem notitiae accendit, et subjectiva, qua peccator coecus per operationem spiritus s. se illuminari patitur. — Quando illuminationem describimus per informationem, non intelligimus tantum externam, quae fit lingua, aut calamo ministri ecclesiae, sed etiam internam, qua spiritus s. concursu suo speciali et gratioso, in cordibus auditorum vel lectorum, malitiose non obsistentium, per verbum divinum praedicatum aut lectum lucem supernaturalem sapientiae accendit.

3) Terminus illuminationis a quo est coecitas intellectus, oppleti tenebris ignorantiae et errorum (Eph. IV, 18). Terminus ad quem est lux salutaris cognitionis. — Ex lege est agnitio peccati. Rom. III, 20. ex evangelio proficiscitur agnitio gloriosae gratiae Dei in retecta facie Jesu Christi. 2 Cor. IV, 6. Quam cognitionem comitatur assensus, quo homo illuminatus cum id omne, quod in verbo Dei patefactum est, tum imprimis evangelium de remissione peccatorum et aeterna salute, per Christum impetranda, pro certo et indubitato habet: qui assensus indubitatus vocatur ἔλεγχος, convictio intellectus. Hbr. XI, 1.

4) Ill. divina formaliter consistit in informatione spiritus s. per verbum divinum lectum aut praedicatum, non tantum externa sed etiam interna, et efficaciter penetrante intimos recessus cordis humani, ut ex eo tenebrae ignorantiae et errorum expellantur, et lumen supernaturalis cognitionis ipsi infundatur. — Gratia illuminatrix vocatur etiam gratia docens; quia spiritus s. illumi-

nando docet omnia ad salutem necessaria Joh. XIV, 26. item gratia ungens ex 1 Joh. II, 20. 27 — apertio oculorum Act. XXVI, 18. quem ad modum enim coecus per apertionem oculorum nancisscitur videndi facultatem; ita peccator, tenebris ignorantiae oppletus, accipit per illuminationem spiritus s. facultatem cognoscendi verum Deum.

5) Primo immediate illuminatur peccatoris ad ecclesiam adducti intellectus (2 Cor. IV, 6. Eph. I, 18); consequenter et mediate etiam illius voluntas. Tit. II, 11. 12. — Gratia Dei salutaris, quae omnibus hominibus, beneficii instar solis, illuxit, intellectum peccatoris erudit, et perfundit luce cognitionis, ut haec lux diffundatur in voluntatem, ad fugiendum impietatem et eligendum sanctimoniam vitae. Unde Paulus Colossensibus optat illuminationem, ut sanctificari queant. Col. I, 20. — Skilnaden mellan Illuminatio och Regeneratio är den: illum. magis intellectum, regeneratio magis voluntatem respicit: illa in informatione e verbo divino de rebus sacris, haec in donatione fidei formaliter consistit. Illius effectus est cognitio mysteriorum divinorum: hujus effectus est fiducia merito Christi innixa. Illa praecedit, haec sequitur. — Men skilnaden mellan Illum. och Sanctif.: Sanctificationem sensu latiori sumtam omnes actus gratiae applicatricis complecti, inter omnes Christianos constat: eadem tamen sensu strictiori accepta, ab illuminatione distinguitur: 1) ratione subjecti partialis; quia per illuminationem proxime et formaliter intellectus, per sanctificationem voluntas perficitur; 2) ratione latitudinis, quia plures homines illuminantur quam sanctificantur; 3) ratione effectus est termini proprii, quia effectus illuminationis est γνῶσις sive cognitio supernaturalis Dei et rerum divinarum Eph. I, 18. 2 Cor. IV, 6. sed sanctificationis effectus est sanctitas et justitia. Eph. IV, 24.

6) Deus benignissimus omnes homines illuminare quidem serio intendit; actu autem illuminantur illi, qui ad ecclesiam vocati et adducti gratiam spiritus s. admittunt, verbumque divinum attente audiunt, legunt et meditantur. — Non est gratia spiritus s. irresistibilis, si quidem peccator, praefracte contumax, supernaturalem illuminationem, objecto velamine, aut obice malitioso, impedire potest. 2 Cor. IV, 3. 4. — At peccatorem morose non obluctantem, spiritus s. per verbum divinum efficaciter illuminat. Ps. CXIX, 130. —

7) Spiritus s. nos non immediate, sed mediante verbo divino illuminat. 2 Ptr. I, 18. 19. Rom. X, 17. Men ganska försigtigt: vis illuminandi, qua praeditum est verbum divinum, non praecise alligata est auditionis, lectionis aut meditationis actibus, sed verbum Dei auditum, lectum, in animum transmissum, eodemque retentum, viribus suis illuminandi semper pollet. Non promisit Deus in verbo suo, velle se ullum hominem per ecstasin illuminare, fidem illius confirmare, praegustumque vitae aeternae ipsi impertiri. Antithesis Platonicorum, Quakerorum, Mysticorum. — Def. på ἔκστασις (Hänryckning): Est rara et extraordinaria operatio, vel Dei, vel phantasiae corruptae, vel diaboli, qua mens hominis alienatur a sensibus corporis, ut horum usu cessante promtior et expeditior sit ad capiendum objectas rerum imagines. Differt a ra-

ptu, quia ecstasis simpliciter notat discessum mentis a sensibus, raptus autem violentiam addit. —

8) Per ministros verbi, publico docendi munere rite perfungentes, spiritus s. animas hominum, ad res sacras caligantium, vere et proprie illuminat. Eph. III, 8. 9. 2 Cor. IV, 6. Act. XXVI, 18. Joh. V, 35. Mtth. V, 14.

9) Ad obtinendam illuminationem spiritualem tria requiruntur adminicula, oratio (Luc. XI, 13. Eph. I, 17. 18) meditatio (Joh. V, 39) tentatio (Ps. CXIX, 71). — Emot Mysticismens och Quietismens falska läror blefwo följande satser uppställde:

I. Illuminatio et regeneratio peccatoris non fit per purgationem sive abstractionem corporis et animae a creaturis et conversionem in se ipsam. Och derwid följande förklaringar:

a) Non improbamus omnem abstractionem animi a rebus peregrinis, et curis saecularibus in actuali verbi usu. piisque meditationibus et precationibus . . . Aversamur eam abstractionem, aut annihilationem, qua mens ab omnibus creaturis atque a donis divinis abstrahitur, et esse suum in Deo perdit.

b) Non reprehendimus omnem resignationem, cum et nostri theologi moderatam piamque resignationem (hängifwenhet) doceant. Illam vero resignationem improbamus, quae notat exspoliationem omnium affectuum, desideriorum et cogitationum.

c) Distinguendum est inter descensum in cor, vel animum commemorativum peccati vel status miseriae et explorativum poenitentiae et fidei atque apprehensivum luminis interni, immediate revelantis. . . Impraesentiarum controvertitur de introversione animi in se ipsum, ad exspectandum et observandum et apprehendendum lumen internum, immediate revelans. —

II. Tantum abest, ut lumen divinum supernaturale cum silentio sit exspectandum, ut potius verbum Dei externum, quod est lumen clarissimum, serio sit praedicandum, sedulo audiendum, frequenter legendum, attenteque pensitandum, juxta atque piae preces, sacris hymnis mistae, in coelum mittendae sint, quo lux salutifera cognitionis in cordibus nostris suboriatur et subinde majora incrementa sumat. Derwid anmärkes:

a) Cum Mystici distinguant inter silentium verborum, cogitationum et desideriorum, nos primum silentium verborum certo approbamus; amant enim meditationes verbi divini intra privatos parietes silentium; at silentium desideriorum et cogitationum improbamus.

b) Veros christianos decet quidem cum silentio conjuncta exspectatio auxilii divini, non autem t a c i t a e x s p e c t a t i o luminis, immediate revelantis.

c) Doctrina de interno animae sabbatho, quatenus notat α) cessationem ab operibus carnis, β) quietem animae in Deo, γ) meditationem beneficiorum divinorum, δ) aeterni sabbathi desiderium et exspectationem, in ecclesiis nostris retinetur et inculcatur. At rejicitur sabbathum internum, quatenus non verborum tantum sed et omnium cogitationum et sensuum silentium notat. —

10) Illuminatio, ratione medii illuminantis, est vel legalis, vel *evangelica*. *Illa* est, quae peccatum, iram Dei, et poenas peccati temporales atque aeternas nobis manifestat (Rom. VII, 7). *Haec* est, quae gratiam Dei, in merito Christi fundatam, justitiam coram Deo valentem, et vitam aeternam nobis revelat (2 Cor. IV, 4). — *Evangelium* illuninat corda hominum, ut agnoscant gloriam Christi, in crucem quidem sublati, in coelum autem evecti, et sedentis ad dextram Dei patris. Declarat ergo et manifestat evangelium misericordiam, sapientiam et justitiam Dei patris, in retecta facie Christi, qui essentialis ejus est imago.

11) *Lex divina*, fulminis instar, habet lucem terrentem, occidentem et condemnantem. Evangelium autem, benefici ritu solis, diffundit lucem exhilarantem et vivificantem. 2 Cor. III, 6—9. Lex pollet viribus illuminandi paedagogice salutaribus. Gal. III, 24. (lex divina nobis ostendit et patefacit tum connatam animae lepram, tum morbos voluntarie contractos, adeoque occasionem nobis praebet ad quaerendum animorum medicum et justitiae salutisque auctorem, Christum). *Ex evangelio* autem oritur illuminatio *complete salutaris* iis hominibus, qui doctrina evangelica ex intentione Dei recte utuntur — (quod dat scientiam salutis, quae est in remissione peccatorum et revelat viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto Luc. I, 77. 78).

12) Ill. ordinaria non absolvitur uno momento, sed per temporum intervalla, per gradus, per actus saepe repetitos, ut homo disponatur ac praeparetur ad majorem subinde veritatis lucem admittendam, adeo ut, si primum illuminationis gradum repellat, alterum ipsi spiritus s. deneget; quippe qui sine primo locum habere nequit. — Not.: Sermo nobis est de illuminatione ordinaria, non de extraordinaria. Quin Deus gratia singulari et extraordinaria, potentiaque absoluta, uno momento plene illuminare possit hominem, ut omnes articulos fidei cognitos habeat, nulli dubitamus: cum nobis constet, quod spiritus s. donum linguarum apostolis uno momento infuderit.

13) Illuminatio respectu hominis, doctrinam coelestem recipientis, est vel *literalis et paedagogica* vel *spiritualis et complete salutaris*. *Illa* est operatio spiritus s., qua is per gratiam suam externae assistentem et praeparantem intellectum hominis irregeniti quidem, ad generationem tamen tendentis, literali credendorum notitia instruit, et assensum evangelii historicum producit, ut ad suscipiendam fidem salvificam magis magisque disponatur. (Joh. I, 9. 2 Ptr. I, 19. Ps. XXV, 8. Eph. III, 9). *Haec* est operatio spiritus s., qua is cor hominis contritum ingrediens et inhabitans, salvificam misericordiae divinae in merito Christi fundatae cognitionem in eodem accendit, assensum evangelii fiducialem producit, eundemque interno suo testimonio confirmat et obsignat.

Quen. uttrycker åtskilnaden så: Ill. *paedagogica*, mere *literalis et externa est*, quando quis veritatis divinae cognitione est instructus, deque ejus certitudine in conscientia sua convictus, nondum tamen cognitam hanc veritatem sigillo spiritus in corde suo obsignatam, aut per gratiosam spiritus s. inhabitationem, con-

firmatam habet: **spiritualis, gratiosa et interna**, quando scilicet quis vere renatus non tantum habet literalem doctrinae evangelicae intelligentiam, sed simul est templum spiritus s., quod ipse gratiose inhabitat, sive quando veritas non modo scitur et agnoscitur, sed simul a spiritus s. in corde gratiose inhabitantis interno testimonio corroboratur et obsignatur.

14) Cum illuminatio supernaturalis est actus gratiae applicatricis successivus; utique imperfecta illuminatio in intellectu hominis esse potest, sine sanctificatione voluntatis. — Antithesis est omnium scriptorum mysticorum, qui viam purgativam illuminativa priorem esse statuunt. —

15) Eo fine paedagogice illuminatur peccator, ut disponatur et praeparetur ad illuminationem spiritualem, quae non tantum illustrat intellectum sed dirigit etiam voluntatem ad amorem Dei et proximi. Quam illuminationem spiritualem si non assequitur peccator convertendus, notitia illius literalis non est sufficiens, non fructuosa, non salutaris, quia ad debitum usum non trahitur, adeoque **finaliter** falsa vocari potest; ideo quod fine vero, a Deo intento, frustratur. — Illum. imperfecta et paedagogica blifwer derföre af många DD. tillskrifwen gratia Dei assistens; illum. perfecta gr. Dei inhabitans. **Perfecta** är således illum. blott då, när **nåden** är inneboende hos menniskan, och hon genom den låter helga sin wilja; men i detta fall sker fortgången ifrån illum. till sanctificatio.

16) Äfwen illum. imperfecta et paedagogica är icke naturalis sed supernaturalis: ideo, quod a) a lumine specialis revelationis proficiscitur, b) per supernaturalem spiritus s. operationem a nobis obtinetur, c) circa mysteria fidei versatur, d) et ad finem spiritualem ordinatur. Non possumus, quin hic sedulo notemus, theologos vere orthodoxos illuminationem nunquam in naturalem et supernaturalem distinxisse. —

§. 46. 3) **Regeneratio et conversio.**

Med deßa uttryck betecknas menniskans werkliga inträdande i nådens rike. De förekomma dock uti den H. Skrift än i en widsträcktare, än i en inskränktare mening, och brukas ofta promiscue. I det förra fallet beskrifwa de hela den benådade syndarens Gudi behagliga tillstånd med alla de sedliga krafter, hwilka nu stå honom till buds, och innefatta således rättfärdiggörelsen och helgelsen. Men i andra fallet, eller då de wäl icke alldeles utesluta hwarandra, men dock icke äro alldeles identiska, beteckna de endast den inre förändring, hwilken föregår med menniskans hela tillstånd, utan att förmågan af ett heligt lif redan derutinnan är inbegripen. De båda begreppen skilja sig endast deruti ifrån hwarandra, att med regeneratio förstås just blott den werkliga tillwaron af det nya andeliga lifwet, såsom det genom den gudomliga Andens werksamhet är hos menniskan skapadt;

men uti conversio ingå tillika de wilkor, hwilka å menniskans sida måste uppfyllas, för att hon skall komma till ett sådant andeligt lif [1]). Då således de båda uttrycken i wiß mening skilja sig ifrån hwarandra, kunna de äfwen serskildt behandlas.

I. **Regeneratio:** est actus gratiae, quo spiritus s. hominem peccatorem salvifica fide donat, ut remissis peccatis filius Dei et haeres aeternae vitae reddatur [2]). (Holl.) Den är således den Guds werksamhet, hwarigenom Han öfwerwinner den andliga blindheten, som finnes hos den naturliga menniskan och den andliga oförmågan att med tro omfatta frälsningens nåd, och skapar hos menniskan förmågan att tro [3]). Således föregår uti regeneratio en förändring med menniskan [4]), som består deri, att i stället för den förra blindheten i andliga ting en andlig kunskap och tro inträder i stället för otron; hwadan detta menniskans så helt annorlunda wordna andliga tillstånd tropiskt betecknas med uttrycket: nya födelse och den sålunda pånyttfödda menniskan: ett nytt kreatur.

Som fortgången af regeneratio äfwen beror utaf menniskans förhållande till den werkan, för hwilken hon är föremål; så inträder denna regeneratio antingen på en gång (med ens), eller smånigom, alltefter som menniskans motstånd är större eller mindre. Det första äger rum hos barnen, hos hwilka den uti dopet werkande H. Ande öfwerwinner det naturliga motståndet; det andra inträffar hos alla uppwuxne, hos hwilka motståndet blott smånigom förswinner [6]). Men alltid är den H. Andes werkan werksam (efficax) på det sätt, att å Guds sida alla de krafter, hwilka menniskan behöfwer till tro och andeligt lif, erbjudas henne beredwilligt samt i fullkomligen tillräckligt mått. Dock werkar denna nåd icke med twång, och är alltså icke irresistibilis, ty deß annammande beror af menniskans fria wilja [7]). Derföre är också regeneratio wäl å Guds sida perfecta, i thy att Gud bemödar sig om att göra regenerationen fullkomlig hos menniskan och skapa henne till ett helt och hållet nytt kreatur; men å menniskans sida är den blott mer eller mindre fullkomlig, alltefter som menniskan låter denna den H. Andas nåd helt och hållet eller blott delwis werka hos sig [8]). Äfwenså är det af menniskans trohet beroende, huruwida hon kommer att ståndaktigt förblifwa uti sitt nya tillstånd af regeneratio, eller falla derutur; och så=

lunda är regeneratio äfwen amissibilis, men tillika genom Guds nåd reiterabilis; ty äfwen för den åter ur nåden fallne står återgången till regenerationens tillstånd alltid öppen, så länge han här på jorden lefwer 9).

II. Conversio. Menniskan kan icke komma till tro och andligt lif på annat sätt, än att Gud omwänder henne ifrån syndens wäg till sig, och således är conversio actus ille gratiae, quo spiritus s. peccatorem convertere, et peccator converti dicitur 10). (Holl.)

Conversio är derföre ett Guds werk, så till wida som menniskan alldeles icke kan komma till omwändelse utan Guds werkande nåd. Men för så widt denna omwändelse hos menskan icke kan äga rum utan en andelig rörelse hos henne, hwilken är betingad af hennes egen wilja; så kan äfwen efter ett annat betraktelsesätt conversio anses såsom utgående ifrån menniskan. På grund häraf skiljes mellan conversio in sensu transitivo och intransitivo 11). I den sednare bemärkelsen är den identisk med poenitentia, animi motus, per gratiam spiritus s. convertentem et regenerantem excitatus, quo homo peccator agnita ex lege divina peccata sua serio cum dolore detestatur, simul vero satisfactionem et meritum mediatoris Christi eoque partam misericordiam Dei, in evangelio promissam, vera fide apprehendit, sibique applicat, ut impetrata gratuita peccatorum remissione aeternum salvus fiat. (Holl.)

Närmare betraktad föregår conversio på följande sätt: Som den icke-pånyttfödda och oomwända menniskan allt ifrån födelsen står under syndens wälde, och hennes syndalusta oförsynt yttrar sig i werksynder, så går nådens första werkan ut derpå, att wända menniskan ifrån detta syndatillstånd; men alldenstund denna afwändelse från synden måste yttra sig i sann ånger och sorg öfwer de begångna synderna och i åstundan att warda befriad ifrån syndens dittills öfwade herrawälde, så åstadkommer den gudomliga nåden först och främst contritio (serium et sanctum dolorem cordis, quo peccator agnita ex lege divina peccata sua detestatur) 12). Den gudomliga nådens andra werkan är att wända menniskan till Gud; men som denna hängifning (omwändelse) till Gud är gifwen i och med detsamma menniskan tagit sin tillflykt till Christi förtjenst — hwilken öfwerskyler och afplanar hennes många synder — samt i tron tillegnat sig syndernas förlåtelse, så åstadkommer den

gudomliga nåden för det andra denna Tro hos menniskan [13]); så att conversio, hwilken begynner med contritio, således fulländar sig i fides. Den första werkas genom Lagens, den andra genom Evangelii predikan [14]). Af det sagda följer således redan, att conversio liksom regeneratio icke på en gång, utan genom särskilda acter af den ena och samma nåden, kommer till stånd. Denna nåd warder derföre olika benämnd, alltefter som hon werkar omwändelsens början eller fortgång hos menniskan, och alltestersom hon werkar med eller utan menniskans åtgörande [15]). Så förhåller sig menniskan wid omwändelsens början helt och hållet paßiv; men under den widare fortgången så till wida sjelfständig, som de genom nåden werkade krafterna derwid måste wara werksamma [16]). Men emedan deßa krafter just äro af nåden werkade, är conversio dock att betrakta såsom allenast af nåden åstadkommen [17]). Ändtligen gäller ock detsamma om conversio, som om regeneratio, att den wäl är efficax, men icke irresistibilis; och om båda att causa impulsiva interna är misericordia Dei, men att causa impulsiva externa s. meritoria är meritum Christi.

1) Ifrån denna skilnad mellan regeneratio och conversio, afwiker endast Holl., hwilken, afhandlande först conversio och derpå regeneratio, skiljer så emellan dem båda, att forma conversionis strictissime sumtae består uti excitatio contritionis; forma regenerationis uti donatio fidei. Sicut alius actus gratiae applicatricis est, quo Deus contritionem operatur, alius actus gratiae, quo peccatori contrito fiduciam donat, merito Christi innixam: ita prior actus conversio (strictissime sumta), posterior actus regeneratio commode appellatur. . . Contritio est effectus gratiae convertentis, fides est effectus gratiae regenerantis. Poenitentia, ὁλικῶς sumta, est effectus utriusque actus gratiae, scil. conversionis et regenerationis, ad unum ἀποτέλεσμα producendum confluentis. — Derigenom synes wißerligen det ena begreppet bestämdt mera skiljdt ifrån det andra, dock kan äfwen Holl. sjelf under fullföljden icke fasthålla denna skilnad, utan han måste redan räkna fides med till conversio. Alla öfriga DD. följa ordningen i texten, och dermed, att de särskildt behandla båda begreppen, wilja de framhålla mera de twå sidorna af ett och samma begrepp, än strängt skilja dem från hwarandra. Wanligen uppgifwes blott det såsom skilnad: Differunt haec duo: 1) ratione subjectorum, regeneratio enim adultorum et infantum, conversio vero adultorum saltem est, quum infantes non dicantur proprie converti; 2) ratione mediorum: regeneratio fit per verbum et sacramenta, conversio per verbum solum. —

2) Br. Reg. est actio Dei, qua Deus hominem, viribus spiritualibus carentem, sed contumaciter non repugnantem ex mera gratia propter Christum, per verbum et baptismum, ex parte intellectus

et

et voluntatis viribus spiritualibus ad credendum in Christum vitamque adeo spiritualem inchoandam donat aut eas in ipso producit, justificationis renovat. et salutis aeternae consequendae causa. Detta är regen. in sensu strictiori, såsom den i Gal. II, 20. Joh. I, 13. 1 Joh. V, 1 beskrifwes. Derifrån bör man skilja regen. i widsträcktare mening: Quen. Late accipitur pro restitutione vitae spiritualis in genere. . . . Atque hac ratione regeneratio etiam justificationem subsequentem renovationem sub se comprehendit, quo sensu vocabulum reg. usurpavit etiam Form. conc. III, 19. Stricte accipitur vel pro remissione peccatorum seu justificatione Gal. III, 11. in quo usu saepe multumque in Apol. conf. poni Form. conc. dicit vel pro renovatione, quomodo a Luthero passim sumi ibidem ostenditur. Form. conc. III, 19 sqq.: Vocabulum regenerationis interdum in eo sensu accipitur, ut simul et remissionem peccatorum et subsequentem renovationem complectatur, quam spiritus s. in illis, qui per fidem justificati sunt, operatur, quandoque etiam solam remissionem peccatorum et adoptionem in filios Dei significat. Et in hoc posteriore usu saepe multumque id vocabulum in apologia confessionis ponitur. Verbi gratia, cum dicitur: justificatio est regeneratio. Sed et Paulus haec vocabula cum discrimine ponit (Tit. III, 5). . Quin etiam vivificationis vocabulum interdum ita accipitur, ut remissionem peccatorum notet. Cum enim homo per fidem justificatur, id ipsum re vera est quaedam regeneratio, quia ex filio irae fit filius Dei et hoc modo e morte in vitam transfertur. Deinde etiam regeneratio saepe pro sanctificatione et renovatione (quae fidei justificationem sequitur) usurpatur.

3) Derföre säger Quen.: Terminus a quo in genere est mors peccati, non tamen ὁλικῶς sumta, prout praeter privationem virium credendi, etiam carentiam virium sancte vivendi, una cum dominio et reatu peccati importat; sed μερικῶς spectata, in quantum dicit absentiam virium objectum justificum salutariter agnoscendi et amplectendi. In specie ex parte intellectus terminus a quo est ingens illa coecitas et ἀδυναμία omnimoda, ad salutariter agnoscendum objectum salvificum Eph. V, 8. Joh. I, 15. 1 Cor. II, 14. Ex parte voluntatis par impotentia amplectendi salutariter oblatum in evangelio bonum. Rom. VIII, 7. — Terminus ad quem generatim loquendo est vita spiritualis, non totaliter spectata, prout praeter adeptionem virium credendi, immunitatem a dominio et reatu peccati includit; sed partialiter sumta, in quantum collatas vires supernaturales ad credendum notat. In specie ex parte intellectus est tum spiritualis mentis capacitas, ad salutariter agnoscendum objectum salvificum 2 Cor. IV, 4. 6: tum actualis et salvifica ejusdem agnitio: ex parte voluntatis cordis in bono agnito recumbentia fiducialis. Rom. VII, 11. — Hollaz anmärker dessutom: In praesenti nobis potissimum sermo est de regenerando intellectu et voluntate peccatorum adultorum: infantum regeneratio intellectu aliquanto difficilior est. Quin tamen intellectus infantum in regeneratione per baptismum a spiritu s. imbuatur notitia Dei salutari et voluntas eorum donetur fiducia in Christo, nulli dubitamus. Acquiescimus hic in judicio Chemnitii in exam. conc. Trid.: "Licet nec satis intelligamus, nec verbis explicare possimus, qualis sit illa spiritus s. actio et operatio in in-

fantibus, qui baptizantur: esse tamen et fieri ex verbo Dei, certum est. Illam autem actionem seu operationem spiritus s. in infantulis vocamus fidem et dicimus, parvulos credere. Illud enim medium seu organon, quo regnum Dei, quod in verbo et sacramentis offertur, accipitur, scriptura vocat fidem et credentes dicit accipere regnum Dei. Et quidem Mrc. X, 15 Christus affirmat, adultos ita accipere regnum Dei, sicut parvuli illud accipiunt. Forma regenerationis består således in spiritualis vitae donatione h. e. in virium credendi fideique salvificae largitione sive in mentis nostrae illuminatione et fiduciae in corde nostra excitatione, eller såsom andra uttrycka sig: in ipsa fidei donatione.

4) Denna mutatio spiritualis är icke substantialis (neque enim alia intellectus et voluntatis substantia introducitur per regenerationem, deleta et extincta praeexistente naturali substantia) utan en accidentalis (qua novae qualitates introducuntur in intellectum et voluntatem hominis; non tantum praeexistentes illustrantur et excitantur.) Quen. Quemadmodum in resuscitatione corporis eadem numero caro, quam hic gestavimus, reproducetur, instructa aliis qualitatibus; ita in regeneratione eadem substantia naturalis nostri corporis manet, mutatis saltem qualitatibus. Regeneratio naturam non abolet sed perficit, ac dirigit, nec eam mutat ut natura esse desinat. Antitheser äro a) Fanatikernas mening, qui statuunt: per regenerationem aboleri corporis substantiam ac manente anima eadem dari corpus novum, essentialiter a priore differens. . b) Flacianorum, statuentium, Deum in regeneratione et conversione novum cor atque adeo novum hominem ita creare, ut veteris Adami substantia et essentia, imprimis vero anima rationalis, penitus aboleatur et nova animae essentia ex nihilo creetur (Quen.).

5) Quen. "Novus homo" et "nova creatura" 2 Cor. V, 17. Gal. VI, 15. ob novas vires spirituales in regeneratione et renovatione collatas, quibus reparatur imago Dei, consistens in agnitione Dei Col. III, 10. in justitia et sanctitate veritatis Eph. IV, 24. Liktydande uttryck äro: vivificatio Eph. II, 5. resuscitatio Eph. II, 6. Men wäl bör det märkas, att alla dessa uttryck blott brukas i tropisk mening, hwilket med eftertryck förehålles Mystikerna. Så af Holl.: Proprie loquendo neque Christus in nobis nascitur, neque novus in nobis est homo, neque beneficio regenerationis fit caro de carne nostra. —

6) Holl. Regeneratio infantum est momentanea, sed ordinaria hominum adultorum regeneratio est successiva. — In infantibus non datur repugnantia affectata et morosa; naturalem vero eorundem resistentiam gratia spiritus s., baptismo conjuncta, frangit et cohibet ne regenerationem impediat: quamobrem eorum renascentia uno momento absolvitur. — Adulto regenerando multi sunt scrupuli, qui adhibita cura evellendi sunt, isque illuminandus et informandus est e verbo divino longiori temporis tractu, donec plena fides in animo ejus accendatur.

Quen. Reg. successiva, non semper momentanea sed gradualis et crescens et licet illa ζωοποίησις fiat eo momento, quo fides in nobis accenditur, et Christus, verus justitiae sol, in cor-

dibus nostris oritur, illa tamen vita spiritualis successivis actibus sese exserit. Br. Nec obstat nomen regenerationis, cujus vis et significatio ex analogia generationis sit aestimanda, haec autem fiat in instanti: neque enim similitudo ista ultra suum terminum est extendenda. . . Qui autem regenerationem in instanti fieri dixerunt, illi vel justificationem vel collationem initiorum fidei quoad primam cogitationem sanctum et pium desiderium intellexisse videntur.

7) Holl. Reg. est actio spiritus s. efficax et sufficiens ad producendam fidem, sed non est irresistibilis (Act. XVIII, 5. 6). Quen. Gratia Dei regenerans in se semper est efficax, licet sese non semper exserat actu secundo ob repugnantiam subjecti regenerandi. Est efficacia ordinata et mediata, mediantibus scil. verbo et sacramentis se exserens, non physica, qualis est in pharmaco, sed hyperphysica, per physicas tamen actiones, illuminationem, generationem, seminis sationem, irrigationem etc. in scripturis exposita. —

8) Quen. Regeneratio ex parte Dei regenerantis est perfecta et tam non recipit majus et minus, quam ipsa carnalis generatio; ex parte vero hominum recipientium est imperfecta (quia peccator influxum spiritus s. non perfecte recipit), quia malum morale illis semper adjacet, Rom. VII, 12, quia peccatum in illis adhuc habitat, v. 17. 18. et quia fides in illis augeri et crescere potest. —

9) Holl. Peccatis deliberato proposito admissis, et conscientiam vastantibus, gratia regenerationis admittitur (1 Tim. I, 19). Men: amissa regeneratio a peccatore poenitente recuperari potest. Gal. IV, 19. — Homines renati, gratia Dei conservante adjuti, sollicite sibi cavent, ne, repetito peccato malitioso, conscientiam suam laedant: quod si tamen a machinis diaboli, illecebris mundi carnisque suggestionibus superati, ter, quater aut pluries in peccatum mortiferum prolabantur, de gratia Dei convertente et regenerante minime dubitant. (Exempla in Exod. IV, 24, Num. XX, 12. Ex. XXXII. Num. XII, 1. 2. XX, 12. 2 Sam. XI, 4. 15. 2 Sam. XXIV, 1. cf. 1 Chron. XXI, 8.) —

10) Quen. Conversio est actio gratiae spiritus s. applicatricis, qua is una cum patre et filio ex pura puta gratia, in Christi merito fundata, per verbum divinum praedicatum, hominem adultum spiritualiter mortuum ex statu peccati in statum fidei, successive quoad actus praeparatorios, in instanti vero, quoad ultimum actum, vi quidem supernaturali et divina sed resistibili transfert, ut poenitentiam agens per fidem remissionem peccatorum consequatur et salutis aeternae fiat particeps. — Här skiljer man mellan conversio late et stricte dicta. Quen. Conv. accipitur vel late, prout non tantum aliquam translationem ex peccati statu in statum fidei, sed etiam justificationem ac renovationem, nec non hujus continuationem ambitu suo complectitur. Act. XXVI, 20. (Så Form. conc. II, 70. Hoc certissimum est, in vera conversione immutationem, renovationem et motum fieri oportere in hominis intellectu, voluntate et corde, ut nimirum hominis mens peccata agnoscat, iram Dei metuat, a peccato sese avertat, promissionem gratiae in

Christo agnoscat et apprehendat, pias cogitationes animo agitet, bonum propositum habeat, atque diligentiam in moribus suis regendis adhibeat et contra carnem pugnet. Men härwid anmärker Holl.: Abstinent ab hoc latiori conversionis significatu plerique theologi, cum ex eodem incautis mentibus facile confusio et error obrepere queat, si quidem sic una voce distincti actus gratiae conjunguntur.) vel stricte, prout justificationi et renovationi contradistinguitur et haec acceptio est hujus loci.

Holl. gör äfwen skilnad mellan: conversio in sensu speciali sumta: actus gratiae, quo spiritus s. in homine peccatore serium de peccatis dolorem verbo legis excitat, verbo evangelii autem veram in Christo fidem accendit, ut remissionem peccatorum aeternamque salutem consequatur. Och (enligt det in loc. de regener. not. 1. sagda) conversio in sensu specialissimo: actus gratiae, quo spiritus s. voluntatem et cor hominis peccatoris in medio peccati statu inhibet, frangitque ac conterit, ut cum dolore animi peccata detestetur atque adeo praeparetur ad salvificam in Christum fidem concipiendam.

11) Br. Conversionis vox in scripturis dupliciter accipitur: quatenus nunc Deus hominem, nunc homo se ipsum convertere dicitur, etsi quoad rem una et eadem sit actio. Den förra kallas conversio transitiva, eo quod non ipso agente Deo terminatur, sed ab ipso in aliud subjectum, nempe in hominem peccatorem transit, och man skiljer mellan activa, quatenus a Deo procedit, och passiva, quatenus ab homine recipitur. Jer. XXX, 18. (Holl.). Den andra kallas conversio intransitiva. Br. Quamvis enim actus, per quos homo se ipsum convertere dicitur, a spiritu s. efficienter pendeant; quia tamen sunt actus intellectus et voluntatis, nec a potentiis, quarum actus sunt, in aliud subjectum transeunt, sed in illis ipsis terminantur; hoc respectu in immanentium seu intransitivorum actuum censum veniunt.

Holl. Conv. intransitiva est terminus et effectus conversionis transitivae estque ipsa poenitentia, qua peccator per vires a gratia convertente collatas et passive receptas, se ipsum convertere dicitur. De conversione intransitiva Act. III, 19. Quam ob rem peccator, poenitentiam agendo, se convertit viribus non nativis sed dativis. Holl. tillägger ytterligare: Cum impraesentiarum versemur in actibus divinae gratiae applicatricis evolvendis, ex facili patet, nos hic nondum ex professo considerare intransitivam peccatoris conversionem seu ipsius resipiscentiam.

12) Holl. Terminus a quo sunt peccata, cum actualia, quatenus, postquam admissa sunt, moraliter manent velut rata, aut non retractata: tum habitualia, quatenus non solum important carentiam perfectionis habitualis, inesse debitae, sed etiam propensionem ad omnia mala, quae peccatorum actualium fons et causa est. — Br. Ad id, ut peccata actualia per conversionem aboleantur, requiritur primum, ut retractentur a peccatore et ut in intellectu quidem agnoscantur, non solum judicio speculativo, quod revera sint peccata, verum etiam practico, quod in abolitionem peccatorum incumbere et de modo ac mediis, quibus aboleantur, dispicere oporteat: ex parte voluntatis requiritur displicentia

peccatorum eaque efficax seu detestatio cum dolore conjuncta. — Ad abolenda peccata habitualia tendit conversio per actus eosdem, per quos ad actualia peccata abolenda tendit: ita tamen, ut illa non solum moraliter sed et physice ac realiter, si non penitus, saltem secundum quid et ratione dominii aboleri aut expelli debeant. Men Quen. bestämdare: Terminus a quo in genere est status peccati Eph. II, 1 sq. et quidem non totaliter spectatus, prout etiam reatum et dominium peccati includit. Sed partialiter sumtus, in quantum dicit virium redeundi per poenitentiam ad Deum carentiam, cum pravitate opposita conjunctam. — Grh. Complectitur contritio 1) veram peccati agnitionem; 2) sensum irae divinae adversus peccata; 3) conscientiae angores et pavores; 4) veram coram Deo humiliationem; 5) ingenuam peccati confessionem; 6) serium peccati odium et detestationem. Observandum vero hoc loco: 1) quamvis vera contritio in omni vera ac salutari poenitentia requiratur, esse tamen contritionis gradus, cum non sint pares in omnibus terrores atque angores sed in quibusdam majores, in quibusdam vero minores; 2) promissionem de remissione peccatorum non niti dignitate ac quantitate nostrae contritionis sed unice Christi merito . . 3) peccati agnitionem nunquam ad illam perfectionem adsurgere, ut omnium in specie peccatorum notitiam complectatur. —

13) Br. Requiritur ut in peccata actualia etiam quoad offensam Dei et obligationem peccantium ad satisfaciendum Deo abolenda tendat animus: quod quidem non aliter fit quam per fidem in Christum mediatorem, ejusque meritum et satisfactionem pro peccatis nostris; quam cum apprehendit fides, simul tendit in Deum, qui, licet peccatis nostris offensus, tamen amore et gratia sua nos complexus, et nunc per satisfactionem Christi plane reconciliatus sit. — Terminus ad quem est fides in Christum, qua Deo peccatis offenso homo peccator reconciliatur. Holl. Terminus ad quem proximus est contritio: remotus est fides in Christum. Hwartill ytterligare anmärkes: Contritio non est medium positivum aut causale accendendae fidei, sed est tantum medium privativum, quo removentur incapacitas subjecti et obstacula, quae alias impedirent accensionem fidei. Est itaque fides in Christum terminus conversionis ad quem remotus, ideoque spiritus s., per legem contritionem operando, intendit cor peccatoris disponere ad accendendam in ipso per verbum evangelii fidem salvificam. Cum autem remotum appello, nolim aliquis existimet, fidem a contritione longius removendam aut subjungendam esse: arctissimo quippe nexu contritio cum fide in concionibus Christi copulatur (Mr. I, 15. Act. II, 38. 2 Cor. VII, 10): verum hoc ipso saltem indigitatur, non per conversionem ex lege, sed aliunde per regenerationem ex evangelio lucem fidei oriri. (1 Ptr. I, 23. Jac. I, 18).

14) Ap. conf. V, 28. Nos . . . constituimus duas partes poenitentiae, videl. contritionem et fidem. — Grh. Quot sunt summa doctrinae coelestis genera, quorum ministerio spiritus s. veram ac salutarem poenitentiam praedicat, et eandem in cordibus hominum operatur, tot sunt essentiales poenitentiae partes. Jam vero duo sunt summa doctrinae coelestis genera, per quae spiritus s. poenitentiam praedicat et operatur, videl. lex et evangelium. . . Ergo etiam duae sunt essentiales poenitentiae partes. Connexio majoris

manifesta est, quia quaelibet istarum doctrinarum peculiarem ac proprium suum in homine convertendo effectum obtinet, qui duo effectus, licet inter se distincti sint, tamen ad unum commune ἀποτέλεσμα poenitentiae constituendum συνημμένως concurrunt. Lex incutit dolorem, dum peccati atrocitatem et iram Dei adversus illud manifestat et hominem propter transgressionem accusat. Evangelium homini territo ac contrito proponit mediatorem Christum, in ara crucis pro peccatis nostris mortuum.

Apol. conf. tillägger: (V, 28): Si quis volet addere, tertiam (partem) videl. dignos fructus poenitentiae h. e. mutationem totius vitae ac morum in melius, non refragabimur, och Mel. Dico, partes esse contritionem et fidem; has necessario sequi debet nova obedientia, quam si quis vult nominare tertiam partem, non repugno. Af Grh. äfwen den noggrannare bestämningen: Quod proprie et accurate loquendo bona opera partem poenitentiae non constituant. Holl. Nova obedientia non est pars sed effectus poenitentiae. Men: Nova obedientia indivulso nexu poenitentiam sequitur, et ab ea re in agonizantibus quidem separari potest. — Med hänseende till Catholikernas skilnad mellan contritio och attritio säger dessutom Apol. conf. (V, 29): De contritione praecidimus illas otiosas et infinitas disputationes, quando ex dilectione Dei, quando ex timore poenae doleamus.

Af de sednare DD. blifwa conversionens båda delar, contritio och fides i den wanliga först efter läran om Sacramenten följande artikeln de poenitentia, såsom conversio intransitiva, närmare afhandlade. Då innehållet är lika, och skilnaden blott den, att conversio transitiva betraktes såsom den af Gud utgående werkan, och poenitentia s. conversio intransitiva såsom den, i följd af denna werkan inre, inom menniskan föregående rörelse; så sammandraga wi dem båda uti en artikel, likasom äfwen de symb. böckerna och de äldre DD. blott på ett ställe handla om denna lära, neml. under titeln: de poenitentia. — Contritio definieras af de sednare DD. såsom: actus poenitentialis prior, quo homo peccator legis fulmine perculsus et irae divinae sensu percitus ob admissa peccata secundum Deum tristatur et expavescit, illaque serio detestatur. Ps. LI, 5. Jer. III, 13. Ps. VI, 1. XXXVIII, 2. 4. 5. 7. Och fides såsom: actus poenitentialis alter, quo peccator contritus conscientiae suae vulneribus, ex vulneribus Jesu Christi in evangelio ostensis, fiduciali eorundem ad se in individuo facta appropriatione medicinam quaerit. — Såsom requisita verae contritionis uppgifwas af Holl.: antecedenter agnitio peccati, non tantum theoretica sed etiam practica. Formaliter eam constituit efficax displicentia seu detestatio peccatorum cum serio dolore conjuncta. Indicia verae contritionis äro: 1) interna: a) abrogatio mali propositi et omissio peccati proaeretici; b) desiderium legale et paedagogicum medici probatissimi, s. liberatoris benignissimi et potentissimi. Act. VIII, 37; 2) externa (probabilia sed non infallibilia), quae deprehenduntur in peccatoris ore (confessio peccatorum, quae vel est totius ecclesiae, quippe quae tum ordinarie in publicis precibus, tum extraordinarie in publicis calamitatibus peccata sua confitetur; vel hominis privati, qui sua peccata confitetur coram Deo (Ps. LI, 6, af Luther confessio fidei kallad) coram ecclesia (Joh. VII, 19. olim ἐξομολόγησις dicta)

coram ecclesiae ministro Mtth. III, 6. coram proximo (Jac. V, 16. confessio caritatis); in facie et externo habitu (lacrymae, cilicium et saccus, cineris aspersio, percussio pectoris et femoris, scissio vestium, humicubatio squalida); in opere ipso (jejunium et satisfactio, quae praestatur proximo laeso vel ecclesiae publico scandalo offensae). Om confessio säges: confessio peccatorum privata coram sacerdote ad remissionem peccatorum obtinendam jure divino non est necessaria, nec omnium ac singulorum delictorum cum circumstantiis suis speciem peccati mutantibus, aut peccatum aggravantibus enumeratio, et in aures sacerdotis denunciatio necessaria est nec possibilis. — Men om satisfactio, hwilken, såsom sådan, Catholikerna kalla orationem, jejunium et eleemosynas och om hwilken de säga, att den är persolutio poenae plerumque adhuc debitae, remissa jam culpa, gäller det: Post remissam culpam nulla poena proprie dicta, peccatoribus conversis et justificatis imminet, manet tamen interdum paterna castigatio et afflictio medicinalis. Om deßa båda jfr. Apol. conf. art. VI de confessione et satisfactione.

15) Br. Operatio autem illa Dei, qua conversionem in homine per verbum legis et evangelii operatur, gratiae nomine appellari solet. Denna en och samma gratia åtskiljes wanligen såsom gratia praeveniens, operans et cooperans; men äfwen härwid äro icke begreppbestämningarne alltid lika. Br. Gr. praeveniente intelligitur inspiratio primae cogitationis sanctae et pii desiderii a Deo. Dicitur gratia haec praeveniens, quod prior sit nostro libero consensu, seu quod ita praeveniatur hominis convertendi arbitrium. Gr. operans vocatur, quae initium conversionis proxime sequitur et ad ejus continuationem spectat; per quam fit, ut homo conatu quodam, quamvis languido, jam ad Christum mediatorem ac promissiones de gratuita remissiones peccatorum propter Christum tendat, et contra dubitationes luctetur. Juxta alios vero operans gr. ipsa quoque ad initium conversionis refertur, et cum gratia praeveniente atque excitante quoad rem coincidit, diciturque operans, quod sine nobis aut sine nostro libero consensu in nobis operatur. Gr. cooperans appellatur operatio illa, quae intellectum promissionibus gratiae jam quodammodo assentientem, et voluntatem in Christo confidentem adjuvat et confortat, seu corroborat, adeoque cum voluntate, jam per acceptas ante, utut debiles, vires concurrente, operatur. Aliis tamen cooperans gratia dicitur, qua Deus cum homine jam converso concurrit, vires collatas conservando, augendo et ne deficiat a fide, adjuvando (i hwilket fall gratia cooperans mer wid helgelsen kommer i fråga). — Quen. och andra indela gratia uti assistens, quae extrinsecus circa hominem agit och gr. inhabitans, quae ipsum hominis cor ingreditur, illudque spiritualiter immutando inhabitat. Till den förra hörer: gr. incipiens s. praeveniens, gr. excitans, gr. operans, och gr. perficiens; af deßa werka de 4 första såsom actus praeparatorii; men genom den sista blifwer den werkliga omwändelsen fullbordad; gratia inhabitans infinner sig först efter omwändelsen uti helgelsen. Gratia Dei agit ante conversionem, in conversione et post conversionem. Ista dicitur praeveniens, praeparans et excitans, illa operans et perficiens, in prima significatione, haec cooperans, adjuvans et perficiens in secunda significatione. Gratia autem operans et perficiens ipsam conversionem, mediante verbo 1) producit peccati agnitionem, quae

primus gradus est conversionis; 2) cordis compunctionem, ut peccata commissa detestetur et de illis doleat; 3) ipsum fidei actum et in Christum fiduciam ut scil. in Christum credat, ejusque meritum vera fide amplectatur, quem fidei actum immediate sequitur ipsa e statu irae in statum gratiae translatio, quae est ultimus conversionis actus, fitque in instanti seu momento, cum fieri non possit, ut homo sit in statu irae et gratiae, sub morte et vita. —

16) Br. Homo in initio conversionis mere passive se habere recte dicitur (cf. Form. conc. II, 89): licet in progressu conversionis per acceptas jam ante novas vires, active se habeat. Den första satsen uttalar Quen. ännu fullständigare så: Sive conversio late sumatur, prout includit actus praeparatorios, et sic ad quemvis actum vel gradum homo se mere passive habet; sive stricte, pro ipsa translatione ex statu irae in statum gratiae, quae in momento fit per ipsam fidei salvificae donationem, utique et hic solus Deus agit, homine, ut subjecto patiente, huic actioni divinae substrato. Han anmärker dock: Disting. inter capacitatem activam et passivam. Negamus hominem participem fieri posse conversionis et gratiae Dei ex sua propria naturali et activa vi aut efficaci habilitate, aptitudine aut capacitate, asserimus vero esse in homine capacitatem passivam, quae lapidi aut trunco adscribi minime potest, praeditus enim est homo non renatus mente et voluntate, atque sic in eo deprehenditur subjectum praeexistens, in quo divini spiritus virtute illuminatio et conversio perfici queat. . . Wid Br's andra sats anmärker Form. conf. II, 65 . . . consequitur, quam primum spiritus s. per verbum et sacramenta opus suum regenerationis in nobis inchoavit, quod revera tunc per virtutem spiritus s. cooperari possimus ac debeamus, quamvis multa adhuc infirmitas concurrit. Hoc vero ipsum quod cooperamur, non ex nostris carnalibus et naturalibus viribus est, sed ex novis illis viribus et donis, quae spiritus s. in conversione in nobis inchoavit.

Orsaken till desza närmare bestämningar gåfwo Synergismens påståenden, hwilka Form. conc. (II, 77) så framställer: Fingunt, hominem in rebus spiritualibus non prorsus ad bonum esse emortuum, sed tantum graviter vulneratum et semimortuum esse. Et quamvis liberum arbitrium infirmius sit, quam ut initium facere et se ipsum propriis viribus ad Deum convertere et legi Dei toto corde obedire possit; tamen si spiritus s. initium faciat, et nos per evangelion vocet, gratiam suam, remissionem peccatorum et aeternam salutem nobis offerat, tunc liberum arbitrium propriis suis naturalibus viribus Deo concurrere, aliquo modo, (aliquid saltem etsi parum et languide) ad conversionem suam conferre, eam adjuvare, cooperari, sese ad gratiam praeparare et applicare, eam apprehendere, amplecti, evangelio credere, et quidem in continuatione et conservatione hujus operis, propriis suis viribus, una cum spiritu s. cooperari posse. — Vict. Strigel: Tres esse causas efficientes conversionis, Deum, verbum et voluntatem humanam. Deremot Form. conc. (II, 7): Credimus, quod . . homo ad bonum prorsus corruptus et mortuus sit, ita ut in hominis natura, post lapsum ante regenerationem, ne scintillula quidem spiritualium virium reliqua manserit, aut restet, quibus ille ex se ad gratiam Dei praeparare se aut oblatam gratiam apprehendere aut ejus gratiae

(ex sese et per se) capax esse possit, aut se ad gratiam applicare aut accommodare aut viribus suis propriis aliquid ad conversionem suam, vel ex toto vel ex dimidia vel minima parte conferre, agere, operari aut cooperari (ex se ipso tanquam ex se ipso) possit. — I följd deraf har menniskan blott förmågan, att kunna motstå nåden, emedan denna icke är oemotståndlig. Om nådens förhållande till menniskans frihet. Quen. Concedimus, hominem, primo motu a gratia praevenienti excitato, per praedicationem verbi ita tangi, ut praesentiam Dei non possit subterfugere et instinctum aliquem percipere; inde tamen non sequitur, nec verum est: si primus motus gratiae praevenientis est inevitabilis, est etiam inevitabilis ejus eventus, seu ipsa conversio et sic convertimur irresistibiliter. Nam licet homo non possit impedire, ne primus motus oriatur, habet tamen in ipso primo motu libertatem resistendi, habet etiam in secundo et ultimo (licet non indifferenter i. e. aequaliter, ad convertendum, et non convertendum, semper enim facultas hominis jam moti a gratia praeveniente, magis propendit ad hoc, quam ad illud) et potest per morosam voluntatem gratiae praevenienti obicem ponere, eam excutere et resistendo ipsam sui conversionem impedire. — Och Holl. Cum homo in peccatis mortuus jacet, et secure in diem vivit, de conversione sui nequicquam cogitans, praevenit eundem benignissimus Deus, et mediante verbo, sive audito, sive lecto, ac intra mentem retento, subinde bonos in eo motus suscitat, quos inevitabiles Theologi appellant, quia eorum praesentia et sensus evitari nequit: qui etiam quodammodo irresistibiles dici possunt, ratione originis et sensus, cum eorundem suscitationi per verbum, ac sensui neutiquam, sed tantum consensui opponere se homo peccator possit. Primi motus, inquit J. Musaeus, dici possunt irresistibiles, quatenus nostram deliberationem antevertunt, ut in nostra potestate non sit impedire, ne oriantur, quamvis, postquam exorti sunt, resisti iis, et ne radices agant, impediri, vel plane suffocari possint. —

17) Br. Homo per vires suas naturales nihil quidquam active confert, aut conferre potest ad sui conversionem intrinsece inchoandam aut perficiendam, seu ad actus spirituales exercendos: licet quoad externum mediorum usum actus aliquos intellectus et voluntatis convenienter exercere possit. Quen. Hominis conversio est solius gratiae divinae operantis actio, et perficitur per eandem infinitam potentiam, per quam Deus ex nihilo aliquid creat et ex mortuis resuscitat, et quidem fit mediante verbo, quod vim illam supernaturalem et divinam inditam habet, et in conversione hominis exerit. Eph. I, 17. 19. Phil. II, 13. Joh. XV, 4. 5. Col. I, 12. 13. II, 12. 13. Men: Verbum Dei in conversione hominis non agit per nudas suasiones morales, haec enim suasio moralis praesupponit vires liberi arbitrii, quae in conversione nullae sunt. —

§. 47. 4) Unio mystica.

Den H. Skrift säger om den troende, att Gud bor i honom, och antyder dermed en Guds synnerliga förening med honom; denna förening kallas i Dogmatiken: unio my-

stica. Denna inträder i det ögonblick, då menniskan warder rättfärdiggjord och pånyttfödd; så att, då med justificatio syndernas förlåtelse, med regeneratio förmåga af tro är gifwen; så warder i unio mystica den omedelbara werkan i deßa båda Guds nådeacter beskrifwen, hwilken består deri, att Gud på ett synnerligt sätt gör sig en boning hos de sålunda rättfärdiggjorda eller pånyttfödda [1]). Med denna unio mystica har man derföre welat uttala någonting mera, än blott en den menskliga wiljans öfwerensstämmelse med den gudomliga, eller en blott förening mellan dem båda i kärleken, eller en blott inwerkan eller ett meddelande af andliga gåfwor å den H. Andes sida [2]). Bibelställen, såsom Joh. XIV, 23. 1 Cor. VI, 15. 17. Eph. V, 30. 2 Ptr. I, 4. Gal. III, 27. II, 19. 20. bewisa fastmera, att denna förening icke bör förstås såsom blott metaphorisk, utan såsom egentlig och werklig; så att densamma icke kan annorlunda uppfattas, än såsom en förening af Guds substans med menniskans substans, i följd hwaraf Gud utgjuter fullheten af sina nådegåfwor öfwer de pånyttfödda [3]). Den måste således noga skiljas ifrån det Guds inneboende, hwilket är antydt i Act. XVII, 28. Ty om ock på detta ställe en Guds substantiella förening med menniskorna är uttaladt; så måste dock denna wara af annan art, än den förra, alldenstund den ena äger rum hos alla kreatur, men den andra blott hos de troende; hwadan denna sednare skiljes såsom en unio specialis ifrån den förra såsom en unio generalis [4]). Men denna unio betecknas widare såsom mystica, (quia unio haec magnum mysterium est, (Eph. V, 32.) cujus unionis modus specificus est imperscrutabilis); derefter såsom spiritualis (quoniam per spiritum s. gratiose inhabitantem renatos non carnali aut corporali, sed spirituali et supernaturali modo perficitur). Då wi således icke kunna göra oß en närmare föreställning om naturen och arten af denna unio; inskränka wi oß dertill, att undanrödja falska föreställningar ifrån densamma. Ty fastän uti unio mystica de båda substanserna, den gudomliga och den menskliga blifwit förenade; så är detta dock hwarken så att förstå, som om de båda substanserna skulle sammansmälta till en, eller som om den ena skulle uppgå i den andra; ej heller så, som om af de båda personerna, Guds och menniskans, skulle, såsom af de båda naturerna i Christo, constitueras blott en person. Unio mystica är således icke substantialis [5]) och icke personalis [6]).

1) Om den ordning, hwari unio mystica sluter sig till de föregående regeneratio och justificatio. Quen. Regeneratio, justificatio, unio et renovatio tempore simul sunt et quovis puncto mathematico arctiores adeo, ut divelli et sequestrari nequeant, cohaerent. Secundum nostrum tamen concipiendi modum ordine prior est justificatio et regeneratio unione illa mystica. Quando enim in regeneratione homo fide donatur et per fidem justificatus est, tum demum incipit mystice cum Deo uniri. Renovatio vero unione posterior est, ex bonis enim operibus, quae effectus renovationis sunt, tanquam a posteriori cum justificationis tum mysticae unionis existentia colligitur. Hoc ordine ergo se invicem consequuntur secundum nostrum conceptum. Praecedit regeneratio, ut fidem consequatur, sequitur justificatio, quae fit per fidem, hanc excipit mystica unio, quam sequitur renovatio et sanctificatio. — Efter ett annat betraktelsesätt kan det äfwen sägas att unio föregår justificatio, så wida fides föregår justificatio, och uti fides såsom organen, hwarigenom denna förening kommer till stånd, denna redan till sin början är gifwen. Derföre tillägger Holl. sedan han förklarat sig inställa i det nyß sagda: Quamvis unio mystica, qua Deus in anima velut templo habitat, nostro concipiendi modo justificationem sequatur ordine naturae, fatendum tamen est, unionem formalem fidei, qua apprehenditur, induitur et nobiscum unitur Christus, ut mediator et auctor impetrandae gratiae et remissionis peccatorum, in signo rationis priorem esse justificatione. Fides enim ad justitiam imputatur, quatenus meritum Christi recipit et nobiscum unitur, ut fiat nostrum. —

Denna unio kan uppfattas såsom actus, så wida den föregår uti ett bestämdt moment, och bör då rättare kallas unitio, sive actus unionis, qui est transiens, et momentaneus, et fit eodem momento, quo regeneratio et justificatio; eller såsom status, qui est entium realiter atque actu jam conjunctorum relatio permanens, ad actum se habens ceu effectus ad suam causam.

2) Quen. Non consistit unio mystica in sola harmonia et contemporatione affectuum, quando anima Jonathae dicitur agglutinata Davidi. 1 Sam. XVIII, 1. sed in vera, reali, propria et arctissima unione, nam Christus Joh. XVII, 21 unitur phrasi: esse "in aliquo", quae realem rei, quae inesse dicitur, infert praesentiam, non metaphoricam, qua amans est amato. — Non consistit u. m. in sola gratiosa spiritus s. in credentibus operatione. Quando enim dicit Christus Joh. XIII, 23: "ego et pater meus etc." et v. 16 "spiritus s. etc." non sunt haec nomina operationum sed personarum. Et prorsus temerarium est, tot emphatica verba ὑπαρκτικά, quibus mystica haec unio in s. l. describitur, convertere in mere ἐνεργητικά, v. gr. venire, mitti in corda, habitare, manere, vivere in aliquo. Sunt enim proprietates personales, non operationum affectiones.

3) Holl. definierar: Unio m. est conjunctio spiritualis Dei triunius cum homine justificato, qua in hoc velut consecrato templo praesentia speciali eaque substantiali habitat, et gratioso influxu in eodem operatur. Quen. Un. m. est realis et arctissima substantiae ss. trinitatis et Christi θεανθρώπου cum substantia fidelium conjunctio, a Deo ipso per verbum evangelii, sacramenta et

fidem facta, qua speciali essentiae approximatione et gratiosa operatione in iisdem est, ita ut et fideles in eo sint, ut per mutuam et reciprocam imminentiam vivificae facultatis et omnium beneficiorum ejus participes facti, certi sint de gratia Dei et salute aeterna, unitatemque in fide et caritate cum reliquis corporis mystici membris servent. — Form. conc. antyder unio mystica, under det den betecknar såsom falskt det påståendet (III, 65) quod non Deus ipse, sed dona Dei duntaxat in credentibus habitent. —

Extrema seu termini mysticae unionis betecknas sålunda: ipsae subjectorum uniendorum essentiae, atque ex una quidem parte substantia divina totius ss. trinitatis 2 Ptr. I, 4 et substantia humanae naturae Christi Joh. XV, 1. 2. 4. 1 Cor. VI, 15–17. Eph. V, 30. Gal. II, 19. 20. Ex altera vero substantia fidelium, quoad animam et corpus est. 1 Cor. VI, 15. 19. Eph. V, 30. Formen för denna unio består: in vera, reali, intrinseca et arctissima conjunctione substantiae hominis fidelis cum substantia ss. trinitatis et carnis Christi. Holl. Duo ergo ad formam unionis mysticae pertinent: 1) vera et realis ἀδιαστασία, vel propinquitas ad appropinquationem substantiae divinae ad hominem credentem: qua Deus triunus ad nos venit et mansionem apud nos facit: quae proinde non est nudae tantum operationis sine approximatione Dei sed propinquioris ad nos accessus, vel adventus, ut in nobis sit et maneat. Joh. XIV, 23; 2) gratiosa ἐνέργεια sive operatio, qua Deus ita ad nos venit, et in nobis habitat, ut impleat nos omni plenitudine sapientiae, sanctitatis, potentiae et aliorum donorum divinorum Eph. III, 18. quae etiam mysticam περιχώρησιν importat, qua Deus in nobis est et manet per gratiam, nos vero in Deo sumus, eique adhaeremus per fiduciam, ut nihil nos, qui Deo unimur per fidem, separare a Deo possit. Rom. VIII, 38 sq. — Quen. bewisar unio m. 1) ex Christi promissione Joh. XIV, 23. 26. XV, 26. Venire autem ad aliquem formaliter importat accessionem et approximationem ad eundem adeoque adventum ss. trinitatis ad credentes et praesentiam non donorum solum, sed et ipsius essentiae; 2) ex inhabitatione in fidelibus Eph. III, 17. Rom. VIII, 9. 2 Cor. VI, 16; 3) ex unitate fidelium cum Deo. Joh. XVII, 21. Gradatio, qua Christus utitur l. c., innuit unionem spiritualem, qua ipse v. 23 in credentibus est, arctiorem esse, quam qua fideles v. 21 in Deo per communionem spiritus unum sunt, itemque modo et forma differre ab ea, quae describitur v. 23. ubi fideles inter sese ob unitatem fidei, caritatis, spei unum dicuntur, superadditur enim amplificatio consummationis, quam explicat verbis: "ego in eis, et tu in me, ut sint consummati in unum"; 4) a divinae naturae communione. 2 Ptr. I, 4. —

Betecknad är denna unio m. i den H. Skrift genom uttrycken: desponsatio credentium cum Christo Hos. II, 19. mysticum Christi et ecclesiae conjugium, Eph. V, 32. membrorum et capitis conjunctio, Eph. I, 22. 23. insitio palmitum spiritualium in viti spirituali Christo, Joh. XV, 4–7. mansio totius ss. trinitatis apud hominem renatum, Joh. XIV, 23.

4) Holl. Unio generalis, qua omnes homines fideles et infideles in Deo vivunt, moventur et sunt. — Ut pisces in aqua et aves in aëre: ita omnes homines in Deo vivunt, moventur et sunt, eo

quod ipse dat omnibus vitam et spiritum et omnia. — Quen. Generalis illa unio omnium cum substantia Dei creatoris indicatur Act. XVII, 28, ubi praepositio ἐν indicat generalem Dei apud homines praesentiam. Hugo Grotius particulam ἐν per hebraismum exponit, ut in ipso idem sit ac per ipsum, ipsius beneficio. Sed nulla nos urget necessitas, ut ab usitata praepositionis ἐν significatione recedamus. Neque enim origo tantum indicatur, quod ab ipso simus, sed περιχώρησις etiam divina, quod in ipso et vivamus, moveamur et simus.

Unio specialis är dels gratiosa in ecclesia militante, qua Deus substantiali praesentia in renatis habitat, et speciali concursu in iisdem operatur, Joh. XIV, 23. XVII, 11. 21. dels gloriosa in coetu electorum triumphante, qua Deus electos plenitudine gratiae suae implet et exsultat, 1 Cor. XV, 28. — Då såledés uti unio generalis en det gudomliga wäsendets förening med menniskan antages, och icke blott en operatio gratiosa; så skiljes unio specialis ifrån denna derigenom, att uti den förra nova et ab omnipraesentia distincta essentiae divinae approximatio anses såsom gifwen, quae homini fideli ita est definita, ut ipsa substantia divina hac ratione impiis et creaturis reliquis praesens dici nequeat, et sic per novam approximationem substantiae, etiam ratio praesentiae in hac unione exprimatur. Men på den inwändningen: quodcunque secundum substantiam jam adest, eo, dum adest, necessario adest, nec potest non adesse, ac proinde id ipsum venire, appropinquare vel approximare de novo secundum substantiam dici nequit, sed ss. trinitas secundum substantiam vel divina essentia per communem et generalem adessentiam, ut omnibus creaturis, ita et fidelibus jam tum adest; ergo per novam et specialem praesentiam non potest illis appropinquare vel approximare, swarar Quen.: 1) ipsa substantia spiritus s. peculiari quodam genere voluit se columbae conjungere et baptistae se ita ostendere, ut ubi columba esset, ibi recte et vere diceretur, ipsa etiam substantia spiritus s. peculiari illo praesentiae genere simul adesse; 2) essentiam divinam, ut essentia est, admittere talem rationem approximandi citra periculum immensitatis amittendae, singularis ille praesentiae modus in Christo probat, ubi natura divina naturae humanae finitae ita unita est, ut hoc modo alibi non sit necesse velit, quae praesentia certe non per novum operandi modum sed per intimam indistantis substantiae ad substantiae immanentiam determinatur. Et licet haec praesentia sit singulariter singularis, tamen negari nequit, quod ex hypostatica unione elici queat, non absolute divinae essentiae approximationem talem repugnare. Och alltid fasthålles den satsen, att, såsom unio i allmänhet icke är blott en gratiosa spiritus s. operatio; så skiljer sig unio specialis ifrån u. generalis icke blott genom novus et specialis operandi modus, utan äfwen genom nova eaque distincta a communi illo adessendi modo essentiae approximatio. —

5) Quen. Non consistit haec unio in transsubstantiatione aut conversione substantiae nostrae in substantiam Dei et Christi, aut vice versa, quomodo baculus Mosis in serpentem est conversus. Neque in consubstantiatione, ut ex duabus essentiis unitis fiat una substantia. Holl. a) beneficio unionis mysticae Deus in nobis tanquam in templis habitat, 1 Cor. III, 16. sed domicilium

non in incolam, nec incola in domicilium commutatur; b) per unionem m. Christum induimus, Gal. III, 27. sed indumentum non est essentialiter unum cum homine induto; c) divina natura ab humana distinctissima est, licet Deus ad nos veniat et mansionem apud nos faciat, Joh. XIV, 23. potest enim recedere ab homine, cui appropinquavit. Unio m. kallas wäl en unio substantiarum, men strängt taget icke unio formaliter substantialis (qualis est surculi, qui coalescit cum trunco in unam numero essentiam arboris) utan accidentalis. Men om den dock af många benämnes substantialis, så sker det non a modo unionis sed a terminis, quod substantia humana cum substantia divina conjungitur.

6) Quen. Non consistit unio m. in unione personali, sive coalitione extremorum unitorum in unam hypostasin seu personam, qualis est divinae et humanae naturae in Christo, ita ut credens Christo unitus dicere possit: ego sum Christus. Holl. Christum et fideles mystice unitos manere distinctos personas, Paulus docet Gal. II, 20. (Quen. tillägger derutom: differt ab unione et communione sacramentali unio mystica.) Antithesis est 1) Weigelianorum et Schwenkfeldianorum statuentium, mysticam cum Deo unionem ratione modi esse essentialem et corporalem; 2) quorundam Scholasticorum, Pontificiorum, Socinianorum et Arminianorum negantium, Deum speciali praesentiae substantialis modo in fidelibus manere.

§. 48. 5) Renovatio.

Det är icke nog, att menniskan kommer till kännedom af sina synder och hatar dem; äfwen är det icke nog, att hon i regenerationen erhåller kraft att i tro omfatta Christi förtjenst. Gud will äfwen, att menniskan genom ett sedligt lif ådagalägger denna sin bortwändelse ifrån synden och sin omwändelse till Honom; att hon upphörer att wara den gamla menniskan och blifwer en ny, som förer ett allt mer och mer Gudi helgadt lif. Och äfwen derhän werkar Gud med sin nåd, under det Han söker draga menniskan allt mer och mer ifrån synden, och uppmuntra och styrka henne till det goda. Men denna werkan, hwilken Gud utöfwar på menniskorna, kallas renovatio, såwida genom densamma en förändring blifwer frambragt hos menniskan, i följd hwaraf hon kan kallas en ny menniska [1]) — äfwen sanctificatio, såwida hennes lif nu börjar att blifwa ett heligt [2]). Renovatio est actus gratiae, quo spiritus s. hominem justificatum, expulsis vitiis, sanctitate inhaerente donat [3]). Holl. Men förändringen, som föregår hos menniskan, består närmare deruti, att genom den gudomliga nådens werksamhet de menniskan ännu widlådande synderna mer och mer förswinna och lemna rum för en stigande färdighet

i det goda [4]). Derföre, emedan den menniskan inneboende syndalustan blott wiker genom städse förnyad strid emot synderna, inträder denna renovatio äfwen icke på en gång, utan småningom, städse i stånd att tillwäxa [5]). Men emedan synden aldrig helt och hållet lemnar menniskan, blir renovationen aldrig perfecta [6]), ehuru fullkomligheten alltid skall eftersträfwas. Den är ändtligen ett Guds werk hos menniskorna, likwäl på det sätt, att å menniskans sida, hwilken nu i conversio har erhållit nya andeliga krafter, en fri medwerkan äger rum [7]).

1) Äfwen renovatio tages i widsträcktare och inskränktare mening. Br. Renovatio in genere denotat quamlibet actionem, qua vetera, aut quae vetustate vel aliunde detrita seu infirmata aut corrupta sunt, restaurantur. Atque ita in renovatione hominis spirituali, latius sumta, vetus homo, secundum omnem suam rationem i. e. carentiam virium spiritualium omnimodam, reatum et dominium peccati aboleri; et novus homo secundum suam latitudinem i. e. ipsas vires spirituales, absolutionem a reatu et donum habituale, quo supprimatur dominium peccati, produci intelligitur: vid. 2 Cor. V, 17 sqq., ubi homines, qui in Christo sunt, nova creatura esse dicuntur. Eo autem refertur ipsa reconciliatio cum Deo et justificatio per Christum. v. 19 o. 21. (Quo sensu latiori vox renovatio accipitur in Form. conc. II, 70. in Apol. conf. III, 40. Uti den H. Skrift förekommer ordet i denna widsträcktare betydelse. Hbr. VI, 6). Renovatio stricte dicta importat realem et intrinsecam quandam in homine renato seu converso mutationem. Denna tages transitive (tanquam actio Dei producentis in nobis sanctos motus et actiones: prout dare cor novum et spiritum novum dicitur. Ez. XXXVI, 26. spiritum innovare intra nos. Ps. LI, 12.) och intransitive (quatenus homines, viribus divinitus collatis instructi, se ipsos renovare dicuntur, facientes sibi cor novum et spiritum novum. Ez. XVIII, 32. deponere veterem hominem, induere novum. Eph. IV, 22. 24. Br.). Derwid anmärker Holl.: Non differt autem renovatio transitive et intransitive dicta realiter; ideo, quod a) eandem notat mutationem, qua ex vetere homine novus, ex peccatore fit sanctus: quae cum connotata dependentia a Deo, tanquam ab agente in alio, transitiva; ex parte subjecti vero, per modum actus immanentis spectata, intransitiva renovatio dicitur; b) utraque iisdem perficitur viribus, scil. non humanis, sed divinis, quas spiritus s. habet originaliter et independenter, homo renatus autem dependenter et propter unionem cum Deo mysticam.

Skilnaden mellan renovatio å ena, och justificatio och regeneratio å andra sidan uppgifwer Quen. så: R. differt: a) ratione causae efficientis: regeneratio et justificatio sunt actiones solius Dei, renovatio est quidem actio Dei, sed non solius, concurrit enim ad eam quoque homo renatus, non per proprias, sed divinitus concessas vires; b) r. subjecti. Subjectum regenerationis est homo in peccatis plane mortuus; justificationis, peccator quidem, Rom. IV, 5. 17. sed peccata agnoscens et in Christum credens; renovationis

vero, homo jam justificatus; c) r. objecti. Regeneratio occupatur circa fidei productionem, justificatio circa justitiam imputabilem, renovatio circa justitiam inhaerentem; d) r. formae. Reg. consistit in spiritualis vitae largitione, ac e statu irae in statum gratiae translatione; justificatio in peccatorum remissione et justitiae Christi imputatione; renovatio vero in mentis, voluntatis, affectuum adeoque totius hominis reformatione, seu in imaginis Dei instauratione, in hac vita inchoanda, in altera perficienda; e) r. proprii. Reg. ut et justif. fit in instanti, in momento; renovatio successive de die in diem. (Grh. Regeneratio, proprie sic dicta . . tam non recipit majus ac minus, quam ipsa carnalis generatio. At renovatio majus ac minus recipit, quia interior homo de die in diem renovatur.); f) r. ordinis. Reg. justificationem et justificatio renovationem praecedit. Renovatio ad justificationem se habet, ut effectus ad causam, sequiturque hanc non temporis, sed naturae ordine. Unde et Paulus has voces cum discrimine ponit. Tit. III, 5.

2) Äfwen den tages antingen in sensu latiori, ut ambitu suo vocationem, illuminationem, conversionem, regenerationem, justificationem et renovationem complectatur, ut Eph. V, 26. Hbr. X, 10. eller in sensu strictiori, prout cum renovatione stricte dicta coincidit, ut Rom. VI, 19 o. 22. 1 Thess. IV, 3. 4. 7. — Br. Intelligitur autem collatio et consecutio sanctitatis internae (vel inhaerentis): cum alias, in ipso justificationis actu, sanctitatis alienae, nempe Christi, imputatio locum habeat (quo referuntur loca 1 Cor. I, 30. Hbr. X, 14.), hic autem ipsi homines sint perficientes sanctitatem in timore Dei. 2 Cor. VII, 1. — Således kan praedicatet sanctitas tilläggas den nya menniskan, men hon är sanctus, non ex se, sed ex gratia. Ps. LXXXVI, 2. 1 Cor. VI, 11: sanctus, non tam in se, quam in Christo. Phil. I, 1. 1 Cor. I, 1. sanctus, non sanctitate consummata, sed inchoata et continuata. Phil. III, 12. (Holl.)

3) Holl. R. est actus gratiae applicatricis, quo spiritus s. inhaerentes homini justificato reliquias peccati, ne dominetur, abolet, motusque internos et externos voluntati divinae conformes, adeoque spiritualiter bonos, in eodem parit, ut, imagine divina instaurata donatus, sobrie, juste et pie vivat in laudem Dei sanctissimi.

Kg. R. est actus gratiae spiritus s. applicatricis, quo is cum patre et filio, vi meriti Christi, hominem peccatorem ita immutat, ut intellectus, pulsis errorum tenebris, illuminetur, voluntas emendetur, appetitus ad prava inclinans coerceatur, et membra corporis arma justitiae fiant in laudem Dei et ad debitum eidem praestandum obsequium.

Br. (som beskrifwer renov. mera såsom status): R. est complexus actuum spiritualium, quos homo renatus, Deo per verbum et sacramenta gratiose concurrente, viribus spiritualibus sibi collatis, quoad intellectum, voluntatem et appetitum sensitivum, ad abolendas reliquias peccati et majorem sanctitatem acquirendam in via salutis exercet ad Dei gloriam.

4) Quen. Terminus a quo est vetus homo, ad quem, novus homo. Eph. IV, 22. Col. III, 10. — Uti vero veteris hominis ap-

appellatione non significatur ipsa hominis substantia, nec ejus aliqua pars, vel anima vel corpus, sed adjacens hominis, idque in natura ejus inveteratum malum; itemque malitia sponte contracta; ita per novum hominem non intelligitur nova hominis substantia, vel nova ejus pars, sed aliquod hominis accidens, idque bonum et spirituale. — Och ännu nogare Holl. Terminus a quo renovationis sunt reliquiae peccati post illuminationem, conversionem et regenerationem in hominibus justificatis remanentes, quae quotidiana renovatione abolendae sunt, ut imminuantur et opprimantur, licet in hac vita non radicitus evellantur; nempe defectus aliquis virium spiritualium ex parte intellectus quidem ad cognoscendum, ex parte voluntatis ad persequendum bonum spirituale, ex parte appetitus sensitivi ad obsequendum superioribus facultatibus, simul etiam pronitas earundem facultatum animae ad prava. Terminus ad quem renovationis sunt majores illae vires, quae post illuminationem, conversionem et regenerationem hominibus justificatis a spiritu s. conferuntur, videl. clarior et plenior intellectus, cognitio rerum spiritualium, inhaerens voluntati justitia et sanctitas, promtum appetitus sensitivi obsequium, superioribus facultatibus praestandum, quibus conjunctis imago Dei restauratur.

Forma renov. består uti errorum mentis depulsione et mentis illustratione, Col. III, 10. Rom. XII, 2. in voluntatis correctione et justitiae et sanctitatis verae instauratione, Eph. IV, 24. in appetitus ad prava inclinantis cohibitione et affectuum puritate ac castitate, in membrorum corporis ad opera justitiae exercenda adhibitione, Rom. XII, 1. in dominii peccati subactione. Rom. VI, 12. 13.

5) Holl. Sicut corpus peccati progressu temporis ab homine renato magis magisque enervatur: ita homo renatus ad imaginem Dei per spiritum s. de gloria in gloriam transformatur (2 Cor. III, 28. IV, 16). — Corpus peccati, Rom. VI, 6. dicitur vetus homo metaphorice, quia est complexus plurium peccatorum, velut partium et membrorum. — Quemadmodum olim cruciarii affigebantur cruci, artus ipsorum contundebantur, mortificabantur, sepeliebantur, corrumpebantur: ita successive vetus homo crucifigitur, cum desideria carnis comprimuntur et quasi constringuntur; contunditur, 1 Cor. IX, 27. quatenus caro, remotis externis deliciis hujus seculi, castigatur; contusus mortificatur, Rom. VIII, 13. in quantum vires emergendi peccato adimuntur; mortificatus sepelitur, Rom. VI, 4. dum memoria et cogitationes rerum illicitarum seponuntur; sepultus corrumpitur, ut totum corpus peccati, hic inchoate et continuate, in altera vita consummate aboleatur. Rom. VI, 6. — Renovatio är derföre att betrakta såsom en ständse fortgående action så väl å Guds, som å menniskans sida. Quen. Spiritus s. hominem renovat, dum varios pios motus per gratiae organa, verbum et sacramenta in ipso accendit; imo renovatio ipsa nihil aliud est, quam hujusmodi actus continuati, quibus habitualis sanctitas in homine efficitur, perficitur, continuatur et conservatur. Derföre skiljes äfwen renov. (af Holl.) såsom renov. inchoata, continuata et consummata. —

6) Quen. Est renovatio partialis in hac vita et imperfecta, admittens majus et minus, adeoque ad summam perfectionis ἀκμὴν nunquam pervenit. Peccatum enim in renatis manet, imperium af-

fectat, caro adversus spiritum concupiscit, atque ideo de die in diem renovatio nostra perficienda, et per totam hominis vitam continuanda est, 2 Cor. IV, 16. Defectus autem ille perfectionis in renovatione non est ex impotentia Dei renovantis sed incapacitate hominis, actionem Dei recipientis. — Renov. kan derföre hafwa incrementa och decrementa. Quen. Ex piis actibus et motibus crebris renovatio sua capit incrementa. Illis enim intermissis vel remissis decrementum patitur et ita modo crescit, modo decrescit. S. scriptura diserte affirmat, novitatem renatorum in hac vita debere subinde crescere et augeri, Eph. IV, 16.

Frågan, om den nya menniskan, oaktadt synden alltid widläder henne, dock kan kallas homo spiritualis, beswarar Holl. så: Quando homo renovatus dicitur spiritualis, denominationis ratio sumitur a potiori, scil. a praevalente spiritu: at quando idem carnalis appellatur, ratio denominationis sumitur a sequiori, nimirum a carne, subacta quidem, rebellante tamen et obluctante, cum qua homo justificatus, in via vitae constitutus, continua bella gerit. —

7) Quen. Causa efficiens prima est tota ss. trinitas (1 Thess. V, 23. Joh. XV, 4. 5.) terminative et appropriative spiritus s. (Rom. XV, 16. Tit. III, 5. Rom. I, 4. Gal. V, 22). Holl. Homo renatus atque justificatus ad opus sanctificationis, tanquam causa secundaria, subordinata, motaque a Deo concurrit, ut per acceptas superne vires se ipsum in dies renovet. — Facultatem bene operandi et actum primum sanctificationis efficit spiritus s. in homine sine concursu hominis, sed ad sanctificationis actum secundum, sive exercitia et continuationem sanctificationis, per spiritum s. semel introductae, homo concurrit. . . Cooperatur quidem homo renatus Deo in negotio sanctificationis, attamen non aequali actione, sed subordinatione ac dependentia a spiritu s. eo, quod non per vires nativas sed dativas operatur. Id quod colligitur e verbis apostoli Phil. II, 12. 13. —

Bihang *). §. 49. Om de goda werken.

Förnyelsen tillkännagifwer sig i goda werk [1]), med hwilka man förstår sådana handlingar, som den pånyttfödde i öfwerensstämmelse med den gudomliga wiljan söker att fullgöra [2]), ware sig yttre, ögonskenliga, eller blott inre acter och rörelser: allt, som föregår inom menniskan [3]). De kallas goda werk, icke som skulle de i sig sjelfwa wara goda och fullkomliga [4]), ty att fullborda sådana är den syndiga menniskan icke möjligt [5]); utan emedan de äro en frukt af ett godt, Gudi wälbehagligt sinnelag, och emedan de utgå ifrån de genom tron med Gud försonade [6]). De kunna alltså först då blifwa fullbragte, när menniskan befinner sig uti nya födelsens tillstånd, emedan då genom den H. Andes werkan ett sådant, Gudi wälbehagligt sinnelag

innebor hos menniskan och hon undfått kraften att göra det goda 7). Derföre kunna äfwen sådana de opånyttfödes handlingar, hwilka till det yttre utseendet motswara den gudomliga lagen, på intet wis kallas goda werk 8). Men sådana goda werk måste blifwa fullbragte af den pånyttfödde; likwäl icke så, som skulle han genom desamma hafwa att först rättfärdiga sig inför Gud eller förtjena sin frälsning; ty wore han icke redan rättfärdiggjord, så kunde han alldeles icke åstadkomma sådana werk; utan derföre, att han genom dem bewisar sin hörsamhet emot Gud, hwars wilja det är att genom menniskans heliga wandel och goda handlingar blifwa ärad; och att menniskan tillika genom dem ådagalägger den werkliga tillwaron af ett troende sinne. Ty hos hwilken detta finnes, honom drifwer det till goda werk inifrån med lika nödwändighet, som det friska trädet bär goda frukter 9). Denna nödwändighet är således intet twång, som utifrån warder menniskan pålagdt, och tillintetgör ingalunda hennes christliga frihet, utan fastmera bewisar sig denna deri, att menniskan nu med inre lust och af egen drift kan fullgöra, hwad Guds lag af henne fordrar 10). Derföre har hon då att äfwen wänta lön af Gud, men den är en nådalön, och utsigten på en sådan lön är ingalunda den närmaste grunden, hwarföre hon gör sådana goda werk 11).

*) Läran **de bonis operibus** låta de flesta **DD.** följa på läran om **fides (Grh. doctrinae de justificatione per fidem convenienti ordine succedit articulus de bonis operibus. Quamvis enim fide sine operibus justificemur ac proinde a foro justificationis bona opera sint sejungenda: tamen vera illa et viva fides, per quam justicamur, non est sine operibus, cum beneficia justificationis et sanctificationis, regenerationis et renovationis perpetuo ac indissolubili nexu sint conjuncta).** Wi följa samma ordning, som **Br.**, emedan sammanhanget mellan **fides** och **justificatio** genom den mellaninskjutna läran **de operibus** skulle blifwa för mycket afbrutet.

1) Br. Ad doctrinam de renovatione pertinet doctrina de bonis operibus, quae partim ut finis et effectus ad renovationem se habent, partim ad rationem formalem ejus spectant.

2) Holl. Bona opera sunt actus hominum justificatorum liberi, per gratiam spiritus s. renovantem, ad praescriptum legis divinae, praelucente vera in Christum fide, praestiti in honorem Dei et hominum aedificationem.

3) Ap. conf. III, 15. Profitemur igitur, quod necesse sit inchoari in nobis et subinde magis magisque fieri legem. Et amplectimur simul utrumque, videl. spirituales motus et externa bona opera. — Holl. Per opera hic intelliguntur non tantum externae

in oculos currentes actiones (quae fiunt manu aut lingua), sed interni affectus cordis, motusque voluntatis adeoque tota renatorum obedientia et justitia inhaerens. Distinguendum igitur est inter bona opera interna et externa. Illa solius Dei oculis sunt obvia et interiores mentis cogitationes, voluntatis motus, cordisque affectus bonos complectuntur (tales sunt dilectio, timor Dei, fiducia erga Deum, patientia, humilitas). Haec sunt, quae non solum Dei sed hominum etiam oculis conspicua, per exteriores gestus, verba et actiones externas se exserunt. — Placuit autem sanctis Dei hominibus adpellatione operum potius quam habituum vel adfectuum uti, cum omnis laus verae virtutis in actione consistat, cumque opera externa notiora sint internis qualitatibus et adfectibus, denique cum sola renatorum opera sint bonorum operum encomio digna. — Quen. Est bonum opus, cum fit id, quod a Deo jubetur, et eo affectu et modo ac fine, quo jubetur. Holl. tillägger dessutom: bonum propositum accensendum est bonis operibus internis.

4) Holl. Opera hominum renatorum et justificatorum dicuntur bona, non absolute, quasi perfecte bona sint; sed in suo genere, quia a) originem ducunt a bono Dei spiritu, Ps. CXLIII, 10; b) ex corde bono proveniunt, Mtth. XII, 35; c) bonae Dei voluntati, lege expressae, quadantenus sunt conformia, Rom. XII, 2. et d) bonum intendunt finem, gloriam Dei. — Quen. Opera renatorum in se spectata non sunt perfecte bona, sed inquinatione peccati sordidata et foedata, in Christo vero perfecte bona sunt, quatenus, quod in illis non fit, per et propter Christum ignoscitur et quod illorum perfectioni deest, per imputationem perfectissimae obedientiae Christi compensatur. —

5) Fastmera äro alla goda werk imperfecta. Holl. Bona opera hominum renatorum et renovatorum neque eo perfectionis gradu assurgunt, quin possint crescere (Eph. IV, 15), neque ex asse normae legis divinae respondent (Rom. VII, 14), neque adeo consummata sunt, ut rigidum justitiae divinae examen sustineant (Ps. CXLIII, 2.), sed imperfecta sunt (Jac. III, 2). — Br. Postquam enim peccatum introivit in mundum et hominibus etiam renatis tenaciter adhaeret, ita ut caro semper luctetur adversus spiritum; fit, ut non, quaecunque volumus, eadem faciamus (Gal. V, 17). Et sic aliquando in ipsis circumstantiis bonarum actionum erramus ac cespitamus, aut non ea, qua par est, promtitudine et alacritate sed segnius operamur, aut intercurrente vel comitante φιλαυτίᾳ inordinata maculam aspergimus operibus nostris, utcunque bonis. — Deruti är redan förkastadt af opera supererogationis (opera indebita, ad quae homo praecepto divino non obligatur) tillika inbegripet. Holl. Cum renati opera, ad quae praestanda lege divina adstringuntur, non obeant perfecte, multo minus ea, quae facere non tenentur, perfecte exsequentur. —

6) Holl. Principium, quo homo renatus bona opera patrat, est vera et viva in Christum fides (Gal. V, 6), quae bonorum operum causa per emanationem dicitur (Mtth. V, 16). — Forma, seu formalis ratio bonorum operum är således: quando absolute et in se considerantur, ἐννομία seu conformitas cum lege Dei (quae est norma et canon bonorum operum): quando autem relate ad spe-

cialem complacentiam Dei spectatur, quatenus, licet legi exacte non conveniant, Deo tamen placent, forma eorum est fides in Christum.

Grh. Cum ipsa quoque renatorum opera sint imperfecta et immunda, ideo, ut Deo placeant, necesse est, fidem in Christum accedere, propter quem fide apprehensum non solum persona sed etiam bona opera renatorum Deo placent, inde est, quod fides dicitur forma bonorum operum in renatis. Ap. conf. III, 68. (Opera) quae, quamquam fiunt in carne nondum prorsus renovata, quae retardat motus spiritus s. et aspergit aliquid de sua immundicie: tamen propter fidem sunt opera sancta, divina, sacrificia, et politia Christi regnum suum ostendentis coram hoc mundo. Holl. Licet opera illa sint imperfecta et impura, Deo tamen grata sunt, quia maculae eorum velamine perfectissimae Christi obedientiae, quam renati per fidem sibi applicant, suamque faciunt, obteguntur. — Såsom norma adaequata eaque infallibilis b. operum betecknas: lex divina, decalogo comprehensa, quae perfecte et sufficienter praecipit facienda et prohibet fugienda (Deut. XIII, 1). (Holl.). Men beremot förkastas conscientia renovati (1 Cor. IV, 4), såsom norma primaria et simpliciter infallibilis, och ännu mera dictamen rectae rationis et lex naturae; det första kan blott på sin höjd gälla såsom norma secundaria, quatenus legem divinam actioni peculiari aut singulari applicat, et ostendit, quid hic et nunc agendum sit. Äfwen Evangelium är icke norma aut principium directivum bonorum operum, men wäl principium collativum (quia confert spiritum s., quo impellente, vires largiente et cooperante bene operamur) et productivum (quia producit fidem, omnis bonae actionis fundamentum). cf. Form. conc. VI, 10 etc. Distincte explicandum est, quid evangelium ad novam obedientiam credentium faciat et praestet, et quodnam (quoad bona opera credentium) sit legis officium. Lex enim inculcat quidem, esse voluntatem et mandatum Dei, ut in nova vita ambulemus: at vires et facultatem non donat, quibus novam obedientiam inchoare et praestare possimus. Spiritus autem s., qui non per legis sed per evangelii praedicationem datur et accipitur, cor hominis renovat. Deinde idem spiritus ministerio legis utitur, ut per eam renatos doceat atque in decalogo ipsis monstret, quae sit voluntas Dei bona et ipsi placens, ut noverint, quibus bonis operibus opera danda sit, quae Deus praeparavit, ut in illis ambulemus. —

7) Ap. conf. III, 4. Quia vero fides affert spiritum s. et parinovam vitam in cordibus, necesse est, quod pariat spirituales mot tus in cordibus. — Postquam igitur fide justificati et renati sumus, incipimus Deum timere, diligere, petere et exspectare ab eo auxilium. . . Incipimus et diligere proximos, quia corda habent spirituales et sanctos motus. Haec non possunt fieri, nisi postquam fide justificati sumus et renati accipimus spiritum s. Item, quomodo potest humanum cor diligere Deum, dum sentit eum horribiliter irasci et opprimere nos temporalibus et perpetuis calamitatibus? Lex autem semper accusat nos, semper ostendit, irasci Deum. Non igitur diligitur Deus, nisi postquam apprehendimus fide misericordiam.

8) Form. conc. IV, 8. Etsi opera illa, quae ad conservandam externam disciplinam faciunt (qualia etiam ab infidelibus et non

ad Deum conversis hominibus fiunt et quidem requiruntur) suam coram mundo dignitatem et laudem habent et temporalibus quibusdam praemiis, in hoc mundo, a Deo ornantur, attamen, cum non ex vera fide proficiscantur, revera coram Deo sunt peccata, h. e. peccatis contaminata et a Deo pro peccatis et immundicie reputantur, propter naturae humanae corruptionem et quia persona cum Deo non est reconciliata, Mtth. VII, 18. Rom. XIV, 23

Holl. Honesta hominum irregenitorum (sive extra ecclesiam constituti sint, sive in externo ecclesiae coetu locum habeant. Grh.) opera, quae ad externam disciplinam et tuendam generis humani societatem faciunt, civiliter et moraliter aliquo modo bona sunt: non tamen theologice et spiritualiter bona sunt, neque Deo placent, atque adeo, quatenus requisitis operum vere bonorum destituuntur, splendida peccata recte appellantur. Om det ock på grund af Rom. II, 14 måste medgifwas, att äfwen de opånyttfödde kunna göra "quae legis sunt", så inskränker man dock detta så: potest humana voluntas aliquo modo efficere justitiam civilem seu justitiam operum: potest loqui de Deo, exhibere Deo certum cultum externo opere, obedire magistratibus, parentibus in opere externo eligendo, potest continere manus a caede, ab adulterio, a furto. (Ap. conf. VIII, 70). Men opera spiritualiter bona betecknas såsom sådana: 1) sunt fructus spiritus s. Gal. V. 22; 2) fiunt a personis per Christum reconciliatis; 3) proficiscuntur e corde puro, conscientia bona et fide non hypocritica; 4) sunt actiones spontaneae ac liberae; 5) diriguntur ad gloriam Dei. — Requisita operum vere bonorum saknas således wid de opånyttföddes werk och dertill kommer: hic quidem defectus actionum non suppletur per imputationem justitiae alienae, cum irregeniti obedientiam Christi vicariam non accepten sibique applicent fide (Holl.). Äfwen medgifwes, att en handling icke blott till sitt yttre är god och riktig, utan äfwen att godt genom densamma åstadkommes; men en werklig god gerning är den derföre icke, om den icke är gjord med det rätta sinnelaget. Quen. Quamvis ergo quaedam hominum non-renatorum actiones per se et quoad substantiam actus non sunt vitiosae, per accidens tamen vitiosae fiunt, videl. quia destituuntur requisitis vere bonorum operum coram Deo. — Quapropter, quando ab Augustino, Luthero aliisque infidelium etiam virtuosae actiones peccata esse dicuntur, non est respectus ad ipsam actionum materiam vel substantiam, nec quatenus secundum notitias honesti ac turpis in hac corrupta natura post lapsum reliquas suscipiuntur et fiunt (hoc enim modo bonas esse concedimus), sed respectus est ad causam efficientem, formalem et finalem operum, a quibus illorum in judicio Dei bonitas vel malitia aestimanda est, scil. quia opera ipsorum per peccata polluuntur et contaminantur, dum non fiunt a persona Dei reconciliata, et per spiritum s. regenerata, nec in Dei gloriam et honorem.

9) Ap. conf. III, 68. Sunt facienda opera propter mandatum Dei, item ad exercendam fidem, item propter confessionem et gratiarum actionem. Quen. Bona opera non sunt adiaphora aut arbitraria, sed omni homini, in specie vero renatis plane necessaria, non quidem necessitate coactionis. Debent enim bona opera esse spontanea et voluntaria, non coacta. . . . Sunt necessaria non ad salutem vel acquirendam per modum medii, vel promerendam per

modum meriti, vel consequendam per modum conditionis, vel causae, sine qua non, vel obtinendam per modum perventionis ad ultimam metam, vel conservandam per modum causae conservantis. Necessaria vero statuimus bona opera, necessitate 1) mandati divini. Mal. I, 6. Matth. V, 44; 2) nostri debiti, sive debitae gratitudinis pro beneficiis scil. creationis, redemtionis sqq.; 3) praesentiae (ne gratiam Dei et fidem amittant, et spe haereditatis excidant, licet non ratione efficaciae ad consequendam justitiam et salutem); 4) divinitus instituti ordinis et consequentiae ad justificationem et fidem, quia ut effectus causam suam necessario sequuntur. Form. conc. (epit. IV.) dömer om uttrycken: bona opera necessaria esse ad salutem — b. o. ad salutem esse perniciosa så: Haec nostra fides, doctrina et confessio est: I. Quod bona opera veram fidem certissime atque indubitato sequantur, tanquam fructus bonae arboris. II. Quod b. opera penitus excludenda sint, non tantum, cum de justificatione fidei agitur, sed etiam cum de salute nostra aeterna disputatur. III. Omnes quidem homines, praecipue vero eos, qui per spiritum s. regenerati sunt et renovati, ad bona opera facienda debitores esse. IV. Et in hac sententia vocabula illa (necessarium, debere, oportere) recte usurpantur, etiam de renatis hominibus, et cum forma sanorum verborum non pugnant. V. Sed tamen per vocabula (necessitas, necessarium), quando videlicet de renatis est sermo, non intelligenda est coactio, sed tantum debita illa obedientia, quam vere credentes, quatenus renati sunt, non ex coactione aut compulsu legis, sed libero et spontaneo spiritu praestant . . . VI. . . confitemur, cum dicitur, renatos bene operari libero et spontaneo spiritu, id non ita accipiendum esse, quod in hominis renati arbitrio relictum sit, bene aut male agere, quando ipsi visum fuerit, ut nihilominus tamen fidem retineat, etiamsi in peccatis ex proposito perseveret. De bägge ofwannämnda uttrycken (o. b. esse necessaria — perniciosa ad salutem) blifwa således de der lätteligen kunna missförstås, förkastade.

10) Holl. Bona opera non sunt actiones liberae a necessitate obligationis vel debiti, sed dicuntur actiones liberae a necessitate coactionis (quia non sunt comminationibus poenarum extortae vel externe et quidem in speciem contra voluntatem factae), et immutabilitatis (cum ipsius voluntas non amplius sit determinata ad malum semper cogitandum et agendum, sicut ante conversionem; sed potest libere eligere et facere bona opera per vires supernaturales, a spiritu s. acceptas, potest etiam mala opera eligere per carnis reliquias, adhuc in ipso haerentes, cum ad bonum non perinde atque angeli determinatus sit), et fiunt a renatis, per spiritum s. a servitute peccati liberatis (Joh. VIII, 36. Rom. VI, 18. 2 Cor. III, 17).

11) Ap. conf. III, 73. Docemus operibus fidelium proposita et promissa esse praemia. Docemus bona opera meritoria esse, non remissionis peccatorum, gratiae aut justificationis, haec enim tantum fide consequimur, sed aliorum praemiorum corporalium et spiritualium, in hac vita et post hanc vitam.

Holl. Renati in exercitio bonorum operum primario gloriam Dei respiciunt (1 Cor. X, 31), secundario autem et filiali affectu

praemia hujus et futurae vitae, non ut mercedem debitam aut herilia salaria, sed ut dona gratuita et beneficia divina, ad gloriam Dei ultimate terminanda, respicere possunt (1 Tim. IV, 8). —

Anm. De flesre DD. tillägga äfwen en annan afdelning: de exercitio bonorum operum, hwilken Quen. har mest utbildat: Quen. Exercitium bonorum operum in tota sua latitudine vocari potest militia Christiana. Fidelis enim Christiani vita est militia spiritualis perpetua. Job. VII, 1. 1 Tim. I, 18. 2 Tim. II, 3. Militat autem is fide, spe et patientia. — Hostes, adversus quos pugnandum, sunt diabolus, mundus et caro. — Arma militiae hujus spiritualis sunt descripta, 2 Cor. X, 4. 5. Eph. VI, 10 sq. 1 Ptr. V, 8. — Signum, sub quo militamus, vexillum crucis est, Mtth. XVI, 24. — Definitio: Militia haec christiana est quotidiana lucta et aeterna inimicitia cum omni eo, quod Deo, voluntati et regno ipsius adversatur. Derpå följa afhandlingarne: 1) de cruce, quae est passio dolorifica, immissa a Deo seu patre benevolo, credentibus ad certum tempus in affligentis gloriam et afflicti salutem; 2) de oratione, actus religiosus, quo Christianus Deum unitrinum et Christum *θεάνθρωπον* vera cordis fiducia, mediatoris unici merito et intercessione innixa supplex compellat ad Dei gloriam et suammet et aliorum salutem. (Holl. talar blott de oratione; Br. nämner ingendera.) —



Pars IV.

De mediis salutis.

§. 50.

Den H. Ande betjenar sig af yttre och synliga medel, genom hwilka han frambringar de ofwan beskrifna werkningarne på menniskorna [1]) och tillegnar dem frälsningen i Christo. Och blott då kunna wi med wißhet betrakta en werkning såsom härrörande ifrån den H. Ande, när den genom sådana yttre medel är kommen till oß [2]). Men sådana medel, hwilka wi kalla nådamedel, äro Guds ord och sacramenten. Alla de, hwilka genom deßa medel äro wordne delaktige af frälsningen i Christo, bilda derefter ett samfund, hwilket wi kalla kyrkan. Den fjerde delen afdelas alltså lämpligast i lärorna I. om Guds ord; II. om sacramenten såsom nådamedlen och III. om kyrkan [3]).

Cap. I.

De verbo divino.

I artikeln om Guds ord [4]) hafwa wi att betrakta deß werksamhet och deß indelning.

§. 51. Efficacia verbi d.

Den H. Ande, genom hwilken allena menniskan warder omwänd, werkar blott genom ordet; alltså måste i detta ord wara inneboende en kraft att frambringa alla desamma werkningar hos menniskan, hwilka förut i locus de statu gratiae äro beskrifne, och denna kraft är äfwen af den art, att den aldrig är utan följd, så wida icke å menniskans

sida motstånd göres deremot [5]). Guds ord tillkommer derföre efficacia, i. e. quod habet vim aut potentiam activam supernaturalem ac vere divinam ad producendos supernaturales effectus, scil. mentes hominum convertendas, regenerandas et renovandas. — Guds ord inskränker sig således icke blott dertill att endast till det yttre wisa menniskan wägen till frälsning och att angifwa medlen, huru hon kan ernå densamma [6]); ty kraften af detta ord är icke blott att förlikna med den kraft att öfwertyga, som äfwen finnes i ett menskligt tal, då det wäldigt är. Kraften i detta ord är således ingen naturlig, såsom den är, hwilken är inneboende i hwarje menskligt ord; utan den är en öfwernaturlig [7]). En sådan kraft tillkommer ordet derigenom, att den H. Ande sätter sig i förening dermed. Ty Han är ifrån det ögonblick, då ett Guds ord är förhanden, med detsamma oåtskiljaktigt och för alltid förbunden [8]); så att ordets kraft och werksamhet är fullkomligt identisk med den H. Andes [9]), en werkligt gudomlig [10]), och på samma sätt, som den H. Ande, kan det icke en gång tänkas utan denna kraft [11]). Således hafwe wi ingalunda att föreställa oß förhållandet mellan ordet och andan så, som om ordet blott wore det döda instrumentet, hwaraf den H. Ande betjenade sig [12]) eller som om den H. Ande då, när han genom ordet will werka, först skulle träda i förening med ordet, ifrån hwilket han annars wore skiljd [13]).

1) Quen. Actum hactenus de principiis nostrae salutis; sequuntur jam media, per quae ad eam pervenitur. Media proprie ita dicta a parte Dei sunt Verbum et sacramenta, salutaria spiritualis nostri morbi alexipharmaca. — Ordet och Sacramenten blifwa äfwen såsom media salutis subsumerade under det enda begreppet: Ordet, emedan sacramentum kallas verbum visibile.

Conf. Aug. V, 2. Form. conc. XI, 76. Pater neminem trahere vult absque mediis, sed utitur, tanquam ordinariis mediis et instrumentis, verbo suo et sacramentis. Art. Smalc. VIII, 3. Constanter tenendum est, Deum nemini spiritum vel gratiam suam largiri, nisi per verbum et cum verbo externo et praecedente, ut ita praemuniamus nos adversum Enthusiastas i. e. spiritus, qui jactitant, se ante verbum et sine verbo spiritum habere et ideo scripturam sive vocale verbum judicant, flectunt et reflectunt pro libito, ut faciebat Montanus et multi adhuc hodie, qui acute discernere volunt inter spiritum et literam. . . .

Holl. Media salutis sunt media divinitus ordinata, per quae Deus acquisitam a mediatore Christo salutem omnibus hominibus in peccatum prolapsis ex gratia offert, veramque fidem donat et

conservat, juxta atque omnes, meritum Christi finali fide amplectentes, in regnum gloriae introducit.

2) Form. conc. II, 56. De praesentia, operatione et donis spiritus s. non semper ex sensu (quomodo videlicet et quando in corde sentiuntur) judicari debet aut potest: sed quia haec saepe multiplici infirmitate contecta sunt, ex promissione verbi Dei certo statuere debemus, quod verbum Dei praedicatum et auditum revera sit ministerium et organon spiritus s., per quod in cordibus nostris vere efficax est et operatur.

3) Af det i förordet till art. de fide et justificatione sagda följer redan, att wi i 4 delen icke kunna bibehålla DD. hela anordning. Dy de afhandla först i denna del fides och opera, och kalla äfwen fides ett medium salutis, hwarföre de ock under begreppet media salutis subsumera wida mera, än wi göra. Detta kunde de, emedan de skiljde mellan: media salutis ex parte Dei δοτικά seu salutem exhibentia (verbum et sacramenta) och medium salutis ex parte nostri ληπτικὸν s. oblatam salutem apprehendens (fides merito Christi innixa). Widare behandlade de i denna afdelning äfwen läran: de novissimis (mors, resurrectio mortuorum etc.), under det de kallade media late dicta s. exsecutiva et isagogica, i. e. media divinitus ordinata, sine quorum antecessu Deus glorificationis sententiam non exsequitur, et quorum interventu proximo homines, perseveranter fideles, in summam beatitudinem introducuntur. — Sedan wi nu uppställt läran de fide på ett annat ställe, synes det oß bättre att äfwen skilja läran de novissimis ifrån denna afdelning för att i densamma kunna fasthålla det egentliga och egna begreppet medium salutis.

4) Ordet, hwilket uti art. de scriptura sacra blef betraktadt såsom kunskapskälla, blifwer här behandladt under synpunkten af ett medium salutis.

Holl. Verbum Dei hic non consideratur ut principium γνώσεως sive cognoscendi, sed ut medium πράξεως sive operandi, cujus interventu homo peccator a Deo ad aeternam salutem perducitur.

Redan på förhand anmärka DD., att de med Ordet ingalunda förstodo det skrifna ordets yttre bokstaf. Quen. Distinguendum inter verbum Dei materialiter pro characteribus, apicibus, literis et syllabis in charta sive membrana haerentibus . . vel etiam pro sono et vocibus externis in aere formatis . . . sed formaliter pro conceptu et sensu divino literis et syllabis in scriptione et vocibus in praedicatione expresso et exhibito. Isto modo tantum improprie et σημαντικῶς dicitur Verbum Dei, hoc vero modo κυρίως et proprie est Verbum Dei, sapientia Dei, mens Dei, consilium Dei. Non illis, sed huic vim et efficaciam divinam adscribimus.

5) Catech. maj. decal. 101. . . ea vis et virtus est, ut, ubi seria quadam animi agitatione revocatur in memoriam, aut auditur et tractatur, nunquam sine fructu evanescat, sed subinde nova quadam intelligentia, voluptate ac devotione auditorem afficiat, retineat ac excitet pectusque et cogitationes purificet. Neque enim verba sunt putrida aut emortua, succo et vigore carentia, sed plane viva et efficacia.

De symboliska böckerna utläta sig icke bestämdt om efficacia v. d. Likwäl är den af de följande DD. gifna utförligare bestämningen häraf, enligt hwilken denna vis är supernaturalis, om ock icke till orden, dock till sjelfwa saken afgjordt öfwerensstämmande med de symboliska böckernas åsigt.

Quen. Verbi divini haec nativa vis et indoles est, ut suadeat veritatem suam et nunquam non persuadeat, nisi per voluntariam adscititiam et naturali repugnantiae superadditam contumaciam, operatio ejus excutiatur et impediatur. Ordet är derföre alltid då, när det brukas, att tänka såsom werksamt; men om det har den af Gud affedda följden, beror tillika af menniskans förhållande. — Actus secundus dupliciter accipitur vel pro ἐνεργείᾳ et operatione vel pro ipso effectu. Si accipiatur pro ipsa ἐνεργείᾳ et operatione, verbo Dei praedicato, lecto, audito semper competit h. e. semper exserit sese in usu suo legitimo, cum Verbum Dei nunquam otiosum sit, sed semper operosum. At si accipiatur pro ipso effectu, hunc non semper assequitur ob impedimentum a subjecto interpositum sive ob cordium duritiem, in quae agit. — — Quamquam itaque effectus verbi divini praedicati nonnunquam impediatur, efficacia tamen ipsa, seu virtus intrinseca a verbo tolli et separari non potest. Et ita per accidens fit inefficax, non potentiae defectu, sed malitiae motu, quo ejus operatio impeditur, quominus effectum suum assequatur. Derföre är äfwen vis verbi divini icke irresistibilis, utan resistibilis. — Denna efficacia gäller lika om allt Guds ord, så wäl om lex, som om Evangelium, dock med åtskilnad: Quen. Quando verbo Dei vim et efficaciam divinam effectus spirituales producendi tribuimus, non de evangelio tantum, sed et de lege id intellectum volumus. Licet enim lex effectus gratiosos directe et per se non producat, h. e. fidem in Christum accendat et conversionem operetur, hoc enim potius evangelio adscribitur; non tamen propterea litera mortua est, sed et in suo genere efficax est, dum occidit, 2 Cor. III, 6. iram operatur, Rom. IV, 14. etc.

6) Efficacia verbi divini non est tantum objectiva aut significativa, qualis est statuae Mercurialis, quae viam ostendit, non efficit, ut viator ambulet; sed effectiva, quoniam verbum Dei non ostendit duntaxat viam salutis, sed et salvas facit animas.

7) Quen. Verbum Dei non agit solum per suasiones morales, proponendo nobis objectum amabile, sed etiam vero, reali, divino et ineffabili influxu potentiae suae gratiosae, ita ut efficaciter et vere convertat, illuminet etc., in illo, cum illo et per illud operante spiritu s.; in hoc enim consistit verbi divini et humani differentia. —

Br. (Scrpt. s. habet vim aut potentiam activam supernaturalem) nec in sermonis cultu, neque gravitate sententiarum aut rationum pondere oratorio quaerendam, sed omni vi agendi creata et finita superiorem. —

Öfwernaturlig är denna kraft, nemligen i motsats till den, som innebor i det menskliga talet. Ur en annan synpunkt kan hon dock äfwen kallas naturalis, emedan Guds ord alldeles icke kan tänkas utan en sådan efficacia. Quen. Naturalem verbo Dei efficaciam esse dicimus, quod naturaliter illi competat et de ejus essentia et natura sit,

ita ut non possit verum Dei verbum esse, nisi in se contineat istam divinam vim et virtutem convertendi etc. Men Br. anmärker: cavendae ambiguitatis et litium causa abstineri posse ab illa voce.

8) Holl. Vis divina communicata est verbo a spiritu s. cum eodem indivulse conjuncto. Således tillkommer ordet en vis et efficacia nativa et intrinseca, sive ipsi verbo intime inhaerens. — Bewisningen hemtar DD.: 1) ifrån de praedikater, hwilka det gudomliga ordet gifwer sig sjelft; Joh. VI, 63. Rom. I, 16. Hbr. IV, 12. 13. 1 Thss. II, 13. 1 Ptr. I, 23. Jac. I, 21; 2) ifrån de lika öfwernaturliga och gudomliga werkningar, hwilka blifwa tillskrifne Guds ord och den H. Ande; kallelsen 2 Tim. II, 14; upplysningen 2 Ptr. I, 19; omwändelsen Jer. XXIII, 29; nya födelsen 1 Ptr. I, 23; rättfärdiggörelsen 2 Cor. III, 9; helgelsen Joh. XVII, 17; 3) (Holl.) Verbum Dei, qua tale, non potest fingi sine divina virtute aut sine spiritu s., qui a verbo suo est inseparabilis. Nam si a verbo Dei separetur spiritus s., non esset id Dei verbum vel verbum spiritus, sed esset verbum humanum. Nec vero aliud est Dei verbum, quod in Deo est, vel quod inspiratum est viris Dei, quam quod in scripturis traditur aut praedicatur vel mente humana reconditur. Illud autem divinum sensum, consilium, mentem, sapientiam Dei esse, uti negari nequit, ita virtute divina destitui non potest.

9) Quen. Non est hic solum quaedam vel conjunctio aut unio distinctarum actionum, vel etiam unitas ἀποτελεσμάτων seu effectus aut ἐνεργημάτων statuenda, sed etiam unitas ἐνεργείας et operationis. Spiritus s. enim non distincte quid agit et verbum aliud quid distincte in hominis ἐπιστροφῇ, sed una eademque actione unum effectum et ἐνέργημα producunt. Ea namque causarum principalis et subordinate intrinsece sibi unitarum natura est et indoles, ut una eademque actione effectum perficiant. Sic anima et oculus unica actione vident, non distinctis actionibus.

10) Br. Nempe eadem illa infinita virtus, quae essentialiter, per se et independenter in Deo est, et per quam Deus homines illuminat et convertit, verbo communicata est, et tanquam verbo communicata, divina tamen, hic spectari debet. Men deraf följer ingalunda någon förblandning af Gud och ordet, i hwad som denna gudomliga kraft beträffar. Br. Diligenter ac saepe monuerunt, eandem quidem virtutem competere Deo et scripturae, verum non eodem modo: Dei enim eam esse essentialiter, principaliter, originaliter et independenter; verbo scripturae autem eam competere dependenter, participative aut per communicationem. Om ordet säges derföre, att det yttrar denna sin vim et efficaciam ὀργανικῶς vel instrumentaliter. Quen. Neque div. verbum est agens principale in conversionis, regenerationis et salvationis negotio, sed tantum idoneum medium sive organon, quo Deus in producendis effectibus spiritualibus ordinarie utitur, non quidem ex necessitate quadam et indigentia, quasi efficaciam suam, homines convertendi, ita alligaverit verbo suo, ut non possit vel ἀμέσως et absque ullo medio vel etiam per aliud organon aut medium, quam per verbum suum homines convertere etc., si vellet, sed ex libera sua voluntate, quia ita Deo placuit. 1 Cor. I, 21.

11) Quen. Sive verbum Dei legatur, sive non legatur, sive audiatur et fide suscipiatur, sive non, ista tamen efficacia effectuum spiritualium ipsi semper intrinsece inhaeret ex ordinatione et communicatione divina, nec demum advenit in ipso usu. Verbum enim Dei, qua tale, ne fingi quidem potest sine divina virtute et gratiosa spiritus s. operatione, quia a verbo Dei inseparabilis est. —

Holl. brukar följande bild: Internam suam vim et efficaciam habet et retinet etiam extra usum, sicut soli vis illuminandi constat, licet, objecta lunae umbra, nemo ipsum conspiciat, et sicut semen interna pollet efficacia, quamvis in agrum non sit sparsum.

För att undwika mißförstånd, anmärkes det uttryckligen, att ordet icke physice (per contactum agentis, sicut opium, venenum, ignis etc.), utan moraliter (illustrando mentem, commovendo voluntatem etc.) werkar och skilnad göres mellan efficacia verbi in actu primo et in actu secundo considerata; eller emellan efficacia och efficientia. Ty med satsen, att ordet äfwen extra usum werkar, menas blott det, att kraften i sig sjelf städse är inneboende i ordet, såsom i solen kraften att lysa, så att, då ordet skall skapa något, kraften härtill icke behöfwer först komma till ordet; men en bestämd werkan utöfwar först ordet då, när det rätt brukadt blifwer. Quen. Actus primus est ipsa δύναμις ἐνεργητικὴ, seu potentia operandi. Actus secundus est actualis operatio — actu secundo efficaciam suam non exserit verbum, nisi in usu legitimo. Quen. (ex thesibus contra Rathmannum): "Icke med orätta göra wi skilnad mellan kraften eller actum primum och den gudomliga werkan eller actum secundum af det lästa och predikade ordet. I och för sig sjelft är det alltid en kraft, eller har uti sig en kraft att röra hwar och en läsare och åhörare, både hycklarena och de troende och omwände, hwilken (kraft) icke är en physisk, uti bokstafwen innesluten, såsom medicamenternas; utan den är en gudomlig kraft, som alltid blifwer det lästa och predikade ordet af den H. Ande meddelad. Men denna kraft, fastän den alltid finnes hos och i det predikade ordet, så werkar den dock icke alltid; kraften yttrar sig icke alltid hos alla." Holl. förklarar det sagda genom följande exempel: Manus hominis dormientis nihil operatur, neque tamen operandi vis ei frustra indita est, nec manus, nihil operans, mortua est. . .

Såsom den Luth. Dogmatiken i allmänhet hade orsak att noga utweckla läran om det gudomliga ordets werksamhet i motsats mot Enthusiaster och Mystiker, hwilka läto den H. Ande mera werka utom ordet, än genom detsamma, och äfwen emot Calvinisterna, hwilka, föranledde af sin lära om praedestinationen, icke wille medgifwa, att denna kraft werkligen innebodde uti ordet, utan blott då, när Gud så wille; blef satsen, att ordet äfwen har kraft extra usum, med serdeles eftertryck uppstäld emot Rathmann (1628), hwilken nekade densamma och blott synes hafwa påstått en efficaciam verbi div. objectivam. (Quen. anförer följande påståendc af Rathmann: Comparat R. verbum Dei statuae Mercuriali, picturae, signo, itemque canali, instrumentis videl. plane passibilibus otiosis. — Asserit porro R. efficaciam divinam verbo Dei esse externam, quovis momento separabilem et mere παραστατικόν, spiritum s. cum sua virtute sese conjungere verbo in mente demum, animo vel corde hominis et in usu demum legi-

timo et salutari). Men en efficacia extra usum måste nödwändigt förfäktas, om icke Güds ord skulle blifwa ställdt på samma linea med hwarje menskligt ord.

Holl. sammanfattar denna lära så: V. D. est medium salutis efficacissimum, quippe cujus vis et efficacia non est tantum objectiva, sed etiam effectiva; non consistens in morali persuasione, sed in supernaturali operatione, non externa aut in usu humano superveniens, sed verbo intrinseca; non accidentalis, sed necessaria ex necessitate ordinationis divinae, atque adeo non separabilis, sed perpetua, extra usum quoque verbo divino, qua actum primum, competens. Est haec efficacia vere divina, eundem cum spiritu s., qui perpetuo cum verbo unitus est, producens effectnm, in quem spiritus influit una cum verbo per vim divinam, quae spiritui s. originaliter et independenter, verbo Dei communicative et dependenter propter mysticam verbi cum spiritu s. unionem intimam et individuam competit.

12) Quen. Disting. inter instrumenta mere naturalia, qualia sunt baculus Mosis, virga Aaronis etc. ad supernaturalem effectum producendum a Deo adhibita, et media sua essentia supernaturalia, qualia sunt Dei verbum, ut Dei verbum est, et sacramenta. Illa indigent novo motu et elevatione nova ad effectum novum ultra propriam suam et naturalem virtutem producendum; haec vero a prima institutione et productione sufficienti h. e. divina et summa vi ac efficacia praedita sunt, nec indigent nova et peculiari aliqua elevatione ultra efficaciam ordinariam, jamdum ipsis inditam ad producendum spiritualem effectum. De sednare DD. kalla derföre ordet heldre medium, än instrumentum spiritus s., om de ock icke förklara det sednare uttrycket, hwilket äfwen förekommer i de symb. böckerna, för alldeles falskt, så wida man icke derunder tänker sig något dödt instrument. Musaeus (hos Br.) skiljer mellan instrumenta, quae cum causa principali conjuncta non suut, nisi in usu v. gr. securis, malleus, och mellan instr., quae causam principalem etiam extra usum sibi semper conjunctam habent supposito et virtute, och finner uttrycket instumentum, om ordet brukadt, blott i sista bemärkelsen tillåtligt. En annan skilnad är den mellan instr. passiva et cooperativa. — Men Quen.: Largimur verbum Dei instrumentum vel causam organicam conversionis etc. appellari posse, in concreta vid. et ministeriali verbi consideratione, quatenus verbum externe legitur aut praedicatur. Haec enim externa media vere sunt organa, in quae spiritus s. cum virtute sua et efficacia influit. —

13) Hülsem. hos Quen. Illa, quam vocant, sensuum verbi elevatio nequaquam est accessoria quaedam et separata vis spiritus s., quae a verbo uspiam absit, sed verbum Dei in se indole sua naturali complectitur illam divinam vim et ingerendi *δύναμιν* admirandam atque inexplicabilem secus, quam Senecae et Catonis sententiae ad percellendos lectorum animos comparatae.

§. 52. Lex et evangelium.

Guds ord delar sig, efter de olika werkningar, hwilka det frambringar hos menniskan, hwars frälsning det will befordra, uti Lag och Evangelium [1].

I. Lagen, i hwilken Gud genom bud och förbud har kungjort för menniskan sin wilja och till hwars uppfyllande Han henne förpligtat [2], är till sitt widsträcktaste omfång dels allmän och för alla tider gällande; dels gifwen blott för en wiß tid och under wißa omständigheter. Den förra kallas lex moralis, som blifwer sig lika under alla tider; Guds föreskrifter, rörande alla förnuftiga warelser, med afseende på wårt sedliga lif [3]. Den andra nämnes lex ceremonialis et forensis, som innehåller de gifna ceremoniella, och borgerliga föreskrifter, som gåfwos Judarne för den judiska Theocratiens tid [4]. Blott den första kommer här i betraktande. Innehållet af densamma har först i skapelsen blifwit inskrifwet i menniskans hjerta (hwadan den ock kallas lex naturae), och menniskorna hade i densamma, så länge de förblefwo i det af Gud medskapade tillståndet, ett fullständigt rättesnöre för deras sedliga lif [5]. Men sedan deras förstånd blef förmörkadt genom fallet och de blott ofullkomligt förnummo Guds röst i sina hjertan, wardt ett annat sätt behöfligt, hwarigenom Gud skulle gifwa dem tillkänna sin ewiga wilja, och detta har fullständigast skett i lagstiftningen på Sinai [6]. Här, då wi indela Guds ord i lag och evangelium, förstå wi med lagen endast denna så uttalade Guds wilja. Denna innehåller den fullständigaste norm för wårt sedliga lif [7]; men förpligtar äfwen oß till den noggrannaste efterlefnad af densamma och hotar i fall af öfwerträdelse med timliga och ewiga straff [8]. Men det närmaste ändamålet, hwarföre Gud har gifwit lagen, är det, att den skulle werka kännedom af synden och göra menniskan beqwäm för frälsningen i Christo. Det första sker derigenom, att lagen gör för menniskan det afstånd märkbart, hwilket äger rum mellan lagens fordringar och hennes eget beteende. Det andra sker derigenom, att menniskan, ju mer hon tillbakasätter lagens fordringar, warder förskräckt och känner sig drifwen att se sig om efter skydd för Guds wrede, hwarmed hwarje öfwerträdelse af hans bud hotas. Alltså drifwer lagen menniskan till Christus, hwilken utlofwar ett sådant skydd. Om lagen sä-

ges

ges derföre, att den innehåller en concio poenitentiae, och till lagen räkne wi derföre allt, som förmår werka en sådan bot och bättring 9). Utomdeß tjenar äfwen lagen dertill, att hos de opånyttfödde uppehålla en yttre tukt och ärbarhet. Men för de pånyttfödde innehåller han det fullständiga rättesnöret för deras sedliga lif, såsom norm för deras inre och yttre förhållande. Efter deßa särskilda ändamål, för hwilka lagen är gifwen, indelar man usus legis in usum politicum, elenchticum, paedagogicum och didacticum 10). —

II. Evangelium. Såsom lagen har till sitt innehåll förkunnandet af den gudomliga wiljan, och lofwar dem, som iakttaga den, belöning, men hotar öfwerträdaren med straff; så har Evangelium, till skilnad ifrån lagen, till sitt innehåll läran om syndernas nådefulla förlåtelse, hwilken kan tillfalla oß, utan förskyllan, för Christi skull genom tron 11). I Evangelii predikan är alltså medlet anwisadt menniskan, huru hon kan undgå den fördömelse, hwarmed lagen hotar henne, och denna predikan börjar då, när menniskan genom lagen blifwit bragt till kännedom af sina synder; och den framställer för henne då Guds nåd, Christi förtjenst och alla dermed förbundna wälgerningar 12) och will werka tron hos henne, hwarigenom hon tillegnar sig frälsningen i Christo. Så olika derföre äfwen lagen och evangelium till sin betydelse äro 13), så finnes dock ingen motsägelse emellan dem båda; utan såsom båda på samma sätt äro af Gud gifne, så äro ock båda alltid gällande, hafwa att utföra hwardera sitt werk med menniskorna och wilja till sina yttersta ändamål alldeles detsamma, nemligen menniskornas frälsning 14), till hwars åstadkommande bådadera bidrager i sin mån. Ty såsom genom lagens predikan werkas kännedom om synden samt synda-ånger, så warder tron werkad genom evangelii predikan. Den enas werksamhet sluter sig således till det andras; men den enas werksamhet upphör derföre icke helt och hållet då, när det andras werksamhet inträder. Ty äfwen för den pånyttfödde förblifwer lagen en norm, hwarefter han inrättar sitt sedliga lif, och alstrar hos honom den dagligen sig förnyande ångern och bättringen, under det den upptäcker för honom hans ännu alltid syndiga wäsende 15).

1) Indelningen af det gudomliga ordet efter deß historiska uppenbarelse i werlden uti G. och N. Test. hörer till locus de scriptura sacra. Hit hörer deremot den ofwanföre uppgifna indelningen, då det här är fråga der-

om att ur Guds ord härleda och förklara de serskilda werkningar, hwilka behöfwas till deß menniskan bliswer wunnen för frälsningen i Christo. Denna indelning rättfärdigas af Joh. I, 17 och 2 Cor. III, 6. Således äro här lex och ev. icke identiska med G. och N. Testamentet, utan fastmera innehåller så wäl det G. som det N Test. en concionem poenitentiae och en conc. remissionis peccatorum. Form. conc. V, 23. Haec autem duo doctrinarum genera (scil. poenitentiae et fidei) jam inde a condito mundo in ecclesia Dei, convenienti tamen discrimine, proposita fuere. Patriarcharum enim posteri non modo assidue in memoriam revocarunt, quod homo initio a Deo justus et sanctus creatus, fraude autem serpentis mandatum Dei transgressus peccator sit factus . . . sed rursus se erexerunt et consolati sunt dulcissima illa concione de semine mulieris . . . et de filio Davidis, qui regnum Israelis restaurare debebat et lumen gentium futurus erat. . . .

2) Holl. Lex divina est jussum Dei, quo summus hic Dominus et legislator hominibus facienda praecipit et fugienda prohibet, eosdem obligans ad praestandam perfectam obedientiam, aut, hac deficiente, ad poenam. — De andra betydelserna af ordet lex: det tages a) pro universa doctrina coelesti P . I, 2; b) pro scripturis V. T. Joh. XV, 25. 1 Cor. XIV, 21; c) pro pentateucho Mosaico Luc. XXIV, 44. Holl. Hic autem accipiuntur voces legis et evangelii, quatenus adaequate sibi contradistinguuntur. . .

3) Holl. Lex divina est vel universalis et perpetua, vel particularis et temporaria. L. universalis et perpetua est immutabilis omnium actuum moralium regula, qua Deus omnes homines obligat ad faciendum id, quod honestum et rectum, fugiendum id, quod turpe et injustum est. Vocatur etiam lex moralis. Lex particularis et temporaria est, quam Deus solis dedit Israelitis, eosque ad obedientiam obstrinxit: quae cadente Hebraeorum politia et ipsa cecidit, estque vel caeremonialis vel forensis.

4) Holl. I. Lex caeremonialis est jussum Dei, quo summus hic dominus et legislator populum V. T. obligavit et per Mosen certam formam externi cultus ei praescripsit, ut homines peccatorum commonefaceret, contritis redemtorem eminus ostenderet, et gratiam foederalem per duo sacramenta et varia sacrificia applicaret et obsignaret. Cultus externus, populo Dei in V. T. praescriptus, consistebat in certis ritibus observandis circa personas, res, loca et tempora sacra.

Finis legis caeremonialis principalis est tum beneficiorum Christi significatio et adumbratio, tum eorundem per sacramenta et sacrificia applicatio. Finis minus principalis est commonefactio de peccato, εὐταξία in conventibus et actionibus ecclesiasticis, ecclesiae judaicae ab omnibus gentium coetibus segregatio.

II. Lex forensis seu judicialis est jussum Dei, quo is Israelitas temporibus V. T. obligavit et iisdem formam gubernationis politicae per Mosen praescripsit, ut externa disciplina in societate civili conservaretur, et politia judaica, in qua Christus nasciturus erat, ab aliarum gentium politiis discerneretur. Lex

forensis tradit praecepta de omnibus iis rebus, quae ad administrationem reipublicae Israeliticae pertinent et sub forum aut judicium Judaeorum cadunt.

Finis legis forensis est a) conservatio externae disciplinae in societate civili, b) discretio politiae judaicae ab aliarum gentium politiis. —

5) Br. Vocatur alias lex nâturae, quia versatur circa ea, quae natura aut per se honesta et turpia sunt: sive quae naturae rationali, ut tali, conveniunt vel disconveniunt. Dicitur et lex moralis, quatenus spectat ad mores sive rationem vivendi, quae creaturam rationalem decet aut dedecet.

Holl. Lex naturalis est jussum Dei omnium mentibus naturaliter impressum, quo informantur et obligantur ad faciendum ea, quae per se sunt recta et honesta, et ad fugiendum ea, quae per se sunt iniqua et turpia.

Quen. Est lumen et dictamen rectae rationis homini divinitus inditum, in intellectu hominem communibus notionibus ad justi et injusti, honesti ac turpis discretionem informans, ut quid faciendum fugiendumque sit intelligat. — Promulgata est lex illa primum in ipsa creatione, cum conferretur hominibus notitia primorum practicorum et facultas, eadem ad singulas actionum circumstantias applicandi. —

6) In natura corrupta magna pars legis naturalis per peccatum obscurata est . . . ac ideo nova legis promulgatio in monte Sinai fuit instituenda, quae lex Sinaitica jam peculiariter dicitur lex moralis. — Form. conc. V, 17. — credimus . . . quod lex proprie sit doctrina divina, in qua justissima et immutabilis Dei voluntas revelatur, qualem oporteat esse hominem in sua natura, cogitationibus, verbis, factis, ut Deo probari et acceptus esse possit. Simul autem transgressoribus Dei iram et temporalia atque aeterna supplicia lex denunciat.

Holl. Lex moralis, specialiter dicta, est jussum Dei legi naturali verbo divino revelato superadditum, inde ab origine mundi saepius repetitum, et tandem in monte Sinai solemniter promulgatum, atque in literas relatum, distincte praecipiens honesta et prohibens turpia, omnes motus externos et internos dirigens, omnesque homines obligans ad obedientiam perfectissimam, vel, hac deficiente, ad poenas exquisitissimas. Grh. Legis moralis summa extat in decalogo. DD. låta merändels lex Sinaitica föregås af en lex primordialis, hwarmed de förstå de uppenbarelser, som blifwit gifne de första menniskorna och patriarcherna. Holl. Primordialis l. moralis est, quae tum primis parentibus praefixa (Gen. II, 18), tum posteris eorum voce Dei patefacta, et per patriarchas ulterius exposita atque declarata fuit, usque ad solemnem illam legis in monte Sinai promulgationem. — Lex moralis primord. et Sinaitica non differunt dogmatum substantia, sed alio atque alio revelationis modo. — Om således före fallet en i denna form gifwen lag icke war nödwändig, så blef den efter fallet så mycket nödwändigare. Grh. In natura adhuc integra idem omnino erant lex naturae et lex moralis, sed in natura corrupta magna pars legis naturalis per peccatum ob-

scurata est, et tantum particula quaedam de externa obedientia in hominis mente reliqua mansit, quae causa etiam primaria est, propter quam solemnem legis suae promulgationem ac repetitionem in monte Sinai Deus ipse constituit.

Holl. Per lapsum primorum hominum et insecuta lapsum peccata valde obliterata est (lex nat.); remanserunt tamen quaedam ejusdem vestigia, nempe universalia principia, ex quibus discrimen honestorum et turpium naturaliter innotescit, Rom. II, 15. Äfwen nu skiljer den sig ifrån lex mor. specialiter dicta icke genom sitt innehåll, utan, så wäl genom sitt olika uppkomstsätt, som genom sin nuwarande ofullkomlighet.

Holl. Non differt l. naturalis a lege m. specialiter dicta materialiter, si quidem summa legis naturalis continetur in decalogo, sed distat ab eadem formaliter. Nam 1) lex nat. est intimis hominum animis per naturam inscripta, lex moralis est extrinsece promulgata, voce Dei patefacta et in literas relata; 2) lex nat. est imperfectior et obscurior, l. mor. perfectior et clarior est. Illa dirigit externam disciplinam; haec cum internos tum externos motus hominum regit et temperat.

7) Wi finna derföre hos DD. en noggrann utläggning af Decalogen, egentligen innehållande hela Ethiken. Chemn. Tanta est brevitas in praeceptis decalogi, ut Moses ea appellet decem verba. Et tamen sub illa brevitate comprehenditur, quidquid pertinet ad dilectionem Dei et proximi, et breves illae sententiae debent esse regula et amussis, unde agnoscatur, quae sint peccata.

8) Quen. Forma legis moralis interna consistit in vi directiva et coactiva circa facienda et fugienda moralia, conscientiam ad obedientiam perfectissimam, aut, nisi haec praestetur, praevaricatorem ad poenas exquisitissimas, temporales et aeternas, obligans. Jac. II, 10. Mtth. V, 19. Deut. XXVII, 26. Gal. III, 10. Och dessutom: lex postulat conformitatem non tantum in externis actionibus, sed etiam in internis: nec satisfieri sibi dicit qualicunque interiori conatu voluntatum, sed requirit dilectionem, i. e. motus ardentissimos et quidem ex toto corde, tota anima et omnibus viribus. —

9) Form. conc. ep. V, 4. Quidquid extat in s. literis, quod peccata arguit, id revera ad legis concionem pertinet. Såsom G. T. således äfwen innehåller Evangelium; så innehåller N. äfwen lagen. Form. conc. V, 12. Interim tamen verum est et recte fit, quod apostoli et ev. ministri concionem legis confirmant, eamque inchoant apud eos, qui peccata sua nondum agnoscunt et sensu irae Dei nondum sunt perturbati. — Till concio legis kan derföre ifrån en wiß ståndpunkt äfwen predikan om Christi död räknas: (F. C. V, 12) Imo quae magis severa et horrenda significatio atque concio irae divinae adversus peccata est, quam illa ipsa passio et mors Jesu Christi, filii Dei. Verum tamen, quoad haec omnia iram Dei ostendunt et hominem terrent, nondum sunt proprie evangelii aut Christi concio, sed potius Moses et lex contra impoenitentes.

10) Holl. 1) Usus legis politicus consistit in conservatione externae disciplinae, ut feri et indomiti homines a sceleribus gravioribus, propositis poenis et praemiis, avertantur. Juxta hunc

usum lex est frenum aut repagulum, quo peccatores coërcentur. 2) Usus elenchticus consistit in peccatorum manifestatione et redargutione, juxta atque severissimi judicii divini demonstratione. Rom. III, 2. Juxta hunc usum lex est speculum peccati. (Men med rätta anmärkes det redan af Form. conc., att lagen först i Evangelii tid kan fullständigt tillwägabringa den afsedda kännedomen af synden. F. C. epit. V, 8. quod ad revelationem peccati attinet, sic sese res habent. Velum illud Mosis omnium hominum oculis est obductum, quam diu solam legis concionem, nihil autem de Christo audiunt. Itaque peccata sua ex lege non vere agnoscunt: sed aut hypocritae fiunt, qui justitiae propriae opinione turgent, quales olim erant Pharisaei, aut in peccatis suis desperant, quod Judas proditor ille fecit. Eam ob causam Christus sumsit sibi legem explicandam spiritualiter, et hoc modo ira Dei de coelo revelatur super omnes peccatores, ut, vera legis sententia intellecta, animadvertatur, quanta sit illa ira. Et sic demum peccatores ad legem remissi vere et recte peccata sua agnoscunt. Talem vero peccatorum agnitionem solus Moses nunquam ex ipsis extorquere potuisset.) 3) Usus paedagogicus consistit in compulsu indirecto ad Christum. Quamvis enim lex formaliter directeque Christum nec sciat nec doceat; attamen accusando, convincendo, terrendo oblique compellit peccatorem ad quaerendum solatium et auxilium in Christo redemtore. Itaque lex est paedagogus ad Christum. Gal. III, 24. 4) Usus didacticus consistit in informatione et directione omnium actuum moralium internorum et externorum. Sic lex est perpetua vivendi regula. Mtth. V, 17. —

Quen.: Primus usus pertinet ad irregenitos et peccatores obstinatos: secundus et tertius ad homines justificandos, quartus ad justificatos et renatos. — Form. conc. och de äldre DD. anföra blott usum triplicem: usum politicum, paedagogicum et didacticum. De sednare DD. indelade efter en noggrannare åtskilnad usus paedagogicus uti 2:ne hälfter, af hwilka de kallade den ena usum elenchticum. — Den under den antinomistiska striden wäckta frågan: an lex etiam renatis inculcanda et ejus observatio apud eos urgenda sit? afgjorde Form. conc. ep. VI, 4. så: etsi renati et spiritu mentis suae renovati sunt, tamen regeneratio illa et renovatio in hac vita non est omnibus numeris absoluta, sed duntaxat inchoata. Et credentes illi spiritu mentis suae perpetuo luctantur cum carne h. e. cum corrupta natura, quae in nobis ad mortem usque haeret. Et propter veterem Adamum, qui adhuc in hominis intellectu, voluntate et in omnibus viribus ejus infixus residet, opus est, ut homini lex Dei semper praeluceat... Men der lagen ännu förehålles de pånyttfödde, bestämmes dess betydelse närmare sålunda: quod hoc loco vocabulum legis unam tantum rem significat, immutabilem videlicet voluntatem Dei, secundum quam homines omnes vitae suae rationes instituere debeant. . .

11) Form. conc. epit. V, 5. Ev. proprie doctrinam esse censemus, quae doceat, quid homo credere debeat, qui legi Dei non satisfecit et idcirco per eandem damnatur: videlicet quod illum credere oporteat, Jesum Christum omnia peccata expiasse atque pro iis satisfecisse et remissionem peccatorum, justitiam coram Deo consistentem et vitam aeternam, nullo interveniente peccatoris illius merito, impetrasse. F. c. sol. decl. V, 21. Quidquid pavidas

mentes consolatur, quidquid favorem et gratiam Dei transgressoribus legis offert, hoc proprie est et recte dicitur evangelium, h. e. laetissimum nuntium, quod Dominus Deus peccata nostra nolit punire, sed propter Christum condonare. —

Br. Ev. est doctrina de gratia Dei et gratuita remissione peccatorum propter Christum mediatorem ejusque meritum fide apprehensum. Så wida derföre denna nåd redan i G. T. är antydd; innehåller äfwen G. T. evangelium (cf. not. 1). Derföre säger Br.: quae (doctrina) non solum in N. T. verum etiam in V. T. suo modo (in N. T. clarius) revelata fuit. Sådana antydningar i G. T. antagas utom i Protevangelium hos Patriarcherna och Propheterna, äfwen uti Ceremonial-lagen. Br. certum est, ea, quae in legibus caeremonialibus continebantur, etsi, quatenus praecipiebant certas actiones et ritus, vim legis haberent: quatenus tamen Christum mediatorem ejusque meritum fide amplectendum certis ritibus, velut typis aut umbris, repraesentabant, evangelio recte accenseri. Om Lagens och Evangelii förhållande till G. och N. T. Quen. T. V. et lex et deinde T. N. et evangelium non usque quaque identificantur, sed distincta sunt: Differunt enim ut continens et contentum. Nam T. antiquum continet legem ceu aliquam sui partem, non excluso evangelio, et T. N. itidem continet evangelium, velut aliquam sui partem, non exclusa lege, et sic dispositio Dei evangelica de remissione peccatorum, gratia et salute per Christi mortem obtinenda non in N. T. libris tantum, sed etiam in libris V. T. proponitur. —

Äfwen ordet evangelium kan brukas i olika bemärkelse. Holl. generaliter minusque proprie pro universa doctrina N. T., quae a Christo et apostolis proposita est. Mr. I, 1, XVI, 15. specialiter pro doctrina gratiae de gratuita peccatorum remissione, per fidem in Christum impetranda, sive ea in novo sive in V. T. habeatur. Rom. X, 15. Hbr, IV, 2. specialissime pro doctrina de Messia jam exhibito. Rom. I, 1. Här blifwer ordet taget i sin andra betydelse, ty derigenom skall den werkan beskrifwas, hwilken är skiljd ifrån lagens. (Holl. quia sensu speciali evangelium adaequate legi contradistinguitur). Genom den riktiga åtskilnaden mellan desa betydelser afgöres ock den frågan huruwida Evangelium är en concio poenitentiae. Form. conc. ep. V. 5. Credimus etc., si vocabulum evangelii de tota Christi doctrina (alltså in sensu generali) accipiatur, quam ipse in ministerio suo professus est, recte dici et doceri, evangelium esse concionem de poenitentia et remissione peccatorum: Quando vero lex et evangelium, sicut et ipse Moses, ut doctor legis, et Christus, ut doctor evangelii, inter se conferuntur, credimus, docemus et confitemur, quod evangelium non sit concio poenitentiae, arguens peccata; sed quod proprie nihil aliud sit, quam laetissimum quoddam nuntium et concio plena consolationis. . .

Jfr. om hela den antinomistiska striden Form. conc. V, hwarest ock de särskilda yttringarne om lex. och ev. uti de föregående symb. böckerna blifwa förklarade enligt de uppgifne särskilda betydelserna af desa båda begrepp.

12) Form. conc. V, 24. Haec duo doctrinae christianae capita credimus atque profitemur usque ad novissimum diem sedulo,

convenienti tamen discrimine, in ecclesia Dei proponenda atque urgenda esse. Concione enim legis ejusque gravissimis comminationibus in ministerio N. T. mentes impoenitentium hominum perterrefaciendae atque ad veram peccatorum suorum agnitionem et ad agendam poenitentiam sunt adducendae. Id tamen non eo modo, ut propter peccata desperent, sed ut ad Christum confugiant. . . Quare post agnita peccata ex lege, mentes perturbatae erigendae sunt, ut ex evangelii de Christo praedicatione solidam consolationem capiant. . .

Holl. Ev. praedicat et offert nobis gratiam Dei, meritum Christi et parta ab eodem beneficia omnia. Quen. Forma est promissio gratiae gratuita. Rom. III, 24. IV, 13. 14. 16. Gal. III, 18. et ad fidem ordinata. Joh. III, 16. Mr. XVI, 16. Act. X, 43. Rom. X, 9. 10.

13) Skilnaden blifwer på följande sätt anaifwen: Lex moralis et evangelium differunt a) patefactionis et cognitionis modo — lex ex lumine naturae quodammodo nota est; cum mentibus hominum in prima creatione sit insita, nec per lapsum prorsus exstincta. Rom. II, 15. Evangelium autem mysterium est humanae rationi plane absconditum, per filium Dei ex sinu aeterni patris prolatum et nobis revelatum. b) Ratione objecti — lex est doctrina operum; praescribit enim et praecipit facienda et fugienda, unde lex operum dicitur, Rom. III, 27. Evangelium vero est doctrina fidei; proponit enim Christum mediatorem ipsius meritum et eo partam justitiam et salutem fidei amplectendam: idcirco dicitur lex (doctrina) fidei, Rom. III, 27. c) Promissionum diversitate — promissiones legis sunt conditionales et compensatoriae; quae promittunt quidem vitam, sed sub conditione obedientiae propriae, perfectae et perpetuae. Promissiones autem evangelicae sunt gratuitae; quia promittunt vitam non ob obedientiam propriam, sed alienam, nempe Christi, vera fide apprehensam. Sunt igitur promissiones evangelicae absolutae et inconditionatae, non simpliciter, sed respectu conditionis legalis et meritoriae, licet non excludant conditionem evangelicam sive fidem, quae omni caret merito, atque usum mediorum fidei. d) Subjecto, cui proponenda sunt — lex proponenda et acriter inculcanda est impiis et contumacibus peccatoribus, ut ad contritionem perducantur; evangelium applicandum est contritis, ut fidem in Christum concipiant. e) Effectorum disparitate — lex delinquentes accusat inobedientiae, convincit, damnat, terret (Rom. III, 20. IV, 15. 2 Cor. III, 3; ev. vero ostendit mediatorem, solatur, absolvit, vivificat, Luc. II, 29. IV, 18. 2 Cor. III, 6. Såsom en ytterligare skilnad förtjenar äfwen den, af Holl. på ett annat ställe anförde, här ett rum: Lex divina homini lapso non est medium causale et collativum salutis, sed est tantum medium paedagogicum, homini peccatori causale salutis medium quaerenti. Gal. III, 24. Ducit lex ad Christum non directe, sed sicut morbus ad medicum ducit, indirecte et per occasionem monstratae ἀδυναμίας, salutem obtinendi per legem.

14) Br. Conveniunt lex et ev. a) quoad auctorem, qui utrinque Deus est; b) quoad subjectum, cui data sunt, quod sunt omnes homines; c) quoad finem per se intentum, qui utrinque est salus aeterna; d) quoad durationis terminum, qui est finis mundi.

15) Holl. Lex et evangelium in praxi quovis puncto mathematico sunt conjunctiora. Confluunt enim ad poenitentiam peccatoris (poenitentia constat e duabus partibus, contritione et fide, adeoque est ἀποτέλεσμα, sive communis effectus gratiae convertentis et regenerantis. Lex in convertendo homine agit, quod suum est, excitando vel operando contritionem. Evangelium in homine regenerando etiam agit, quod suum est, accendendo fidem in Christum. Resultat igitur poenitentia, tanquam ἀποτέλεσμα, ex confluxu legis et evangelii.), ad renovationem hominis justificati (in sanctificando homine lex praesto est principium normativum, sive ut regula vitae sanctae; praescribit enim et docet, quae agenda, quaeque omittenda sint, et obligat ad obedientiam: non autem confert novas vires ad vitam spiritualem et sanctam. Succurrit igitur evangelium, ut principium productivum, quod facultatem et vires homini suppeditat in viis Domini recte incedendi. Quare ad unam actionem sanctam concurrit lex et evangelium in negotio renovationis.), ad conservationem hominis renovati in perseverantia fidei et pietatis. (Lex comminationibus suis movet hominem renovatum, ut desideria carnis comprimat fortius, ne a carne victus in peccatum mortale prolabatur et fide excidat. Evangelium collatis subinde novis viribus fidem confirmat et auget, ut homo renovatus in fide et sanctitate perseveret. Adjice, quod solum evangelium commonstret discrimen inter peccatum mortale et veniale. Utrumque prohibet lex, ut renovatus, suam imperfectionem agnoscens, quotidianam poenitentiam continuet. Evangelium animum ipsius, imperfectae obedientiae ac peccati sensu labescentem, erigit docendo, quod nihil condemnationis sit in iis, qui in Christo Jesu sunt, non secundum carnem ambulantes, sed secundum spiritum, Rom. VIII, 1). —

Cap. II.

De sacramentis.

§. 53. Sacrament i allmänhet.

Frälsningsnåden förlänas menniskan, icke blott genom ordet, utan äfwen genom sacramenterna [1]), och likasom i förra fallet Ordet, så är ock här ett yttre och synligt element, hwilket i en helig handling bibringas menniskan, den H. Andes werktyg [2]). Sacrament är sålunda en helig, af Gud anordnad handling, i hwilken medelst ett yttre, synligt tecken frälsningsnåden warder menniskan meddelad, eller menniskan, om hon redan besitter den, derom förwißad [3]). Af sådana heliga handlingar räknar den evangeliska kyrkan blott twå, dopet och nattwarden, och af deßa båda kunna wi hemta de kännetecken, genom hwilka en helig handling

bewisar sig såsom sacrament [4]). Deßa kännetecken äro följande: 1) Måste en särskild gudomlig wilja wara uttalad, att i den heliga handlingen ett yttre element skall till något sådant anwändas. Ty då en sådan kraft och werkan på intet sätt finnes hos ett yttre element såsom sådant, utan densamma först i följd af en särskild gudomlig wilja detsamma tillkommer; så hafwe wi att wänta en sådan hos ett yttre element blott då, när det gudomliga ordet försäkrar oß derom. 2) Måste i Guds ord det löftet wara oß gifwet, att genom anwändandet af detta element den evangeliska frälsningsnåden warder förmedlad [5]). — Genom deßa kännetecken åtskilja wi derföre sacramentet ifrån andra heliga handlingar; men uti det så genom ordet inwigda elementet ligger då för oß icke blott det allena, som af de yttre sinnena förnimmes; utan wi hafwe tillika att antaga ett osynligt, högre, såsom närwarande och werkande genom elementerna; så att sacramentets beståndsdelar äro 2, en synlig och en osynlig [6]). Af det sagda följer widare, att en helig handling blott då är ett sacrament, när alla de ofwannämnda kännetecknen på en gång finnas tillsammans och om densamma warder förrättad fullkomligt på det af instiftaren föreskrifna sätt och till det af honom bestämda ändamål [7]). Således måste 1) instiktelseorden blifwa enligt instiktarens mening wid sjelfwa handlingen uttalade; emedan elementet förut blott och bart är ett yttre och werkningslöst. 2) Måste det blifwa utdeladt och annammadt på det af stiftaren föreskrifna sättet [8]) och bör 3) utdelas blott till sådana, hwilka redan tillhöra kyrkan eller ock just genom sacramentet wilja uti densamma upptagas. Ändtligen fordrar ordningen sjelf att det, utom i wißa särskilda fall, warder utdeladt af kyrkans tillförordnade tjenare [9]). Hwarest nu wid den heliga handlingen detta allt warder efter instiktarens föreskrift iakttaget, der är densamma ett sacrament, och hwarken den sedliga beskaffenheten eller den inre wiljan hos administranten [10]), eller mottagarens tro [11]) måste först tillkomma såsom oundgängliga för att göra handlingen till ett sacrament. Men wäl är sacramentets wälsignelserika eller fördömande werkan betingad af mottagarens tro eller otro, på samma sätt som förhållandet är med det gudomliga ordets werkan [12]). Sacramentets närmaste ändamål är ändtligen det, att det meddelar frälsningsnåden åt menniskan eller derom förwißar den, som redan äger henne [13]). Men derjemte tjena sacramenten, emedan de blott förrättas inom kyrkan,

dertill, att desamma, hwilka undfå dem, derpå kunna blifwa kände såsom medlemmar af kyrkan och att erinra mottagarne om de wälgerningar, som uti dem äro förebildade; att drifwa dem till ny ömsesidig kärlek till dem, hwilka för samma ändamål hafwa församlat sig, och att uppwäcka dem till det inre andeliga lifwet, hwilket i sacramenten är symboliskt antydt [14]).

1) Br. Cum praeter verbum Dei etiam sacramenta sint regenerationis, conversionis et renovationis, atque adeo fidei conferendae, obsignandae et augendae organa, de his etiam distinctius agendum est.

2) Quen. Verbo evangelii Deus addidit, tanquam alterum salutis medium δοτικὸν, sacramenta, quae sunt verbum visibile. Det gifwes sålunda, noga taget, blott ett medium salutis; ty genom båda blifwer den ena och samma frälsningsnåden för menniskorna förmedlad; den ena gången genom det blotta ordet, den andra gången genom ett yttre och synligt element. Chemn. ex. c. Trd. Quia Deus in iis, quae ad salutem nostram pertinent, per certa media vult nobiscum agere et hunc usum ipse ordinavit et instituit verbum promissionis evangelii, quod aliquando simpliciter per se sive nudum proponitur, aliquando vero vestitum seu visibile factum, certis a Deo institutis ritibus seu sacramentis. — De båda media salutis skilja sig derföre blott genom arten och sättet, hwarpå de werka på menniskorna. Ap. conf. VII, 5 Sicut verbum incurrit in aures, ut feriat corda: ita ritus ipse incurrit in oculos, ut moveat corda. Deras werkan är densamma. Ap. conf. l. c. Idem effectus est verbi et ritus, sicut praeclare dictum est ab Augustino, sacramentum esse verbum visibile, quia ritus oculis accipitur, et est quasi pictura verbi, idem significans, quod verbum. Quare idem est utriusque effectus. — cf. nedanföre not. 13. —

3) Ap. conf. VII, 3. (Sacramenta) ritus, qui habent mandatum Christi, et quibus addita est promissio gratiae. Ap. conf. XII, 18. Sacr. est caeremonia vel opus, in quo Deus nobis exhibet hoc, quod offert annexa caeremoniae promissio.

Br. Definiri potest sacramentum in genere, quod sit actio divinitus ex gratia Dei propter meritum Christi instituta, circa elementum externum et sensibile occupata, per quam, accedente verbo institutionis, hominibus confertur aut obsignatur gratia evangelii de remissione peccatorum ad vitam aeternam. Grh Sacr. est sacra et solennis actio divinitus instituta, qua Deus mediante hominis ministerio sub visibili et externo elemento per verbum certum bona coelestia dispensat ad offerendam singulis utentibus ac credentibus adplicandam atque obsignandam promissionem de gratuita remissione peccatorum evangelii propriam. —

Holl. Sacr. est sacra et solemnis actio divinitus instituta, qua Deus, interveniente hominis ministerio, per externum et visibile elementum cum verbo institutionis conjunctum, rem coelestem (seu bona coelestia) singulis utentibus exhibet, ad offerendam omnibus hominibus et conferendam credentibus atque obsignandam gratiam

evangelicam. Hutt. Sacr. est actio sacra, divinitus instituta, tum elemento sive signo externo, tum re coelesti constans, qua Deus non solum obsignat promissionem gratiae, h. e. gratuitae reconciliationis, evangelii propriam; sed etiam bona coelestia, in singulorum sacramentorum institutione promissa, per externa elementa singulis sacramentis utentibus vere exhibet, fidelibus autem salutariter applicat. — Med gratia evangelica förstår man: gratia spiritus s. applicatrix, merito Christi parta, et in evangelio promissa, nempe gratia vocans, illuminans, regenerans etc. — Skiljaktigheten i deßa definitioner, och hwarföre wi anfört så många af dem, förklaras af not. 7. —

4) Det är neml. allmänt medgifwet att af ordets sacr. betydelse i och för sig frågan icke kan blifwa afgjord, hwilka Hel. handlingar borde kallas Sacramenter, emedan ordet sacr. icke utan ett wißt godtycke blifwit brukadt just till beteckning af deßa båda heliga handlingar. Enligt sin etymologie är det att härleda ifrån sacrare (Varro lib. IV.) och betyder hwarje helgad sak; dädan ock den penningen, som af twistande parter blef nedsatt hos Pontifex maximus (revisionsskilling), eo fine ut, qui vicisset, suam reciperet, qui causa cecidisset, ejus pecunia fisco cederet; sedan ock den ed, i synnerhet krigarnes, hwarmed de, ifall de bröto sina förbindelser, liksom inwigde sitt hufwud åt döden. Vulgata öfwersätter grekiska ordet μυστήριον med sacramentum. Men Tertullianus brukade först ordet om dopet, i betydelsen af juramentum. Derföre har man i det kyrkliga språkbruket att noga serskilja en trefaldig betydelse af ordet sacr.: Quen. Accipitur vox sacramenti 1) generalissime pro quavis re arcana et secreta. Sic Christi incarnatio, 1 Tim. III, 16. Christi et ecclesiae conjunctio, Eph. V, 32 gentium vocatio Eph. III, 3 etc. dicuntur μυστήριον, quod vetus latinus interpres sacramentum reddidit. Sic quoque Patres quodlibet mysterium et quamlibet doctrinam sacram et non obviam sacramentum appellarunt, ut sacr. trinitatis, sacr. incarnationis et fidei; 2) specialius pro signo externo rei sacrae et coelestis, sic semen, granum, margarita sunt sacramenta seu signa regni coelorum, Mtth. XIII, 23 etc.; 3) specialissime pro solemni actione divinitus instituta, mandata et praescripta, in qua per externum et visibile signum bona invisibilia gratiose offeruntur, conferuntur et obsignantur. Således kan det icke af sjelfwa ordet sacr. afgöras, hwilka handlingar gälla såsom Sacramenter, utan de kännetecken, hwilka tillkomma de båda enstämmigt för sacr. betecknade handlingar, Döpelsen och Nattwarden, måste uppsökas och alla de andra handlingarne, hwilka icke samma kännetecken tillkomma, blifwa uteslutne ifrån det rätta begreppet af sacr.; hwarmed man dock ingalunda will fråndöma dem begreppet af sacr. i allmänhet; utan blott protestera deremot, att detsamma tillägges dem i samma mening, som de 2:ne nyßnämnda. Chemn. Tr. Non dimicabimus de definitionibus vel hujus, vel illius, vel veteribus, vel recentioribus, sed sumemus fundamentum, quod extra controversiam et in confessione est apud omnes. Baptismus enim et eucharistia omnium confessione vere et proprie sunt sacramenta. Br. Sic ergo ex eorum, quae sine dubio sacramenta sunt, conceptibus communibus, in quibus ista conveniunt, cognoscitur, ea, quae forte dicuntur sacramenta, requisita autem illa communia non habent, non esse ejusdem rationis et quidditatis sacramenta cum his, quae proprie sic dicuntur, verum aequivoce sint dicta.

Efter denna Canon blifwer sjutalet af Sacramenter, hwilket kathol. kyrkan antager, förkastadt. Luther räknar redan i Catechismus maj. blott 2 Sacr.; men Apol. conf. 3. (VII, 4) vere igitur sunt sacramenta, baptismus, coena Domini, absolutio, quae est sacramentum poenitentiae. Melanchthon är böjd att äfwen betrakta ordinationen såsom sacr. Mihi placet etiam addi ordinationem ut vocant, i. e. vocationem ad ministerium evangelii et publicam ejus vocationis approbationem: quia haec omnia mandato evangelii praecipiuntur. Wi finna såledès under reformationens första tid en wiß obeständighet och ett wacklande, hwad antalet af sacr. beträffar, hwilket förklarar sig deraf, att på de båda handlingarne, absolutionen och ordinationen, några af de kännetecken inträffade, hwilka wi finna wid dopet och nattwarden. Chemn. Tr. förklarar sig öfwer absolutio så: Nostri saepe testati sunt, se non pugnare sed libenter concedere, ut absolutio, quia habeat applicationem generalis promissionis ad singulos ministerio hoc utentes, inter sacramenta numeretur. Sed tamen hoc certum est, absolutionem non habere ex divina institutione certum externum elementum, signum aut ritum divinitus mandatum. Et etiamsi adhibeatur vel impositio manuum vel aliquis alius externus ritus: destituitur tamen certo, peculiari et expresso mandato Dei. Nec extat promissio, quod per talem aliquem externum ritum Deus velit efficax esse ad applicationem promissionis evangelii. Promissionem quidem habemus, quod per verbum velit esse efficax in credentibus, sed ut aliquid sit sacramentum, requiritur non nuda tantum promissio in verbo, sed ut ordinatione seu institutione divina sit vestita aliquo signo seu ritu divinitus mandato. Tale vero signum non est annunciatio seu recitatio promissionis evangelii, hoc enim modo ipsa generalis praedicatio evangelii esset sacramentum. . . . Absolutio igitur proprie et vere eo modo, sicut baptismus et coena Domini, non est sacramentum: sed si quis addita hac explicatione et differentia, eam propter singularem applicationem promissionis voluerit sacramentum appellare, apologia Augustanae confessionis profitetur se non velle pugnare. —

5) Grh. Dicimus, ad sacramenta proprie sic dicta duo potissimum requiri, videl. verbum et elementum, juxta vulgatum illud Augustini: "accedit verbum ad elementum et fit sacramentum." Fundamentum hujus adsertionis ex ipsa natura et fine sacramentorum pendet, cum enim sacramenta id, quod in verbo evangelii praedicatur, externo elemento vestitum sensibus ingerere debeant, ex eo sponte sequitur, quod nec verbum sine elemento, nec elementum sine verbo constituat sacramentum. Per verbum intelligitur primo mandatum atque institutio divina, per quam elementum, quia percepit vocationem Dei, separatur ab usu communi et destinatur usui sacramentali; deinde promissio, atque ea quidem evangelio propria, per sacramentum adplicanda et obsignanda. Per elementum non quodvis, sed certum et verbo institutionis expressum accipitur.

Utförligast Chemn. ex. c. Trd. Ut aliquid sit vere et proprie sacramentum N. T. requiritur: 1) ut habeat externum aliquod materiale seu corporale et visibile elementum seu signum, quod certo externo ritu tractetur, exhibeatur et usurpetur; 2) ut elemen-

tum seu signum illud et certus ejus ritus habeat expressum mandatum divinum seu institutionem divinam; 3) ut institutum et mandatum sit in N. T.; 4) ut non ad tempus institutum sit sed usque ad consummationem seculi . . . 5) requiritur ad sacramentum promissio divina de gratia, effectu seu fructu sacramenti; 6) illam promissionem oportet non simpliciter, nude et per se tantum habere testimonium in verbo Dei, sed oportet eam divina ordinatione annexam esse signo sacramenti et ea quasi vestitam esse; 7) promissionem illam oportet esse non de quibusvis donis Dei, sive corporalibus sive spiritualibus, sed promissionem gratiae seu justificationis, h. e. gratuitae reconciliationis, remissionis peccatorum et in summa de toto beneficio redemtionis; 8) et illa promissio in sacramentis, non in genere tantum, vel significatur vel annunciatur, sed virtute Dei offertur, exhibetur, applicatur et obsignatur etiam singulis, qui fide sacramentis utuntur. — Sednare DD. Requiritur ad sacr.: 1) ut sit actio a Deo mandata; 2) ut habeat elementum visibile divinitus praescriptum (cum re coelesti, mediante verbo institutionis, unitum. Holl.); 3) ut habeat promissionem gratiae evangelicae. —

6) Dermed mena de äldre DD. ingenting widare, än att det således genom ordet inwigda elementet icke borde betraktas såsom ett wanligt och allmänt, hwadan äfwen Hfrffr. uppgifwer såsom substantialia sacramenti: elementum et verbum, och samma mening synes Luther hafwa hyst, då han i catech. maj. (IV, 17), säger om dopet: non tantum naturalis aqua sed etiam divina, coelestis, sancta et salutifera aqua (est) . . . hocque non nisi verbi gratia, quod coeleste ac sanctum verbum est. Men de sednare DD. förbinda dermed en annan mening (jfr historien om det sednare uttrycksättets uppkomst hos Br., hwilken ådagalägger, att Jakob Andreae och Luc. Osiander i anledning af en strid med Beza först hafwa betjent sig af detta uttryck). De skilja neml. uti sacr. en dubbel materia, materiam terrestrem et coelestem, och förstå med den första elementum s. symbolum externum, quod est res corporea visibilis . . ordinata ad hoc, ut sit rei coelestis vehiculum et medium exhibitivum (i döpelsen, wattnet; i nattwärden, brödet och winet); med det andra: res invisibilis et intelligibilis, re terrena visibili, tanquam medio divinitus ordinato exhibita, a qua fructus sacramenti principaliter dependet, hwarwid de dock anmärka, att för det sednare uttrycket materia icke är adequat (cum sacramentum non sit substantia corporea, collectu proclive est, illud non constare ex materia proprie dicta: analogice tamen ei materia, circa quam versatur, assignatur. Holl.). De mena således, att mat. terrestris är vehiculum för ett högre gudomligt, hwilket i och med det yttre elementet bibringas. Hwad detta gudomliga är, erfara wi wid de enskilda sacr. då det är i båda något serskildt och olika. Quen. Quid vero rei coelestis nomine in quolibet sacramento veniat, id ex propria sede, h. e. ex verbis institutionis cujusque sacramenti cognosci potest et debet. Men denna mat. coelestis är för dem icke identisk med ordet; de wilja således icke, såsom ofwanföre (i cit. ur catech. maj. och Hfrffr.) sades, såsom essentiam sacramenti antaga: verbum et elementum, utan de skilja äfwen ordet ifrån materia coelestis, och tänka sig denna sednare såsom genom verbum consecrationis tillkommen. Äfwenså är för dem mat. coelestis icke identisk med gratia evangelica, hwarom de äldre DD. äfwen lärde, att den genom Sacr. blef

confererad; utan twertom tänka de sig denna förmedlad genom mat. coelestis. Då således de äldre DD. blott säga, att med verbum consecrationi. det yttre elementet upphör att wara ett wanligt, yttre, utan att skilja det tillträdande gudomliga såsom någonting serskildt ifrån ordet; så göra dock de sednare DD. detta. — Huru de komma dertill, är lätt att inse. Ty uti nattwarden meddelas Christi lekamen och blod; der tillkommer således genom verbum consecrationis något till menniskan, hwilket lika mycket bör skiljas ifrån ordet, som ifrån frälsningsnåden. Något detta motswarande trodde de sig böra äfwen vindicera åt döpelsen, och kalla det likaledes mat. coelestis.

Jemföra wi nu de äldre DD:s uppfattning med de sednares; så består skilnaden mellan dem deri, att de äldre DD. lade all wigt derpå, att uppwisa analogien mellan ordet och sacramenten såsom de båda media salutis; att allså å ena sidan frälsningen blef meddelad genom ordet och å den andra genom det yttre synliga tecknet. Men härwid gaf man icke akt uppå, att framförallt i nattwarden utom frälsningsnåden, äfwen något mera, Christi lekamen och blod är förhanden och meddelas. Deremot hade de sednare DD. just det städse för ögonen, att om äfwen genom Sacramenten, likasom genom ordet, frälsningsnåden (omwändelsen, rättfärdiggörelsen, nya födelsen m. m.) blef confererad, densamma dock icke wid sacramenten, såsom wid ordet, är det första och närmaste objectet, som bliswer meddeladt, utan att något annat wid sacramenten (i nattwarden: Christi lekamen och blod) föregår densamma, hwilket först har till sitt mål, att meddela frälsningsnåden. Och det är detta, som de genom det allmänna, för båda sacr. gällande uttrycket mat. coelestis wilja uttrycka. Härwid föll det dem likwäl swårt att på lika sätt, som wid nattwarden, äfwen wid dopet uppwisa mat. coelestis, alldenstund wid detta uppfattningssätt analogien trädde mera tillbaka, hwilken skulle äga rum mellan sacr. och verbum såsom de båda media salutis. — Med antagandet af en mat. coelestis är äfwen antagandet af en serskild unio mellan mat. terrestris et coelestis gifwet. Quen. Quia e re terrena et coelesti fit unum sacramentum, non potest id fieri nisi intercedente aliqua unione et κοινωνίᾳ, quam sacramentalem recte appellamus. Neque enim illa unio vel essentialis, vel naturalis, vel accidentalis est, sed ex materiae unitae consideratione, inusitata, ex fine, sacramentalis. Non itaque datur unum sine altero, v. gr. aqua sine spiritu, nec spiritus sine aqua, quia haec duo in actu sacramentali sunt arctissime unita, nec unum sine altero sacramentum esse potest. — Mot denna utbildning, hwilken ända ifrån Grh. om ock med mångfaldig olikhet i uppgiften af det, som wid dopet är att beteckna såsom mat. coelestis, blef allmänt antagen, hördes ifrån Baiers och några andra Jenensiska Theologers sida en motsägelse. Då hwarken mat. coelestis eller unio mellan mat. och elementum i de båda sacr. är lika, och äfwen ibland dem, som följde denna lärotrop, hwarken någon öfwerensstämmelse ens om det, som skulle förstås med mat. coelestis eller mat. coelestis, blef tagen i lika egentlig mening, som wid nattwarden; så höll Br. för, att uttrycket mat. coelestis borde ur läran om Sacramenten in genere helt och hållet utgå och att man skulle sluta sig de äldre DD:s enkla lära, hwilka icke en gång nämnt detsamma. Han talar derföre blott om en mat. terrestris. Materia sacramenti duo importat, primo elementum quoddam externum et visibile, deinde actionem quandam circa elementum occupatam (v. gr. actus abluendi, dispensandi etc.). —

7) Hfrffr. Cum imprimis requiritur, ut in quolibet sacramento tota actio, sicuti a Christo instituta et ordinata est, observetur: neque sacramentorum usus ad res finesve alienos transferatur. Hinc regula: nihil habet rationem sacramenti extra usum vel actionem a Christo institutam. V. gr. si aqua baptismi ad campanas baptizandas, aut lepram curandam adhibetur: vel cum benedictus panis non distribuitur ac sumitur: sed vel includitur, vel sacrificatur, vel circumgestatur: id non usus, sed profanatio sacramentorum est.

8) Holl. Forma sacramenti est externa actio (eaque integre circa rem terrestrem et coelestem cujuslibet sacramenti occupata), quam constituunt actus formales, sibi indistricte succedentes, qui sunt tres: 1) recitatio verborum institutionis (consecratio); 2) δόσις sive dispensatio sacramentalis; 3) λῆψις, sive sucramenti receptio.

Ad. 1. Consecratio i. e. ab usu communi ad usum sacrum segregatio, quae fit verborum institutionis recitatione et pronuntiatione. Grh. Consecratio 1) non est nuda verborum institutionis recitatio ad auditores tantummodo directa; 2) nec mutatio symbolorum, quam consecratio efficit, est nuda saltem nominum permutatio, analogia significativa, absentis rei coelestis repraesentatio, sed est sacra et efficax actio, per quam symbola sacramentalia vere sanctificantur h. e. profanis usibus eximuntur et usui sacramentali destinantur. Nec tamen est a) magica et superstitiosa quaedam actio ex dignitate et qualitate personae h. e. ex potestate et charactere ministri pendens, qui vi intentionis suae sacramentum conficiat; b) nec judicandum est, vel sono vel quantitati verborum occultam quandam vim subjective inesse, per quam consecratio illa fiat; c) nec per eam externa elementa essentialiter mutantur et transsubstantiantur in rem coelestem sed praesentia rei coelestis, ejusdem unio cum re terrena in solidum pendet ex institutione, ordinatione et voluntate Christi, et a perpetuo adhuc in ecclesia durante efficacia primae institutionis, quam minister vel potius ipse Christus ministri voce subinde repetit. — Minister ergo in consecratione: 1) repetit primaevam sacramenti institutionem juxta mandatum Christi: hoc facite etc.; 2) testatur se non proprio arbitrio hic agere nec ordinationem quandam humanam celebrare, sed velut oeconomum mysteriorum divinitus constitutum, Christi nomine, auctoritate et loco venerabile sacramentum administrare; 3) invocat nomen veri Dei, ut juxta ordinationem, institutionem et promissionem suam velit in hoc sacramento efficax esse; 4) segregat externa elementa ab aliis omnibus ad usum sacramentalem, ut sint organa et media, per quae bona coelestia dispensentur.

Ad 2) Distinguendum est inter rem et rei modum, inter ipsam δόσιν καὶ λῆψιν et inter δόσεως καὶ λήψεως τροπον: δόσις καὶ λῆψις administratio, dispensatio, exhibitio et acceptio sacramenti simpliciter sunt necessariae nec ullam patiuntur exceptionem, sed modus δόσεως καὶ λήψεως aliquam libertatem et variationem admittit. Exemplis res erit clarior. In baptismo simpliciter necessarium est, hominem aqua baptizari h. e. ablui in nomine patris, filii et spiritus s., sive autem illa ablutio fiat immersione in aquam sive adfusione aquae, nihil interest. Holl. Ecclesia nihil mutare potest in substantialibus sacramentorum. Gau-

det tamen libertate aliquid mutandi in circumstantiis sacramentorum.

9) Holl. Jus dispensandi sacramenta Deus concredidit ecclesiae, quae exsecutionem aut exercitium hujus juris, observandi ordinis et εὐσχημοσύνης causa commendavit ministris verbi divini vocatis et ordinatis. In casu autem extremae necessitatis, ubi sacramentum est necessarium nec nisi periculo salutis omitti potest, quilibet homo christianus (laicus aut femina) sacramentum initiationis valide celebrare potest (1 Ptr. II, 9. Apoc. I, 5).

10) Apol. conf. IV, 47 . . . quod sacramenta sint efficacia, etiam si per malos ministros tractentur, quia ministri funguntur vice Christi, non repraesentant suam personam.

Quen. Sacramenta non sunt hominis, qui ea dispensat, sed Dei, in cujus nomine dispensantur, adeoque a solo Deo est et dependet gratiosa virtus et operatio sacramenti, 1 Cor. III, 5. non a qualitate ministri. — De intentione ministri intricatior est disputatio. Εὐσχημοσύνης est, eum, qui sacramenta exhibet, ad aram offerre bonam intentionem faciendi, quod Dominus instituit, animum non peregrinantem, sed praesentem. Necessitatis est, observari actu externo intentionem Christi. Dico actu externo, nequaquam enim necessaria est intentio ministri interna faciendi, quod facit ecclesia. — Antithesis Pontificiorum, docentium, ad sacramenti integritatem, veritatem et virtutem requiri ministri intentionem, quae non tantum respiciat externum actum conferendi sacramentum juxta formam institutionis, sed et ipsum finem et effectum sacramenti. Sic enim concil. Tridentinum: si quis dixerit in ministris, dum sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit ecclesia, anathema sit.

11) Form. conc. VII, 24. Ita sentimus et statuimus: si maxime homo improbus et sceleratus sacramentum coenae dominicae sumat aut distribuat: tamen sumere illum verum sacramentum, h. e. Christi corpus et sanguinem, non minus, quam eum, qui dignissime illud sumat aut distribuat. Hoc enim sacramentum non habet fundamentum hominum sanctitatem: sed ipsum verbum Dei . . . 27 . . . solide demonstratur, praesentiam illam non tantum de manducatione credentium et dignorum, verum etiam de infidelibus et indignis communicantibus intelligendum esse.

Holl. Fides non requiritur ad substantialem sacramenti integritatem — (sicut verbum Dei est V. Dei, quod audiunt hypocritae: ita verum est sacramentum, quod accipiunt adulti hypocritae, fide destituti).

12) Den Ev. kyrkan ställer sig bymedelst i den bestämdaste mot'ats till Kathol. läran om Sacramentens werkan ex opere operato. Apol. conf. VII, 18. Hic damnamus totum populum Scholasticorum Doctorum, qui docent, quod sacramenta non ponenti obicem conferant gratiam ex opere operato sine bono motu utentis. Haec simpliciter Judaica opinio est, sentire, quod per ceremoniam justificemur, sine bono motu cordis, h. e. sine fide: Nos docemus, quod in usu sacramentorum fides debeat accedere, quae credat illis promis-

missionibus et accipiat res promissas, quae ibi in sacramento offeruntur. Et est ratio plana et firmissima. Promissio est inutilis, nisi fide accipiatur. At sacramenta sunt signa promissionum. Igitur in usu debet accedere fides. . . . Chemn. Trd. duplex est in hac doctrina causa instrumentalis: una est quasi Dei manus, qua per verbum et sacramenta in verbo offert, exhibet, applicat et obsignat credentibus beneficia redemtionis. Altera est quasi nostra manus, quod fide scilicet petimus, apprehendimus et accipimus ea, quae Deus nobis per verbum et sacramenta offert et exhibet. Neque enim talis est sacramentorum efficacia, quasi Deus per illa infundat et imprimat gratiam et salutem, etiam non credentibus seu fide accipientibus.

Holl. Fides necessario exigitur ad capiendum salutarem sacramenti fructum. — Sacramenta nullam gratiam conferunt adultis, nisi eam oblatam vera fide, quae in cordibus eorum praeexistit, recipiant. In infantibus spiritus s. per sacramenta initiationis fidem accendit, qua infantes gratiam foederalem acceptant.

13) Holl. Finis primarius sacramentorum est oblatio, collatio, applicatio et obsignatio gratiae evangelicae. — Gr. ev. omnibus utentibus offertur, digne utentibus confertur, applicatur, et adultis credentibus obsignatur. — Sacramenten äro således icke blott signa significantia, utan äfwen praebentia et exhibitiva, hwilket redan ligger uti begreppet af ett Sacrament såsom ett medium salutis. Om de uti de symb. böckerna kallas (Ap. V, 42. A. C. XIII.) signa et testimonia voluntatis Dei erga nos; så äro de det dock icke ratione essentiae, quasi tota eorum natura et essentia significando absolvatur, seu quod σχέσις rei terrenae et rei coelestis in omnibus sacramentis tantummodo sit significativa. (Grh.).

Om de falska uppfattningarne af ordet sacr. Chemn. ex c. Trd. Nostro tempore quidam nimium deflexerunt in sinistram partem. Disputarunt enim, sacramenta nihil aliud esse quam signa et notas Christianae professionis, quibus a Judaeis et paganis discernantur. . . . Quidam censuerunt, sacramenta tantum esse christianae societatis symbola, quibus ad mutuam communicationem officiorum excitemur et obstringamur. . . . Alii in usu sacramentorum nihil aliud spectari voluerunt, quam solas allegorias seu significationes christianae mortificationis, regenerationis, vivificationis. . . . Sunt qui videri volunt de sacramentis honorifice sentire: et tamen docent, sacramenta esse tantum signa gratiae, jam antea, ante et extra usum sacramentorum collatae et exhibitae, ita ut per sacramenta Deus nihil conferat et exhibeat illis, qui fide sacramentis utuntur, sed quod tantum sint signa gratiae alias et alio modo ante collatae. Huic affinis est illorum opinio, qui existimant, usum sacramentorum tantum per modum commonefactionis excitare fidem, quae alibi et alii modo, non in vero sacramentorum usu quaerat et accipiat gratiam, sicut talis commonefactio a picturis etiam sumi potest (Gerh. Qui Calvinum sequuntur, duplicem significationem in sacramentis constituunt, unam, qua res terrena significet rem coelestem absentem; alteram, qua integrum sacramentum significet gratiam spiritualem).

Recte apologia August. confessionis dicit, eundem esse effectum, eandem virtutem seu efficaciam et verbi et sacramentorum, quae sunt sigilla promissionum. . . . Sicut igitur evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti, non quod magica quaedam vis characteribus, syllabis aut sono verborum inhaereat, sed quia est medium, organon seu instrumentum, per quod spiritus s. efficax est, proponens, offerens, exhibens, distribuens et applicans meritum Christi et gratiam Dei ad salutem omni credenti: ita etiam sacramentis tribuitur vis et efficacia: non quod in sacramentis extra seu praeter meritum Christi, misericordiam patris, et efficaciam spiritus s. quaerenda sit gratia ad salutem, sed sacramenta sunt causae instrumentales ita, quod per illa media seu organa pater vult gratiam suam exhibere, donare, applicare: filius meritum suum communicare credentibus: spiritus s. efficaciam suam exercere, ad salutem omni credenti. — Då således Sacramenten werka samma nåd, som ordet, så kan fråga uppstå, hwarföre Gud härtill betjenar sig af dubbla medel? Härpå swarar Chemn. Trd. Talibus sive tentationibus sive fanaticorum clamoribus recte ex Dei verbo opponitur, sacramenta, quae Deus ipse, ut essent salutis nostrae adminicula, instituit, nullo modo judicanda esse vel inutilia, vel superflua, quae secure negligi et contemni possint. . . . Et quidem (sicut Chrysostomus inquit) si angeli essemus, nullo praeterea signo nobis opus esset; sed carnalis infirmitas fidem impedit, turbat, distrahit et debilitat. Arduum enim et difficile est iis, quae in verbo proponuntur, licet non appareant, tamen firma animi persuasione inhaerere. . . . Praeterea fides etiam, quando statuit promissionem Dei in genere vivam esse, angitur tamen de hac praecipue quaestione, an privatim etiam ad me pertineat? Deus igitur, qui dives est in misericordia. . . . non uno tantum modo, per nudum scilicet verbum, gratiam suam nobis exhibere voluit sed infirmitatem nostram voluit certis adminiculis sublevare, institutis scilicet et promissioni evangelii annexis sacramentis, h. e. certis signis, ritibus seu ceremoniis, in sensus incurrentibus, ut illis commoneret, erudiret et certos nos redderet, quod foris in specie visibili geri cernimus, illud intus virtute et potentia Dei in nobis effici. . . . Hoc modo sacramenta quoad nos sunt signa confirmantia fidem erga promissionem evangelii: quoad Deum sunt organa seu instrumenta, per quae D. in verbo, sua potentia et operatione gratiam promissionis evangelicae credentibus exhibet, applicat, obsignat, confirmat, auget et conservat. Non autem alia est gratia, quae in verbo promissionis, et alia, quae in sacramentis exhibetur: nec alia est promissio in verbo evangelii, alia in sacramentis: sed eadem est gratia, unum et idem verbum, nisi quod in sacramentis, per signa divinitus instituta, verbum quasi visibile redditur propter nostram infirmitatem. — Frågan om Sacramentens nödwändighet afgör Chemn. så: Necessaria sunt sacramenta et ratione infirmitatis fidei nostrae, cui hujusmodi adminiculis opus est: et ratione institutionis divinae. . . . Et hoc sensu non inviti concedimus, sacramenta ad salutem esse necessaria, tanquam causam instrumentalem: sed tamen addenda est haec declaratio, non tam praecisam esse necessitatem sacramentorum ad salutem, sicut est fidei et verbi. . . . Sed si quis ex auditu verbi habeat

veram fidem in Christum, et non concedatur ipsi facultas, ut possit sacramentis juxta institutionem divinam uti, in tali certe casu non est statuenda praecisa necessitas sacramentorum ad salutem, ut propterea salus illis denegetur, quibus non datur facultas utendi sacramentis, licet fide in verbo apprehendunt Christum mediatorem. —

Holl. Necessaria sunt sacramenta necessitate praecepti et medii. Non sunt necessaria necessitate absoluta, sed ordinata sive conditionata. Quen. Necessarius est baptismus in infantibus non solum necessitate praecepti, sed etiam necessitate medii, quoniam aliud medium non habetur, per quod regenerentur, in adultis vero est necessarius ratione praecepti, quia ibi fidem praerequirit. — Eucharistia est necessaria necessitate praecepti omnibus Christianis adultis.

14) Holl. Fines sacr. secundarii sunt: a) ut sint notae ecclesiae, quibus a populo infideli distinguitur, (et symbola confessionis et professionis, quibus nos ab aliis sectis separamus. Quen.); b) ut sint monumenta beneficiorum Christi, Luc. XXII, 19; c) ut sint vincula caritatis et nervi publicorum congressuum. Eph. IV, 5. 1 Cor. X, 17; d) ut sint incitamenta ad virtutum exercitia. (Baptismus significat submersionem veteris Adami Rom. VI, 4. coena s. excitat nos ad gratam mortis Christi memoriam. 1 Cor. XI, 26).

Anm. Liksom äfwen det G. T. har ett Guds ord såsom medium salutis, så antaga DD. äfwen sacramenta i G. T. och såsom sådana circumcisio et pascha, förebilder af Döpelsen och Nattwarden. Chemn. Deus voluntatem suam de mysterio redemtionis generis humani, de gratuita reconciliatione et acceptatione credentium ad vitam aeternam per fidem propter victimam filii mediatoris omnibus temporibus ab initio mundi dato certo verbo patefecit. Addidit etiam verbo divino sua institutione certa quaedam externa signa, quibus promissionem justitiae fidei luculentius obsignaret et confirmaret. Non igitur N. T. tempore primum coepit institutio et usus sacramentorum: sed patres tempore V. T. imo etiam ante promulgationem legis sua quaedam divinitus in hunc usum instituta habuerunt signa seu sacramenta, quae fuerunt sigilla justitiae fidei, Rom. IV. Jam vero cum idem sit Deus, idem mediator, eadem gratia, justitia, promissio, fides, salus etc., tamen externa illa signa seu sigilla aliquando mutata sunt aliis, divina institutione in locum ipsorum substitutis, prout subinde illustrior redditus fuit modus patefactionis, qui primum fuit quasi lucerna in loco obscuro ardens, postea successit lucifer, donec tandem nocte praeterita exortus est sol justitiae. — Om förhållandet mellan Sacramenten i det G. och N. T. Quen. Per sacramenta N. T. luculentius, plenius, perfectius et uberius dispensatur credentibus gratia Christi: ex eo vero non sequitur, quod Pontificii statuunt, per sacramenta V. T. plane non fuisse exhibitam et credentibus collatam divinam gratiam et remissionem peccatorum. Nunc enim consummato redemtionis opere figuris successit veritas, umbris corpus. —

§. 54. 1) Döpelsen.

Af de båda sacramenten går döpelsen före nattwarden [1]. — Wi hafwa här således att framställa Döpelsens begrepp; formen, hwaruti den skall werkställas, och ändamålet, hwarföre den blifwit instiktad.

1) Döpelsen är en af Herran anbefald och af ett löfte (Matth. 28, 19) åtföljd handling. Wi hafwe således i döpelsen icke blott watten och icke wanligt watten, utan tillika Guds ord. Men dermed har en högre kraft, än den är, som ligger i naturligt watten, tillkommit [2], och det är den, som medelst wattnet werkar frälsningsnåden [3].

2) Men om wi wilje wänta sådant af döpelsen, så måste densamma äfwen blifwa förrättad i allo efter Herrans föreskrift. Således måste consecrationen blifwa efter Herrans wilja werkställd och handlingen sjelf werkligen warda på föreskrifwet sätt fullbordad på den, som döpas skall [4]. Har detta allt skett, så är äfwen döpelsen att anse såsom fullt giltig, ware sig att den werkställande presten har troende sinne, eller ej, och ware sig att den, som döpes, mottager döpelsen med tro eller ej [5].

3) Döpelsens närmaste ändamål är slutligen det att werka frälsningsnåden hos menniskorna [6]. Men emedan Guds ord äfwen har samma uppgift, så har döpelsen blott då att werka densamma, när den kommer förr än ordet till menniskorna. Detta sker hos barnen, hwilka icke ännu äro åtkomliga för Evangelii predikan [7]. Men hos mera för sig komne, hwilka med redan utbildadt förstånd kunna förnimma Evangelii predikan, går ordet förut och utöfwar sin werksamhet före Sacramentet. Men detta tjenar då dertill, att besegla och befästa den genom ordet redan frambragta werkan [8]. Hos de uppwurne, som skola undfå dopet, fordras äfwen derföre tro såsom ett oundgängligt wilkor för döpelsens wälsignelserika werkan [9]; men hwilket icke kan wara fallet med barn. Dock kan häraf icke följa, att döpelsen derföre skulle förmenas desza sistnämnde, ty de äro lika mycket som de uppwurne i behof af nåden och äro till densamma af Gud inbudne; för dem tjenar just döpelsen till att werka denna tro hos dem [10]. Döpelsens werkan är widare icke inskränkt till ett moment, utan gifwer menniskan äfwen fortfarande kraft, samt är äfwen då icke

förlorad, när wid sjelfwa handlingens act genom ett å menniskans sida emotsatt hinder den afsedda följden icke strax warder uppnådd; ty äfwen då, är dock, om döpelsen blifwit rätt werkstäld, ett förbund med Gud slutadt och dermed för alltid böjelsen å Guds sida gifwen att låta den wälsignade werkan i sitt hela omfång då inträda, när menniskan icke widare motstår densamma[11]). Deßutom har menniskan uti ångern och bättringen ett medel, att tillegna sig den genom egen skuld försummade wälsignelserika werkan af döpelsen. Ty boten är ingenting annat än en fortsättning eller förnyelse af det som är symboliskt antydt i sjelfwa den handling, hwilken i dopet warder företagen med menniskan, neml. dödandet af den gamla menniskan i oß. Således kan uti Boten det blifwa godtgjordt, som i dopet å menniskans sida blifwit försummadt[12]). Af deßa grunder är således förnyandet af dopshandlingen lika så onödig, som otillåtlig[13]).

Dopet är nödwändigt, emedan det är anbefaldt af Gud. Men då Gud äfwen på andra sätt kan bereda wår frälsning, så hoppas wi dock att desamma, hwilka utan egen skuld hindrats ifrån undfåendet af döpelsen, om de äro födde af Christliga föräldrar, icke skola gå förlustige om saligheten[14]).

Då dopet derjemte skiljer oß ifrån maßan af dem, hwilka icke tillhöra kyrkan, och äfwen ålägger oß förpligtelsen att förblifwa trogne wårt döpelseförbund; så kunna äfwen såsom fines secundarii baptismi nämnas a) discretio Christianorum a gentilibus et adunitio ad corpus ecclesiae, 1 Cor. XII, 12; b) obligatio ad veram fidem et pietatem vitae, 1 Petr. III, 21[15]).

1) Grh. Priorem tractationis locum sibi vindicat sacramentum baptismi, cum sacra coena prius sit 1) institutione, constat enim baptismum in primo statim N. T. exordio divinitus institutum . . 2) administratione, quia Johannes et discipuli Christi baptizarunt, cum s. coena nondum esset instituta; 3) ordine, quia baptismus est prima porta gratiae, est sacramentum initiationis; coena D. est sacramentum confirmationis; per baptismum regeneramur, per s. coenam nutrimur atque alimur ad vitam aeternam. Ut ergo in natura, ita quoque in gratia prius est nasci, quam pasci, generari quam augmentari. Per baptismum in foedus Dei recipimur, per usum s. coenae in eo conservamur. Per baptismum fides et reliqua spiritus s. dona in nobis accenduntur, per usum s. coenae augentur et confirmantur. Baptismi figura praecessit in circumcisione, sacrae vero coenae in agno paschali.

Nec cuiquam patet ad s. coenam aditus, nisi sacro baptismate prius fuerit tinctus, quemadmodum in V. T. non nisi circumcisi ad esum agni paschalis admittebantur.

DD. sysselsätta sig mycket med frågan huru Johannis dop förhåller sig till Christi dop. Chemn. c. Trid. Quale discrimen est inter verbum de Christo venturo, de veniente et de exhibito: talis etiam differentia est inter circumcisionem, baptismum Joannis et Christi baptismum. Doctrina autem de Christo, licet quoad modum patefactionis, discrimen aliquod sit, tamen quoad substantiam fuit eadem et effectus eosdem habuit in credentibusomnibns temporibus. . Qualis igitur verbi, talis etiam ratio est circumcisionis, baptismi Joannis et apostolorum. Nec nimium subtiliter haec sunt discernenda. Si enim subtilitates consectari libeat, hac ratione etiam discrimen constitui posset inter baptismum app., quem dederunt ante passionem et resurrectionem Christi et inter eum, quem postea dederunt. — Frågan: an illis qui Joannis baptismo baptizati erant, necessarium fuerit postea etiam Christi baptismum suscipere? will han lemna obeswarad. I Matth. 3: 11. låta de samtlige DD. "eld och Anda" icke affe det egentliga och werkliga dopet, emedan Christus ännu AG. 1: 5, sedan dopet länge warit i bruk, tyder uppfyllandet af orden Matth. 13: 5. på en sednare tid; utan anse dem derföre wara sagde om den H. Andes utgjutande på Pingstdagen och de dermed förbundna andeliga gåfworna.

2) Cat. maj. IV, 14. . . interrogatus, quid baptismus sit? ita responde: non esse prorsus aquam simplicem, sed ejusmodi, quae verbo et praecepto Dei comprehensa et illi inclusa sit, et per hoc sanctificata, ita ut nihil aliud sit, quam Dei seu divina aqua, non quod aqua haec per sese quavis alia sit praestantior, sed quod ei verbum ac praeceptum Dei accesserit (cf. Art. smalc. V, 2 et 3). Wid detta enkla uttryck blifwa de äldre DD. ståendeoch beteckna derföre såsom substantialia sacramenti: externum elementum aquae och verbum institutionis et promissionis (Chemn. retinenda est illa distinctio, quod substantia baptismi consistat in illa actione et in illis verbis: baptizo te in nomine patris, filii et spiritus s.). Men de sednare tala (cf. loc. de sacr. in genere not. 6) om en dubbel materia wid dopet, materia terrestris, d. ä. aqua naturalis, pura, passim obvia, och mat. coelestis, såsom de kallade det, hwilket de tänkte sig såsom genom consecrationsordet tillkommande. Såsom sådan blifwer af de flesta ansedd tota trinitas, af andra spiritus s., af andra åter sanguis Christi: allteftersom de i affeende på materia coelestis låta bestämma sig genom Dopformeln, eller genom Joh. 3: 5, eller genom 1 Joh. 5: 6. Men så litet desza ställen sjelfwa sinsemellan stå uti någon motsägelse, så litet träda äfwen DD. med desza serskilda uppgifter af mat. coelestis uti någon egentlig motsägelse med hwarandra. (Quen. Sententiae illae orthodoxorum de materia coelesti baptismi diversae quidem sunt, sed non oppositae, verum subordinatae, facileque ad concordiam redigi possunt). I hwilken mening, såsom mat. coelestis, än trinitas, än spiritus s., än sanguis Christi betecknas, förklarar Grh. så (om Treenigheten): Cum nomen Dei nihil aliud sit quam ipse Deus, et vero nomen patris, filii et spiritus s. juxta Christi institutionem cum aqua baptismi conjungatur, inde consequitur, totam trinitatem in baptismo gratia sua praesentem et per aquam baptismi ad salutem hominum efficacem esse . . . . . ergo pars baptismi substantialis

altera est nomen totius venerandae trinitatis, patris, filii et spiritus s. h. e. ipsa infinita majestas, ineffabilis sanctitas, inenarrabilis bonitas, admiranda virtus et gratia totius trinitatis, quae cum omni virtute sua et beneficiis gratiae per aquam verbo unitam et sanctificatam efficax est. — (Om d. H. Ande) Cum spiritus s. sit tertia trinitatis persona, cumque baptismus non solum in patris ac filii sed etiam spiritus s. nomine conferatur, inde sequitur, spiritum s. in, cum et per aquam baptismi efficaciter agere, fidem, regenerationem et renovationem in illis, qui Deo non reluctantur, operari ac foedus gratiae in cordibus baptizatorum obsignare. (Spiritus s. nominatur solus, quippe cui regenerationis opus peculiariter tribui solet: is baptismi aquam salutare regenerationis medium efficit, non tamen excluduntur personae reliquae, cum opera trinitatis ad extra sint indivisa, servato tamen ordine et discrimine personarum). Sicut spiritus s. supernaturaliter et singulariter conjunctus erat cum columba, in qua descendebat super Christum in baptismo, ita adhuc hodie cum aqua baptismi supernaturaliter et singulariter conjungitur. — (Om Christi blod) Cum filius Dei in plenitudine temporis veram humanam naturam adsumserit, sibique personaliter et inseparabiliter univerit, inde sequitur, Christum non solum secundum divinam naturam sed etiam secundum humanam in baptismo praesentem esse ac proinde sanguinem Christi nequaquam a baptismo excludendum. Grh. Men han tillägger ock: quamvis Christus in baptismo praesens sit, suoque sanguine, mediante fide, nos a peccatis abluat: tamen sanguinem Christi non satis commode partem baptismi materialem alteram dici posse gravissimi theologi statuunt. Och således förena sig de flesta DD. deri, att de säga: materia coelestis baptismi analogice dicta est tota ss. trinitas; peculiariter et terminative spiritus s. (Holl.) — Calov. söker förena de tre utsagorna: Materia coelestis, si integra definienda sit, est. ss. trinitas, pater scil., . . . filius Dei, ad cujus integritatem non divina tantum sed etiam humana natura spectat, quemadmodam ad hanc omnino etiam pertinet sanguis, cujus particeps factus est nostri causa, nec non spiritus s., quae una voce dicitur verbum et nomen Dei, h. e. Deus ipse trinus, et unus, pater, filius et spiritus s. juxta vulgatam regulam ab Augustino traditam: accedat verbum ad elementum et fit sacramentum. Est autem illud verbum institutionis Mtth. XXVIII, 19. — Detta DD:s wacklande uti deßa bestämningar wisar sig emedlertid äfwen deruti, att de somliga mena, att med uttrycket "mat. coelestis est tota trinitas etc." ingenting annat uttalas, än med det andra ursprungligare "pars essentialis altera est verbum", emedan med ordet äfwen Gud är gifwen; under det andra (såsom Hutter) uttryckligen säga, att verbum icke är pars substantialis, utan blott principium ποιητικὸν baptismi, hwilket äfwen ifrån denna ståndpunkt synes riktigare, men hwarur då den i förra §. not 6 uppgifna åtskillnaden i de äldre och sednare DD. framgår. Baier's inwändning mot detta uttryckssätt hafwa wi redan iföregående §. anfört. Hwad döpelsen beträffar säger han: Quando agnoscitur: 1) ad substantiam baptismi, praeter aquam, pertinere etiam verbum institutionis et 2) ex vi hujus verbi porro cognoscitur, spiritum s. totamque trinitatem esse autorem hujus sacramenti, tanquam medii gratiae, quandoque 3) agnoscitur, spiritum s. Deumque triunum, ubique et quoties baptismus recte administratur, essentia sua immensa pariter, et 4) gratia sua ita

esse praesentem, ut non solum per hoc sacramentum beneficia spiritualia serio praesens offerat, et 5) cum homine baptizato foedus gratiae, a sua parte nunquam retractandum, incat, idque per baptismum obsignet, verum etiam 6) in homine, qui baptizatur, non autem gratiae divinae repugnat, opus regenerationis aut renovationis, per sacramentum hoc, actu ipso perficiat, ita ut 7) non seorsim et actione peculiari, sed conjunctim cum aqua baptismi et per eam, una atque indivisa actione fidem accendat aut confirmet idque 8) propter Christi θεανθρώπου, quoad utramque naturam realiter praesentis, meritum et pro peccatis nostris effusum sanguinem: prout enim 9) cum per baptismum fides confertur, hoc ipso sanguis Christi eo sensu aspergatur, quatenus meritum ejus per fidem applicatur: Quando haec, inquam, agnoscuntur et traduntur, licebit de caetero, quod nomen materiae coelestis et rationem ejus vix explicabilem cum antiquioribus Doctoribus tacere, et cautam ignorantiam confiteri potius, quam falsam scientiam profiteri. —

Med antagandet af en materia eoelestis förbinder sig ock det af en unio sacramentalis, quae est aquae verae cum ss. trinitate, adeoque non solum cum patre, sed etiam cum filio eoque incarnato et cum spiritu s. unitio. Neque enim datur aut accipitur aqua sine ss. trinitate aut spiritu s. neque hic aut ille sine aqua, quia haec duo in actu sacramentali sunt arctissime unita, nec unum sine altero sacramentum esse potest. — Est haec unio non relativa tantum aut figurativa seu typica, qualis erat in sacramentis V. T., sed exhibitiva rei coelestis, tamquam vere realiterque praesentis, undè aqua in τάξει sua sscramentali spectata non est nuda aqua sed lavacrum regenerationis in verbo, utpote cum ipsa trinitate modo ineffabili unita. Joh. III, 5. Eph. V, 26. Tit. III, 5. 1 Ptr. III, 21. 1 Joh. 1, 7. (Quen.). —

3) Br. Definiri potest baptismus, quod sit actio sacra a Christo instituta, in qua homines abluuntur aqua, in nomine Patris, filii et spiritus s., ut sic regenerentur ac renoventur, salutis aeternae consequendae causa.

Art. smalcald. V, 1. Baptismus nihil est aliud quam verbum Dei cum mersione in aquam, secundum ipsius institutionem et mandatum, sive ut Paulus inquit: lavacrum in verbo. —

Holl. Baptismus est sacra et solennis actio, divinitus instituta, qua homo peccator, vivus et natus, sine discrimine sexus et aetatis, abluitur aqua, in nomine patris, filii et spiritus s., ut per hoc lavacrum aquae gratia divina, verbo evangelii promissa, ipsi applicetur, conferatur et obsignetur. —

4) Grh. Forma baptismi in actione consistit, videl. in mersione hominis baptizandi in aquam, sive, quod proinde est, in adfusione aquae, ac deinde in recitatione verborum institutionis: "ego te baptizo in nominne patris etc.", ut in universum tres substantiales baptismi partes sint statuendae, quae non possunt divelli aut mutari, scil. aqua, verbum et actio, quae complectitur mersionem hominis in aquam vel aquae adspersionem et recitationem verborum institutionis. . . . Neque tamen externo

verborum sono magicam quandam vim et occultam proprietatem adscribimus, quando non nisi in nomine patris et filii et spiritus s. baptizandum esse adserimus, sed hoc ipso docemus et confitemur, veris Christi discipulis hoc incumbere, ut pia simplicitate verbis Christi inhaereant ac institutionem ejus inviolatam observent. —

Instiktelseordens betydelse, genom hwilka Consecrationen sker, förklarar Grh. så: Quando minister baptizans dicit: ego baptizo te etc. eo sensu haec verba sunt accipienda: 1) quod baptismus non sit caeremonia quaedam ab hominibus excogitata, sed ordinatio veri Dei et s. sacramentum divinitus institutum. . . 2) quod hoc sacramentum non administret privato arbitrio, sed loco Dei, cujus est minister et mysteriorum dispensator. . . 3) quod super hanc baptismi aquam invocetur nomen patris, filii et spiritus s., unius veri Dei, ut in hac actione a se mandata juxta promissionem suam adsit et baptizatum in gratiam recipiat; 4) quod baptismi aqua non amplius sit nude et simpliciter aqua, sed talis aqua, per quam tota ss. trinitas velit in salutem baptizati esse efficax, adeoque per quam in hac ipsa baptizandi actione efficaciter juxta promissionem suam operetur. "Ego baptizo te etc." i. e. ego testificor, quod per hoc sacramentum in foedus Dei recipiaris, quod pater acceptet te in filium, quod filius abluat te a peccatis suo sanguine ac veste justitiae te induat, quod spritus s. te regeneret ac renovet ad vitam aeternam, ut hac ratione in posterum sis filius Dei patris. . . 5) quod baptizatus in foedus Dei per hoc sacramentum receptus hac ratione obligetur, ut unum illum verum Deum . . ex verbo suo agnoscat, invocet et colat, ipsique unice serviat. . .

Till handlingen såsom den ofwanföre är beskrifwen, höra ock en mängd än större, än mindre högtidliga ceremonier och plägseder, men af hwilka icke alla äro af betydelse wid dopet, utan blott skola upphöja det högtidliga i sjelfwa handlingen. Såsom sådana ritus i wår kyrka räknar Grh. Commonefactio de peccato originis — impositio nominis — exorcismus minor — signum crucis — preces — recitatio ev. Marci — impositio manuum — orationis dominicae recitatio — patrinorum adhibitio. Dit hörer ock abdicatio Satanae votiva (qua baptizandi solemniter et expressis verbis renunciant Satanae atque omni pompae ejus). Om alla dessa anmärker Grh. Non statuendum, tales actus ad integritatem et essentiam baptismi pertinere ac necessarios esse, sed pro adiaphoris adhibeantur. — Om exorcismus (enl. Grh. commonefactio et testimonium de spirituali captivitate infantis in regno Satanae (ty på en obsessio quaedam corporalis har man icke att tänka), de miserabili statu, in quem per lapsum primorum parentum redacti sumus) säger redan Chemn.: Qui exorcismum omittunt vel rejiciunt, ea opinione et propter illam causam, sicut Anabaptistae et Sacramentarii, quod existimant, infantes vel non habere peccata atque ideo non esse natura filios irae, nec sub potestate Satanae: vel licet in peccatis nati sint, tamen propter carnalem ex fidelibus parentibus nativitatem etiam ante baptismum et sine baptismo, non esse extra regnum coelorum nec sub potestate tenebrarum. Illi merito taxandi sunt et improbandi. . . . Si vero haec doctrina de peccato originis, de potestate et regno Satanae etc. plana confessione concedatur, substantia, integritas et

efficacia baptismi non est alligata ad praescriptum illum actum verborum exorcismi, sed ecclesia habet libertatem, ut doctrinam illam aliis verbis scripturae magis consentaneis proponat et explicet. — Formeln lydde i den gamla kyrkan så: "adjuro te, immunde spiritus, ut exeas ab hoc servo Jesu Christi in nomine patris, filii et spiritus s." Men Br. anmärker: verbis quidem imperandi modo conceptis, sed precationis ad Deum, cum fiducia atque hinc nata animositate adversus hostem depellendum sensu accipiendis. —

5) Cat. maj. IV, 53. Accedente aquae verbo, baptismus rectus habendus est, etiam non accedente fide. Neque enim fides mea facit baptismum, sed baptismum percipit et apprehendit. Jam baptismus non vitiatur aut corrumpitur hominibus eo abutentibus aut non recte suscipientibus, qui non fidei nostrae, sed verbo Dei alligatus est. —

Detsamma gäller om administrantens sinnelag, och till och med det af en kättare förrättade dopet är icke ogiltigt. Holl. Si baptismus ab haeretico, substantialia baptismi retinente, collatus sit, de ejus efficacia non est dubitandum. Sin conferendus est in ecclesia florente, ubi orthodoxus haberi potest minister, sine grandi peccato ab heterodoxo peti non potest. In ecclesia autem pressa, urgente necessitate, ab haeretico, consuetam formulam baptismi observante, sine vitio petitur et adsumitur, modo adjiciatur protestatio, infantem hoc baptismo ad suscipiendam falsam doctrinam non adstringi. Ännu mindre Nöddopet. Holl. Ordinarie baptismum administrant ministri ecclesiae legitime vocati et ordinati, orthodoxi et vita inculpati. Extraordinarie vero et in casu necessitatis quivis christianus pius, et rituum sacrorum gnarus, sive sit mas, sive femina, baptismum administrare potest.

6) Cat. maj. IV, 24. . . rei summam ita simplicissime complectere, hanc videl. baptismi virtutem, opus, fructum et finem esse, ut homines salvos faciat. . . Caeterum salvum fieri scimus nihil aliud esse, quam a peccati, mortis et diaboli tyrannide liberari, in Christi regnum deferri, ac cum eo immortalem vitam agere. . . . .

Grh. Cum baptismus non sit simpliciter aqua, sed aqua verbo Dei comprehensa, sanctificata ac unita, ideo non adhibetur eo fine, ut corporis sordes abluat, sed est divinum et salutare medium et organon, per quod tota ss. trinitas efficaciter ad salutem hominis operatur. Quamvis autem varii ac multiplices sint baptismi effectus, eos tamen omnes secuti apostolum Tit. III, 5 ad haec duo capita revocabimus, quod baptismus sit lavacrum regenerationis (Joh. III, 5) quae complectitur fidei donationem (Tit. III, 5.), peccatorum remissionem (Luc. III, 3. Act. II, 38. XXII, 16. Rom. VI, 3), in foedus gratiae receptionem (1 Ptr. III, 21), in filios Dei adoptionem (Gal. III, 26), Christi induitionem) (Gal. III, 27), ex potestate Satanae liberationem et aeternae salutis possessionem (Col. I, 13. 14. Mrc. XVI, 16) et renovationis (Tit. III, 5) h. e. detur ipse spiritus s.. qui intellectum, voluntatem et omnes animae vires renovare incipit, ut amissa Dei imago in ipso incipiat instaurari, ut homo interior renovetur 2 Cor. IV, 16, ut vetus homo exuatur et induatur novus Col. III, 10, ut spiritus repugnet carni eique dominetur, ne peccatum in corpore regnum obtineat.

Holl. ånnu allmännare: Finis baptismi primarius est gratiae evangelicae oblatio, applicatio, collatio et obsignatio. — Hfrffr. Fructus seu effectus baptismi: regeneratio et remissio peccatorum (Joh. III, 5. Tit. III, 5. Mr. I, 4. Luc. III, 3. Act. II, 38. XXII, 16. Eph. V, 26), salus et omnium beneficiorum Christi, cui per baptismum inscrimur, participatio (Tit. III, 5. 1 Ptr. III, 2 Rom. VI, 3. Gal. III, 27. 1 Cor. XII, 13), bona conscientia erga Deum seu certitudo fidei de remissione peccatorum (1 Ptr. III, 21. 2 Cor. I, 21), vitae novitas (Rom. VI, 3. Col. II, 11).

I motsats till den Cathol. kyrkans påstående: peccatum per baptismum deleri ut non amplius sit, blifwer läran om syndernas förlåtelse genom döpelsen närmare bestämd sålunda: Tollitur per baptismum reatus et dominium peccati, non radix aut fomes peccati (Holl.). — Ap. conf. I. 35. (Lutherus) semper ita scripsit, quod baptismus tollat reatum peccati originalis, etiamsi materiale, ut isti vocant, peccati maneat, videl. concupiscentia: Addidit etiam de materiali, quod spiritus s., datus per baptismum, incipit mortificare concupiscentiam et novos motus creat in homine. Ad eundem modum loquitur et Augustinus, qui ait: peccatum in baptismo remittitur, non ut non sit, sed ut non imputetur. —

7) Grh... nullum datur aliud medium ordinarium regenerationis, quam verbum et baptismi sacramentum; per verbum non potest agi cum infantibus sed tantummodo cum adultis, qui pervenerunt ad annos discretionis; restat igitur, ut per baptismum regenerationis a peccati originalis contagio mundentur et salutis aeternae participes reddantur. —

8) Br. Hic autem, quod ad finem proximum attinet, diversitas occurrit, respectu subjectorum diversorum. Nam infantibus quidem aeque omnibus per baptismum primum confertur et obsignatur fides, per quam meritum Christi illis applicetur. Adultis vero illis tantum, qui fidem ex verbo conceperunt ante baptismi susceptionem (exempla: Act. II, 41. VIII, 12. 36—38. XVI, 14. 15. 31. 33. XVIII, 8) baptismus eam obsignat et confirmat. Nec solum nunc, quando suscipitur, sed et postea per omnem vitam fidelibus efficaciter prodest ad confirmationem fidei et renovationem ulteriorem.

Grh. Infantibus baptismus principaliter est medium ordinarium regenerationis et mundationis a peccatis.. secundario autem sigillum justitiae et fidei confirmatio: adultis credentibus baptismus principaliter praestat usum obsignationis ac testificationis de gratia Dei, *υἱοθεσίᾳ* et vita aeterna, sed minus principaliter renovationem et dona spiritus s. auget. Infantes, per baptismum primitias spiritus et fidei accipiunt: adulti qui per verbum primitias fidei et spiritus s. acceperunt, per baptismum incrementa ejusdem consequuntur.

Hfrffr. Sed quid? si qvis verbo sit regeneratus. Anne baptismo quoque opus habet: ac dicine illi potest baptismus lavacrum regenerationis? (Resp.) Utrumque. Nam et credentes baptizari debent, nisi necessitatis casu excluduntur. Et cum baptizantur, baptismus illis vere est lavacrum regenerationis, tum quod regenerationem ex verbo mirifico argumento cumulat: tum quod sacramentalis actio fidei regenerationem ad certitudinem obsignat.

9) Så sant det äfwen är, att dopet då, när det är rätt fullbordadt, äfwen utan afseende på emottagarens tro, är ett Sacrament och tillbjuder frälsningsnåden; så sant är det dock äfwen, att en wälsignad följd af detsamma hos de fullwuxne blott då äger rum, när dopet med tro undfås. Frågan: ergone hypocrita quoque, si baptismum recte suscipiat, regeneratur? beswarar derföre Hfrffr. så: in tali casu inter baptismi substantiam et ejusdem fructum distinguendum est. Homo enim hypocrita, si baptizatur, verum quidem baptismum suscipit, quoad substantiam, quae legitima sacramenti administratione secundum verbum institutionis et gratiae divinae promissione constat. Sed ejusdem salutari fructu et effectu, qui non nisi fidelibus contingit, quamdiu in hypocrisi ei infidelitate perseverat, destitutus est. Deus igitur gratiam suam et remissionem peccatorum ei, qui baptizatur, serio offert et sua ex parte foedus illud perpetuo et sine ulla mutatione firmum et integrum servare vult, ita ut in foedere promissa gratia, et qui baptizatus est, nunquam non obvia sit, eaque, quam primum ad poenitentiam redierit, possit perfrui: quamdiu vero hypocrita et impoenitens manet, eadem caret. — Quen. Omnibus etiam hypocritis offert baptismus bona spiritualia, ut regenerationem et quae haec sub se comprehendit, fidei donationem, peccatorum remissionem . . . sed quidam adulti actuali impoenitentia, hypocrisi et obstinationis obice se ipsos defraudant salutari baptismi efficacia, et hinc licet illis bona ista offerantur, non tamen actu conferuntur, interim tamen est et manet in se salutare organon et medium regenerationis, cum ex remotione actus secundi, aliquo subjecti vitio impediti, non sequatur remotio actus primi. — Cat. maj. IV, 33. Sola fides personam dignam facit, ut hanc salutarem et divinam aquam utiliter suscipiat. Cum enim hoc in verbis una cum aqua nobis offeratur et proponatur, non alia ratione potest suscipi, quam ut hoc ex animo credamus. Citra fidem nihil prodest baptismus, tametsi per sese coelestis et inaestimabilis thesaurus esse negari non possit. —

Deraf följer antithesen emot Catholikerna, som påstå conferre baptismum gratiam ex opere operato, i. e. ex vi ipsius actionis sacramentalis, ita ut fides ab efficientia gratiae sacramentalis excludatur.

10) Br. Infantes baptizandos esse, recte colligitur ex Joh. III, 5. et Mr. X, 14. conjunctis, hoc modo: Quoscunque Christus vult ad salutem pervenire, ipsi vero via ordinaria ad vitam aeternam pervenire non possunt, nisi mediante baptismo; illis baptismus, tanquam medium ordinarium, conferri, non autem denegari debet. Atqui infantes Christus vult salvos fieri (Mr. X, 14), ipsi vero via ordinaria ad vitam aeternam pervenire non possunt, nisi mediante baptismo (vi dicti universalis Joh. III, 5). Ergo. Deinde etiam 2) hoc modo: Quoscunque Christus vult sibi offerri, ut benedictione spirituali fruantur, illi per baptismum, velut medium ordinarium, sunt adducendi ad Christum. Atqui infantes Christus vult sibi offerri, ut benedictione spirituali fruantur (Mr. X, 14). Ergo. Porro 3) praeceptum Mtth. XXVIII, 19. de baptizandis omnibus gentibus ad infantes etiam, qui gentium complexu continentur, recte extenditur. Et 4) exempla; quae docent integras familias fuisse baptizatas, v. gr. Act. XVI, 15. och 33. XVIII,

8. 1 Cor. I, 16. recte creduntur complecti infantes, qui partem familiarum haud dubie constituerunt. Accedunt 5) analogia circumcisionis, infantibus collatae, et 6) quod, sicut promissio gratiae foederalis Act. II, 39, ita et sigillum foederis, baptismus, ad infantes pertinet. Denique 7) cum ecclesia tota mundata sit lavacro aquae per verbum (Eph. V, 26), recte etiam hoc ad infantes refertur, quando et illi, natura immundi, tamen inseri debent in ecclesiam.

Cat. maj. IV, 49. Puerorum baptismum Christo placere et gratum esse, suo ipsius opere abunde ostenditur, nempe quod Deus illorum non paucos sanctificavit eosdemque spiritu s. impertivit, qui statim a partu infantes baptizati sunt. Sunt etiam hodie non parum multi, quos certis indiciis animadvertimus spiritum s. habere, cum doctrinae eorum, tum etiam vitae nomine: sicut et nobis gratia Dei datum et concessum est, nosse scripturas interpretari. . . At si puerorum baptismus Christo non probaretur: nulli horum spiritum s. aut ne particulam quidem ejus impertiret atque, ut summatim, quod sentio, eloquar, per tot secula, quae ad hunc usque diem elapsa sunt, nullus hominum Christianus perhibendus esset.

Motståndarnes inwändning: "Sacramenta non prosunt absque fide: Jam vero infantes non credunt" blifwer således förklarad för grundlös, ty blott hos de fullwuxna fordras tro, hos hwilka ordet redan kan wara werksam. Men i allmänhet tagen, är den sats, att Sacramenten blott äro werksamma, hwarest tro förefinnes, öfwerhufwud falsk; ty Sacramentet såsom medium salutis och verbum visibile har likawäl som verbum audibile den uppgift, att först framkalla tro, och framkalla henne då, när intet motstånd å menniskans sida ställes deremot, såsom det hos barnen är fallet. Infantes per aetatem non possunt obicem ponere aut malitiose repugnare gratiae divinae adeoque mediis gratiae in usu constitutis neque impeditis gratiam utique statim obtinent. (Br.) — Grh. Invertimus igitur argumentum: infantes non habent fidem scil. naturae corruptae respectu, quia propter carnalem ex parentibus generationem sunt caro. Ergo sunt baptizandi, ut fidem et salutem consequantur. — Att hos barnen genom dopet tron werkas, påstå således DD. med bestämdhet på grund af Tit. 3: 5 (Grh. baptismus est lavacrum regenerationis: jam vero regeneratio sine fide non habet locum) om de ock erkänna sig icke kunna göra sig någon rätt föreställning om arten af denna tro. Grh. Nos non de modo fidei solliciti sumus, sed in illa simplicitate acquiescimus, quod infantes vere credant. Quen. fäster uppmärksamheten på skilnaden inter actum seu operationem fidei justificantis primariam et immediatam, qua in Christum mediatorem recumbit ejusque beneficia operatione spiritus s. apprehendit; atque haec fides interna est ac formalis, quam infantibus tribuimus; et inter secundariam et mediatam, qua fides foras progreditur erga proximum per opera caritatis, quam infantibus denegamus. Och den inwändningen, att barnen, emedan de utan utwecklad förnuft äfwen icke äro i stånd af tron, möter han med distinctionen, inter animam intelligentem et rationalem et ejusdem usum atque operationem. Fides requirit animam intelligentem seu rationalem ut subjectum, et hinc in brutis non

potest excitari fides, non tamen pendet ab operatione et usu ejusdem.

Chemn. Nequaquam concedendum est, infantes, qui baptizantur, vel sine fide esse, vel in aliena fide baptizari. Aliena quidem vel parentum vel offerentium fides parvulos ad Christum in baptismo adducit, Mr. X, 13. et orat, ut propria fide donentur. Sed per lavacrum aquae in verbo Christnm spiritu suo infantibus, qui baptizantur, operari et efficacem esse, ut regnum Dei accipiant, non est dubium: licet, quomodo illud fiat, non intelligamus. Est enim baptismus lavacrum regenerationis et renovationis spiritus s., qui in baptizatos effunditur, ut justificati sint haeredes vitae aeternae, Tit. III, 5. Mr. X, 15. et haec vocatur fides infantium. Sicut enim circumcisio etiam parvulorum in V. T. fuit signaculum jnstitiae fidei, ita, quia in N. T. infantes baptizati Deo placent, et salvi sunt, non possunt nec debent inter infideles rejici, sed recte annumerantur fidelibus. . . Licet alia ratione in adultis scientibus, intelligentibus, volentibus ex auditu sit fides, quam in infantibus rationis usum nondum habentibus. — Br. tillägger dessutom: nec putandum est actuale regeneratiouis beneficium aut collationis fidei in infantibus usque ad annos discretionis differri, interim illos nihilominus in gratiam referri. Confirmationen kan således icke, såsom Hase (Hutterus rediviv.) will, anses för Barndopets fulländning. Ap. conf. säger blott om densamma (VII, 6), confirmatio et extrema unctio sunt ritus accepti a patribus, quos ne ecclesia quidem tanquam necessarios ad salutem requirit, quia non habent mandatum Dei. Chemn Tr. Nostri saepe ostenderunt, ritum confirmationis, remotis inutilibus, superstitiosis et cum scriptura pugnantibus traditionibus, pie et ad ecclesiae aedificationem hoc modo posse usurpari, ut scil. illi, qui in infantia baptizati sunt, cum ad annos discretionis pervenissent, diligenter in certa et simplici catechesi doctrinae ecclesiae instituerentur. Et cum initia mediocriter percepisse viderentur, postea episcopo et ecclesiae offerrentur atqui ibi puer in infantia baptizatus, primo brevi et simplici commonefactione admoneretur de suo baptismo. . . . Secundo puer ipse coram ecclesia ederet propriam et publicam professionem hujus doctrinae et fidei. Tertio interrogaretur de praecipuis christianae religionis capitibus. . . . Quarto admoneretur et hac professione ostenderet, se dissentire ab omnibus ethnicis . . . opinionibus. Quinto adderetur gravis et seria adhortatio. . . Sexto fieret publica precatio pro illis pueris . . . ad quam precationem sine superstitione adhiberi posset impositio manuum. Nec inanis esset ea prccatio, nititur enim promissionibus de dono perseverantiae et gratia confirmationis.

11) Br. Nec solum nunc, quando suscipitur, sed et postea ac per omnem vitam fidelibus efficaciter prodest (baptismus) ad confirmationem fidei et renovationem ulteriorem (ipsum cnim foedus gratiae, cujus sigillum baptismus est, a parte Dei semper ratum et firmum manet).

Cat. maj. IV, 76. In hoc (baptismo) datur et gratia et spiritus et virtus veterem hominem compescendi, ut novus prodeat ac confirmetur. Hinc baptismus semper subsistit, et quanquam a-

liquis ab eo peccatorum procellis abreptus excidat, nobis tamen subinde ad eum regressus patet, ut veterem hominem resipiscentiae jugo iterum subjiciamus. Verum ut iterum aqua perfundamur, non est necesse. Nam etsi centies in aquam mergeremur, non tamen nisi unus baptismus est. Caeterum opus et significatio durat et permanet.

Holl. Tam ipsigni efficacia pollet baptismus ex ordinatione divina, ut tum Deus intuitu foederis baptismalis peccatorem ad se revocet et ipsi resipiscenti peccata remittat, tum peccator contritus et gratiam Dei anhelans, recordatione baptismi se erigere possit.

Hfrffr. Quaest. Sed post baptismum saepius rursum peccamus? Resp. Id vero nullam baptismi iterationem postulat; Deus enim, qui in baptismo gratiae foedus nobiscum iniit, in sua voluntate et promissionibus immutabilis est et sua ex parte foedus semel initum, perpetuo inviolabile, ratum et integrum conservare serio et ardenter cupit: modo nos per poenitentiam ad eundem, qui in baptismo gratiam et remissionem peccatorum nobis pollicitus est, revertamur: et sic fructu baptismi, quo per impoenitentiam aliquandiu caruimus, in vitae novitate denuo perfruimur.

12) Cat. maj. IV, 64. Ultimo neque illud praetereundum aut ignorandum est, quid baptismo significetur, tum quam ob rem Deus talibus externis signis et gestibus hoc sacramentum celebrandum instituerit, per quod primum in Christianorum communionem cooptamur. Opus vero aut gestus est, quod baptizandi in aquam mergimur, qua prorsus contegimur, et postea mersi iterum extrahimur. Haec duae res, in aquam mergi et iterum emergere, virtutem et opus baptismi significant, quae non sunt alia, quam veteris Adami mortificatio et postea novi hominis resurrectio. Quae duo per omnem vitam nobis indesinenter exercenda sunt, ita ut Christiani vita nihil aliud sit, quam quotidianus quidam baptismus, semel quidem inceptus, sed qui semper exercendus sit. — 74. Ex his jam clare vides, baptismum aeque et virtute et significatione sua tertium quoque sacramentum comprehendere, quod poenitentiam appellare consueverunt: quae proprie nihil aliud est, quam baptismus, aut ejus exercitium. Quid enim poenitentia dici potest aliud, quam veterem hominem magno adoriri animo, ut ejus concupiscentiae coërceantur, ac novam vitam amplecti? Quare vivens in poenitentia, in baptismo versaris, hanc novam vitam non solum significante, verum etiam operante, incipiente et exercente. — 79. Ita resipiscentia aut poenitentia nihil aliud est, quam regressus quidam et reditus ad baptismum, ut illud iterum petatur et exerceatur, quod ante quidem inceptum et tamen negligentia intermissum est.

13) Quen. Baptismus, rite administratus, non est repetendus et reiterandus, 1) quia est sacramentum initiationis, uti enim semel tantum nascimur, ita semel tantum renascimur; 2) quia istius reiterationis nullum praeceptum, nulla promissio, nullum exemplum in s. L. extat; 3) quia fructus baptismi est perpetuus, et incredulitas hominum fidem Dei irritam non facit.

14) Grh. (Docemus) baptismum esse quidem ordinarium initiationis sacramentum et regenerationis medium omnibus omnino etiam fidelium liberis ad regenerationem et salutem necessarium, interim tamen in casu privationis sive impossibilitatis salvari liberos christianorum per extraordinariam et peculiarem dispensationem divinam. Necessitas enim baptismi non est absoluta sed ordinata: ex parte nostra ad baptismi susceptionem obligati sumus, interim tamen non neganda est actio Dei extraordinaria in infantibus Christo a piis parentibus et ecclesia per preces oblatis atque exstinctis, priusquam baptismi copia illis fieri posset, cum Deus suam gratiam ac salutarem efficaciam non ita alligarit baptismo, quin in casu privationis extraordinarie agere et velit et possit. . . . Infantes illos, qui vel in utero materno vel repentino quodam casu ante baptismi susceptionem exstinguuntur, temere damnare nec possumus rec debemus, quin potius statuimus, preces piorum parentum vel, si parentes hac in parte negligentes fuerunt, preces ecclesiae ad Deum pro his infantibus fusas clementer exaudiri eosdemque in gratiam et vitam a Deo recipi.

Holl. B. necessarius est necessitate praecepti et medii et quidem necessitate ordinata, non absoluta; si quidem infantes christianorum sine baptismo decedentes salvari credimus. —

15) Kg. sammanställer så fines baptismi: F. b. alius summus, alius intermedius est. Summus est vel absolute talis, ut gloria sapientiae et bonitatis divinae, vel secundum quid talis, ut animarum salus. Intermedius est vel primarius vel secundarius. Primarius in infantibus est fidei et gratiae foederalis collatio; in adultis credentibus fidei et gratiae confirmatio et obsignatio: respectu omnium omnino baptismi candidatorum, fidei et gratiae ac bonorum spiritualium ad eam pertinentium oblatio. Secundarius est: Christianorum a coetibus gentilium discretio; 2) commonefactio de impuritate naturali; 3) recordatio amoris Christi; 4) adhortatio ad novitatem vitae. —

§. 55. 2) Den H. Nattwarden.

Likasom i läran om Döpelsen, hafwa wi nu att serskildt afhandla den H. Nattwardens wäsende, form och ändamål.

1) Wäsendet. Detta är uttaladt uti instiktelseorden, till hwilka wi endast blifwit hänwisade [1]) och deße säga oß, om wi efter deras ordalydelse [2]) utlägga och förstå dem, såsom wi icke annorlunda få göra, att wi uti nattwarden icke allenast bekomma till att njuta bröd och win, utan deßutom äfwen Christi lekamen och blod [3]). I följd deraf äro således bröd och win de yttre, synliga elementerna, i, med och under hwilka Christi lekamen och blod warda oß meddelade, och den H. Nattwarden är således den handling, hwarigenom

detta

detta sker. Sacramentum altaris est verum corpus et sanguis domini nostri Jesu Christi, in, sub et cum pane et vino, per verbum Dei, nobis Christianis ad manducandum et bibendum institutum et mandatum. Cat. maj. [4]). — Men för att på det noggrannaste beteckna i hwilken mening wi fatta ett sådant åtnjutande af Christi lekamen och blod, tillägga wi följande:

a) Att, likasom med bröd och win förstås ett egentligt och werkligt bröd och win; så måste äfwen med Christi lekamen och blod förstås Jesu Christi werkliga och sanna lekamen och werkliga och sanna blod [5]), och att likasom brödet och winet, så äro ock Christi lekamen och blod werkligen och sannfärdigt närwarande uti nattwarden [6]).

b) Att wi i samma mening, som wi njuta brödet och winet, äfwen njuta Christi lekamen och blod; och att således i bägge fallen njutandet icke kan förstås i en metaphorisk, utan i egentlig mening. I följd deraf äger således ett lekamligt och werkligt njutande rum; likasom af brödet och winet, så ock af Christi lekamen och blod [7]); dock så, att samma skilnad, hwilken förefinnes mellan bröd och win å ena och Christi lekamen och blod å andra sidan, i och för sig sjelfwa och efter deras natur betraktadt, äfwen gör sig här gällande; i kraft hwaraf wår mun på annat sätt mottager de rent creaturliga elementen af bröd och win, än Christi redan förklarade lekamen och blod [8]).

Under det wi således uti nattwarden icke kunna njuta brödet och winet, utan att tillika njuta Christi lekamen och blod, och under det wi å andra sidan kunna komma till ett sådant njutande af Christi lekamen och blod endast förmedelst njutandet af bröd och win; så lära wi deraf, att i den H. nattwarden en serdeles förening äger rum af Christi lekamen och blod med brödet och winet [9]). Men densamma förmå wi icke till deß wäsende beskrifwa, ty den är ensam i sitt slag och obegriplig; derföre inskränka wi oß dertill att ifrån henne undanrödja willfarande föreställningar. Men en sådan wore det, om wi antoge en förwandling af den ena substansen i den andra, såsom den Catholska kyrkan gör i sin lära om transsubstantiationen, hwilket är alldeles falskt, alldenstund det lika mycket läres, att brödet och winet förefinnas, som att Christi lekamen och blod äro närwarande; eller om wi antogo ett båda substansernas sammanträffande uti en enda; eller om wi wille tänka oß denna förening såsom äfwen fortwarande efter nattwarden och be-

stående för alltid; eller om wi tänkte oß Christi lekamen och blod inneslutne uti brödet och winet; eller ändtligen om wi wille tänka oß föreningen sådan, som den är, hwilken äger rum mellan Christi Gudomliga och menskliga naturer [10]).

2) Formen. Uti brödet och winet blifwa oß blott då Christi lekamen och blod meddelade, när äfwen det af Herren föreskrifna sättet för den hel. handlingen fullständigt blifwit iakttaget. Således måste 1) Consecrationen försiggå och 2) måste de så consecrerade elementerna äfwen werkligen blifwa utdelade och njutne; ty blott på sådant sätt uppböra bröd och win att wara allmänna och wanliga elementer, och warda Christi lekamen och blod på samma gång i och med dem gifna [11]). Men hwarest allt detta har skett, der är ock den H. nattwarden ett werkligt sacrament, och är hwarken emottagarens tro [12]) eller administrantens sinnelag [13]) något wilkor för den werkliga närwaron af Christi lekamen och blod.

3) Ändamålet. De Christna skola efter Herrans egna föreskrift njuta den H. nattwarden till hans åminnelse [14]). Men njutandet i tron skall hafwa den werkan med sig, att tillika med Christi lekamen och blod äfwen alla de wälgerningar blifwa meddelade, hwilka Christus oß förwärfwat genom utgifwandet af sin lekamen på korset; och till detta ändamål skola wi njuta den H. nattwarden. Så många wälgerningar således, hwilka äro oß förwärfwade genom Christi död, så många blifwa äfwen oß i den H. nattwarden meddelade [15]): dock på det sätt, att hos dem, hwilka njuta den H. nattwarden, tron förutsättes såsom redan förhanden; hwadan ock frukten af nattwarden icke ligger så mycket i frambringandet, som fastmera i den djupare begrundningen, stadfästelsen och det närmare tillegnandet af deßa wälgerningar [16]). — Såsom den hufwudsakligaste frukten utmärka sig a) obsignatio promissionis evangelicae de remissione peccatorum et fidei nostrae confirmatio; ty någon säkrare och wißare underpant kan icke blifwa oß gifwen, än Christi lekamen och blod; b) insitio in Christum et spiritualis nutritio ad vitam aeternam; ty i nattwarden äger den närmaste förening med Christo rum [17]). Under åtnjutandet af den H. nattwarden känna sig derjemte de Christne såsom hörande till ett hufwud; och således tjenar den H. nattwarden dertill, att ibland dem befästa kärlekens band (mutua communicantium dilectio) [18]).

1) Holl. Norma totius doctrinae de sacramento eucharistiae sunt verba institutionis s. coenae, quae leguntur Mtth. XXVI, 26. Mr. XIV, 22. Luc. XXII, 19. 1 Cor. XI, 23: nequaquam vero norma aut fundamentum cognoscendae et confirmandae hujus doctrinae est concio Christi capernaitica, quae legitur Joh. VI, 26 sqq.

Chemn. de c. D. Sicut quaevis ecclesiae dogmata et singuli articuli fidei in certis quibusdam scripturae locis suam propriam quasi sedem habent, ubi ex professo traduntur et explicantur, ita ut vera et genuina ipsorum sententia ex illis locis recte petatur et certo exstruatur: ita extra controversiam est, rectam fidem de coena Domini habere peculiarem suum locum et propriam sedem in verbis institutionis. — Verbis omnes hoc fatentur et concedunt, sed cum ad rem ventum fuerit, plane diversum fit. Sacramentarii enim omnes, quotquot sint, quod de coena Domini credere et sentire velint, non ex verbis institutionis, proprie et simpliciter, sicut sonant, intellectis sumunt, sed ex aliis scripturae locis, quos plerosque de coena Domini nihil loquentes, alius alios sua quadam, quam sibi quisque fingit, analogia deligit, praesumunt. Et postquam ex aliis scripturae locis constituerunt, quid de coena Domini sentire velint, tum demum ad verba institutionis acceditur, atque tunc hoc opus, hic labor est, ut aliunde concepta sententia, in verbo institutionis figurata et violenta aliqua interpretatione intrudatur. Atque ita inter illa argumenta, quae ad constituendam et confirmandam suam de coena Domini sententiam, sacramentarii cumulant, verba institutionis, proprie locum non habent. Sed quando in refutatione ea, quae constitutae sententiae adversari videntur, amolienda sunt, ibi demum resonant haec verba: hoc est corpus meum, ut scil. non hoc, quod sonant, significent sed ut aliunde praesumtae opinioni servire cogantur. —

2) Form. conc. ep. VII, 7. credimus etc. verba testamenti Christi non aliter accipienda esse, quam sicut verba ipsa ad literam sonant.

Holl. A proprietate verborum sacrae coenae recedendum non est, sed sunt illa, ut jacent et sonant, simplicissime ad literam intelligenda. Not.: non est nobis in praesenti sermo de omnibus omnino institutonis s. coenae verbis, sed de verbis substantialibus et dispositivis: hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus.

Kortast uppställer Br. bewisningen så: Quod verba illa Christi in sua nativa vi atque indole accipienda, neque a propria illorum significatione ad tropum deflectendum sit, constat 1) ex communi et in ipsa ratione naturali fundata regula interpretationis de retinenda propria significatione, nisi urgens necessitas ad significationem impropriam descendere cogat: quae quidem regula in iis, quae res supernaturales continent, atque ad fidem pertinent, imprimis sollicite observanda est; 2) quod, cum tres Evangelistae atque Paulus, temporibus ac locis diversis, institutionem s. coenae commemorarent, nemo tamen verbo significavit, tropicam significationem verborum eatenus amplectendum esse, ut non corpus, sed signum corporis edi, non sanguinem, sed signum sanguinis bibi, credendum sit; 3) ex consensu ll. 1 Cor. XI, 27. 28. et X, 16. Illic enim indignus conviva eucharistiae dicitur reus ipsius corporis et san-

guinis Domini, tanquam indigne aut cum contumelia acceptorum: quia panis et vinum sunt communicatio corporis et sanguinis Christi, quod altero loco docetur: Communicatio autem haec non est nuda significatio, sed realis conjunctio; 4) ex indole testamentorum, in quibus verborum proprietas et perspicuitas maxime requiritur ac minime omnium putandum est, Christum in testamento suo, verborum improprietate, litium ac rixarum materiam vel data opera vel imprudenter dedisse. Ett ytterligare bewis hos andra är det: ex tropi absurditate. Jfr. bewiset i Form. conc. VII, 43—60.

3) Sensum literalem förklarar Hollaz derföre så: In priori propositione (hoc est corpus meum) pronomen demonstrativum hoc denotat totum complexum sacramentale, constans ex pane et corpore Christi: in posteriori propositione (hoc est sanguis meus) itidem notat totum complexum, constans ex vino et sanguine Christi, mystice unitis. Derigenom, att hoc hänföres både till bröd och kropp (win och blod), bortfaller allt stöd för den katholska transubstantionsläran. Verbum substantivum Est connectit praedicatum cum subjecto, et denotat, id, quod in s. coena porrigitur, vere et realiter esse non tantum panem, sed etiam corpus Christi.

Ordameningen är således: hoc quod vobis porrigo, quod vos accepturi et comesturi estis, non est tantum panis, sed est insuper corpus meum. Hoc, quod vobis porrigo et vos accepturi bibiturique estis, non est solum vinum, sed est insuper sanguis meus. — Eller såsom det mera allmänt uttryckes: in, cum et sub pane et vino Christus verum suum corpus et verum sanguinem vere et substantialiter nobis manducandum et bibendum exhibet. Detta uttryckssätt söker Form. conc. att på följande sätt förswara (VII, 35): Quod autem praeter illas phrases, quibus Christus et Paulus utuntur, etiam alias loquendi formas usurpamus, v. gr. cum dicimus, sub pane, in pane adesse et exhiberi corpus Christi, id non sine gravibus causis facimus. Primum enim his phrasibus ad rejiciendam papisticam transsubstantiationem utimur. Deinde etiam sacramentalem unionem substantiae panis non mutatae et corporis Christi hac ratione docere volumus. Ad eundem enim modum hoc dictum (Joh. I, 14), verbum caro factum est, repetitur et declaratur aliis aequipollentibus propositionibus; ex. gr. Col. II, 9. Act. X, 38. 2 Cor. V, 19. Hae phrases supra commemoratum dictum Johannis repetunt et declarant, videl. quod per incarnationem divina essentia non sit in humanam naturam conversa: sed quod duae naturae sine confusione personaliter sint unitae. — Äfwen ett annat uttryckssätt lyder så: hoc, quod mediante pane exhibetur, est corpus Christi. —

4) Hutt. C. D. est sacramentum N. T. a Christo institutum, in quo verum corpus, et verus sanguis Domini nostri Jesu Christi, in et sub pane et vino, omnibus manducantibus et bibentibus vere distribuitur et promissio gratiae singulis credentibus applicatur et obsignatur.

Kg. S. C. est sacramentum N. T. alterum, quo Deus hodie manu ministri ecclesiae ordinarii, mediante pane benedicto, verum atque substantiale suum corpus, ore corporis, modo tamen supernaturali, manducandum, et, mediante vino benedicto, verum atque

substantialem suum sanguinem, ore corporis, modo tamen hyperphysico nobisque incognito, bibendum communicantibus vere realiterque exhibet, hocque ipso fidem illorum confirmat et gratiam foederalem iisdem obsignat, in bonitatis et sapientiae suae laudem et participantium salutem.

J den H. Skrift warder Nattwarden kallad: δεῖπνον κυριακὸν 1 Cor. XI, 20. τράπεζα τοῦ κυρίου 1 Cor. X, 21. κοινωνία 1 Cor. X, 16. καινὴ διαθήκη Luc. 22, 20. 1 Cor. XI, 25. Hos de Grek. Kyrkof.: εὐχαριστία, σύναξις, ἀγάπη, λειτουργία, θυσία, προσφορὰ, μυστήριον. Hos de Latinska Kyrkof.: sacramentum altaris, missa.

DD. åtskilja derföre i Nattwarden: materiam terrestrem et coelestem. Holl. Mat. terrestris s. coenae est partim panis, ratione substantiae verus, qui ratione quantitatis, major an minor, rotundus an oblongus, ratione qualitatis azymus an fermentatus, ratione farinae, triticeus, siligineus an hordeaceus fuerit, nihil refert. Partim vinum, ratione substantiae verum, quod rubrum an album, merum an aqua paulisper dilutum sit, nil interest. Mat. coelestis coenae dom. est verum et substantiale Christi corpus, verus item et substantialis Christi sanguis.

5) Chemn. d. c. D. Quando de pane coenae dominicae praedicatur, quod sit corpus Christi, vocabulum panis habet et retinet propriam suam significationem. Et notatio, addita vocabulo corporis, quod scil. pro vobis traditur, omnino cogit, ut non aliter, quam in propria et nativa significatione accipiatur, de illa scil. substantia humanae naturae, quae de spiritu s. concepta, de Maria virgine nata et cruci affixa est. Holl. Collectu proclive est, quod in eucharistia cum pane consecrato manducandum detur non corpus typicum, aut figurativum, quale erat corpus agni paschalis, quatenus adumbrabat aut praefigurabat corpus Christi; non corpus mysticum, quod est ecclesia, Eph. I, 23, non signum corporis, quippe quod pro nobis non est crucifixum: sed corpus Christi verum et personale, filii Dei proprium adeoque Deo plenum et majestaticum. . . Est corpus Christi nunc glorificatum et gloriosissimum. Etsi enim corpore Christi crucifixo ac mortuo semper fruamur, quoad meritum, non tamen nunc est amplius in illo statu, sed in quo statu nunc est, in eo fruimur ipso. Non ergo circumscribendum est naturae regulis. . .

6) Form. conc. VII, 9. Docetur, verum corpus et sanguinem Christi vere sub specie panis et vini in s. Domini coena praesentia esse, distribui et sumi.

Grh. Postquam demonstratum est, verba s. coenae κατὰ τὸ ῥητόν, secundum genuinam, propriam et nativam significationem accipienda esse, sententia nostrarum ecclesiarum de vera, reali et substantiali corporis et sanguinis Christi in s. coena praesentia non potest esse dubia vel incerta, cum ex verbis institutionis κατὰ ῥητόν et proprie acceptis immediate profluat. — Denna praesentia kallas sacramentalis, quia res coelestis in hoc mysterio mediantibus externis symbolis sacramentalibus nobis confertur et exhibetur: vera et realis, ad excludendum figurativae, imaginariae et repraesentativae praesentiae figmentum: substantialis,

ad excludendum adversariorum effugium de sola corporis et sanguinis Christi efficacia in hoc mysterio praesente: mystica, supernaturalis et incomprehensibilis, quia non modo aliquo hujus seculi, sed mystico, supernaturali et incomprehensibili corpus sanguis Christi in hoc mysterio adsunt. Quidam ex nostratibus corporalem praesentiam vocarunt, respectu habito ad objectum, nequaquam vero ad modum; voluerunt hoc dicere, non solam virtutem et efficaciam, sed ipsam substantiam corporis et sanguinis Christi in s. c. praesentem esse; opposuerunt enim hanc vocem praesentiae spirituali, prout ab adversariis ea definitur, nequaquam vero hoc voluerunt, quod modo corporali et quantitativo corpus Christi praesens sit.

För att förekomma falska föreställningar om denna praesentia Quen.: Non quaeritur 1) de praesentia generali, qua Christus θεάνθρωπος omnibus creaturis illocaliter praesens est; nec 2) de praesentia gloriosa, qua idem in coelis praesto est modo singulari sanctis angelis et beatis; nec 3) de praesentia hypostatica, qua ὁ λόγος assumtae suae carni et haec vicissim illi ubique propinqua est; nec 4) de pr. spirituali (operativa seu virtuali) h. e. an Christus adsit in s. coena per effectum vel operationem, quomodo sol nobis praesens est per lumen et calorem; 5) nec quaestio est: a) an Christi corpus et sanguis adsint in s. coena per signum, figuram aut imaginem sui; 6) nec est quaestio de s. coena, quae in coelis celebratur; 7) nec denique de praesentia per apprehensionem per fidem, in coelum subvolantem, sed quaeritur, an corpus et sanguis Christi in coenae actione ita adsint sua substantia, ut porrecto pane simul detur ipsissima substantia corporis Christi, et exhibito poculo una exhibeatur ille ipse sanguis, qui pro nobis in ara crucis effusus est? hwilken sistnämde fråga bejakas. Men denna praesentia är icke physica, localis et circumscriptiva, corporum naturaliter se habentium propria, utan en hyperphysica s. supernaturalis (quam nos naturali perceptione assequi non possumus). Hollaz åtskiljer dessutom ett dubbelt modum pr. hyperphysicae. Definitive praesens est ens finitum, quod citra localem spatii occupationem in certo ubi est. Hoc modo praesentes sunt angeli, qui cum sint essentiae spirituales, loci intercapedine mensurari nequeunt. Hic modus adessendi definitivus nostris etiam corporibus in vita aeterna erit communis. Hoc modo Christus quoque usus est, quando per lapidem sepulcralem egressus est ex monumento etc. Quo modo corpus Christi etiam pani elementari in usu s. coenae adesse haud incommode statuitur; licet insuper etiam accedat unio sacramentalis panis cum corpore Christi, quae non ex modo isto praesentiae definitivo praecise aut simpliciter, sed ex peculiari promissione divina dependet. Praesentia repletiva est omnipraesentia, quae soli Deo competit per se et essentialiter, humanae Christi naturae per unionem cum divina et personaliter. —

Den af Zwinglianerna mot denna praesentia yttrade inwändningen: si corpus Christi simul in coelo et in terris, in coena D. praesens sit, necessario consequi, illud non esse verum et humanum corpus, talem enim majestatem soli Deo tribuendam, corpus vero Christi nequaquam illius capax esse, häfwes genom läran om communicatio

idiomatum (genus III.) och till dennas närmare utbildning föranläts den Lutherska kyrkan just genom sådana inwändningar å de Reformertes sida (cf. Form. conc. VIII. de persona Christi). Quen. swarar på föregående inwändning så: Non sunt contradictoria: corpus Christi esse finitum, et idem ubique (et in specie in s. coena) substantialiter, citra omnem extensionem et divisionem praesens esse, utrumque enim cum scriptura asserat, utrumque etiam est credendum, nec unum alteri opponendum. Axioma illud, quod adversarii alias communiter objicere hic solent: "naturale et finitum corpus non potest simul et semel esse in pluribus locis", tantum de naturali modo valet, male igitur ad articulos merae fidei applicatur, vel potius verbis Christi opponitur. Et si potuit humana Christi natura, salva sua veritate et finitate, assumi in finitam *λόγου ὑπόστασιν*, quomodo igitur Christi corpus, salva ejusdem veritate, non possit ubique (et in specie in s. coena) substantialiter esse praesens. Locus est accidens, corpus non constituens, sed accidentaliter consequens propter aliud accidens, nempe quantitatem, ad cujus rationem non actualis circumscriptio requiritur, sed sola circumscriptibilitas sufficit. Et accurate loquendo non locatio, sed locabilitas, nec esse in loco, sed esse posse in loco corporis physici affectio est. Multiplicatio praesentiae termini non est multiplicatio praesentis subjecti. Varietas modi non est multiplicatio rei. Idem Christus praesens est in eucharistia sine multiplicatione sui, sicut idem Deus in omnibus fidelibus praesens est sine multiplicatione. — Disting. insuper inter corpus mere humanum et sibi relictum et corpus ipsius *λόγου* proprium ipsique personaliter unitum. Axioma philosophicum: "corpus naturale non potest simul et semel esse in pluribus locis", de corpore mere humano, non de corpore *λόγῳ* unito verum est.

Följande inwändningar hafwa än widare blifwit gjorde: 1) Doctrinam de omnipraesentia Christi juxta humanam naturam impugnare doctrinam de reali peculiari divina praesentia corporis et sanguinis Christi in s. coena; hwarpå Holl. swarar: Dist. inter praesentiam generalem et specialem. Non sunt opposita, omnipraesentem esse et nihilominus certo praesentiae modo speciali alicui exhiberi. Sic enim omnipraesentem spiritum s. descendisse super Christum in specie columbae, Mtth. III, 6 statu externo datum discipulis, Joh. XX, specie ignitarum linguarum apostolis communicatum, Act. II, 3 in corporibus piorum vere et per gratiosam praesentiam habitare, 1 Cor. III, 6 legimus. Quamvis itaque per unionis personalis gratiam assumtae carni Christi communicata sit omnipraesentia generalis, non illa tamen praesentia corporis Christi specialem et sacramentalem tollit aut destruit. — 2) "Substantialis praesentia corporis Christi in, cum, et sub pane pugnat cum prima coenae institutione et administratione. Cum enim Christus de mensa panem sumeret, frangeret et distribueret, assedit una cum discipulis mensae; non autem fuit in, cum et sub pane, nec se ipsum fregit in, cum et sub pane, nec manibus gestavit." Resp. Non pugnat cum prima coenae institutione et administratione. Cum Christus de mensa panem sumeret, frangeret et distribueret, assedit naturaliter mensae una cum discipulis; et cum distribueret panem, fecit simul, ut corpus suum esset in, cum et sub pane sacramentaliter, non sublata assessione ad mensam, sed multiplicata per omnipotentiam divinam corporis sui praesentia. —

7) Holl. Corpus et sanguis Christi in legitimo s. coenae usu a communicantibus non tantum ore fidei, sed etiam ore corporis accipiuntur, eduntur et bibuntur.

Chemn. de c. D. Certum est, non solum panem manducari in coena D., de eo enim, quod in coena illa accipitur et manducatur, Christus inquit: hoc est corpus meum. Manducatur itaque in coena etiam corpus Christi, non autem mente tantum et spiritu per solam fidem. Si enim manducare in verbis illis coenae significaret, fidem suis cogitationibus ascendere super omnes coelos ... posset coena Dominica celebrari sine externa aliqua oris sumtione, quod nemo unquam ausus fuerit vel fingere saltem. Verbum igitur manducare habet et retinet in illo loco propriam et nativam suam significationem. Christus enim sumtionem in coena sua mandavit, cum inquit: accipite, et modum sumtionis definit, ut ore corporis fiat, cum addit: manducate. De eo vero, quod ita ore sumitur, et manducatur, ipse filius Dei affirmat: hoc est corpus meum. Impossibile autem est, unum et idem verbum in eadem propositione simul et propriam et figuratam significationem habere. —

Ifrån denna manducatio oralis, hwilken, emedan den äger rum uti den H. Nattwarden, kallas manducatio .. sacramentalis, måste man noga skilja manducatio spiritualis. Form. conc. VII, 61. Duplex est manducatio carnis Christi: una spiritualis, de qua praecipue Christus in ev. Joh. VI. agit, quae non alio modo, quam spiritu et fide in praedicatione et meditatione evangelii fit, non minus, quam cum coena Domini digne et in fide sumitur. Haec spiritualis manducatio per se utilis et salutaris est, omnibusque Christianis et quidem omnibus temporibus ad salutem necessaria est, sine qua spirituali participatione sacramentalis illa, aut quae ore duntaxat fit, manducatio in coena non modo accipientibus non salutaris, sed noxia etiam et damnationis causa esse solet. Spiritualiter igitur manducare nihil aliud est, quam credere praedicato verbo Dei, in quo nobis Christus verus Deus et homo cum omnibus beneficiis, quae carne sua, pro nobis in mortem tradita, et sanguine suo, pro nobis effuso, promeruit, offertur, videl. gratia et clementia Dei, remissio peccatorum, justitia et vita aeterna. Haec qui ex verbo Dei commemorari audit, fide accipit, sibique applicat, et hac consolatione totus nititur . . . . hic spiritualiter corpus Christi edit et sanguinem ejus bibit. Altera vero manducatio corporis Christi est sacramentalis et ore fit, quando in s. coena verum et substantiale corpus et sanguis Christi ore accipiuntur atque participantur ab omnibus, qui panem illum benedictum et vinum in C. D. edunt et bibunt. — Mand. spiritualis förnekas såledès icke; men den är wid nattwarden första följden af mand. sacramentalis. Hollaz uppgifwer åtskilnaden så: Illa (spiritualis) est omnium temporum: haec est N. T. propria. Illa etiam extra coenam, haec tantum in ipsa coena locum habet. Illa etiam fieri potest absque symbolis, haec duntaxat mediantibus symbolis externis peragitur. Illa prodest semper ad salutem, haec interdum fit etiam ad judicium. Illa apprehendit totum Christum cum omnibus ipsius beneficiis; haec tantum corpus Christi in et sub pane. Illa est metaphorica, haec propria, proprietate grammatica, licet non proprietate physica.

Men Gerhard uppställer olikheten i den mening, hwari Luth. och Calvin. bruka deßa uttryck, så: Calviniani sacramentalem manducationem sic definiunt, quod ore accipiamus panem, qui sit corporis Christi absentis sacramentum h. e. tantummodo signum. Nos sacr. manducationem sic describimus, quod ore accipiamus panem, qui sit corporis Christi vere praesentis *κοινωνία*. Calviniani spiritualem manducationem sic describunt, quod anima ejusque organum, fides scil. in coelum sese elevet, ibidemque corpore et sanguine Christi perfruatur, h. e. beneficia traditione corporis et effusione sanguinis parta sibi applicet. Nos adplicationem beneficiorum Christi per fidem i. e. spiritualem manducationem et bibitionem sanguinis Christi, de qua Joh. VI. agitur, nequaquam negamus, sed ad fructum et finem s. coenae referimus ideoque sacr. manducationem, ad formam s. coenae pertinentem, ab ea distinguimus. Quando vero sacr. manducatio vocatur spiritualis, opponitur hoc omnibus carnalibus et terrenis cogitationibus, quas de hoc coelesti mysterio humana ratio potest concipere. —

8) Chemn. de c. D. Si unio seu praesentia corporis Christi cum pane esset physica, constans modo naturali et ratione aliqua hujus seculi, tunc merito flagitaretur et etiam ostendi posset evidens et manifesta ratio sacramentalis manducationis. Qualis enim est unio seu praesentia corporis Christi in coena, talis etiam est manducatio. Sed unio seu praesentia illa non est physica, constans ratione aliqua hujus seculi. Facilius igitur possumus ostendere quid non sit, quam quid sit manducatio sacramentalis. Physica scil. non est, quae constat commolitione, masticatione, deglutitione et concoctione ejus substantiae, quae manducatur, quia praesentia corporis Christi in coena non est naturalis, constans modo aliquo hujus seculi, quae tamen non ideo figurata vel ficta, sed vera et substantialis est, licet fiat per mysterium supernaturale, coeleste et imperscrutibile. — Sålunda blifwer wäl en manducatio oralis af bröd och win, såsom äfwen af Christi lekamen och blod, antagen; men emedan deßa substanser till sin natur äro så åtskilda, så blifwer äfwen modus manducationis wid båda helt olika; wid brödet och winet nemligen såsom rebus physicis seu terrenis ett modus physicus, wid Christi lekamen och blod såsom rebus coelestibus ett modus manducationis hyperphysicus antaget. Holl. Sacramentalis manducatio et bibitio est una et indivisa actio, quae simul eodem momento et panem eucharisticum eique sacramentaliter unitum corpus Christi comedimus. . Sed unius illius manducationis et bibitionis illius duplex est modus. Nam licet uno et eodem organo sumatur res terrena et coelestis, non tamen eodem modo. Panis et vinum ore accipiuntur immediate et naturaliter, corpus et sanguis Christi mediate et supernaturaliter. Modum physicum och hyperphysicum beskrifwer Hollaz så: Ille est, quo cibus ore sumtus demittitur in alvum, concoquitur et ejicitur. Hic est, quo cibus oblatus quidem per os intra corpus recipitur, sed non modo naturali concoquitur et ejicitur. Comederunt angeli et Christus post resurrectionem, quae tamen manducatio non fuit ordinis naturalis, neque modo naturali cibus fuit concoctus. Sed sicut aliter terra absumit aquam, aliter sol: ita quoque non physica ratione cibus ille est concoctus. —

Quen. Distinguendum est inter manducationem ipsam ejusque formam, definitionem et proprietates et inter manducationis accidentia et consequentia. Non valet: "Christi corpus proprie manducatur, ergo dentibus atteritur etc." Neque enim de propriae manducationis et bibitionis generali essentia est, ut cibus et potus mediante deglutitione ingerantur in stomachum, praedicta enim accidentia et consequentia competunt tantum manducationis modo physico, non hyperphysico. — Modus physicus manducationis corporis et sanguinis Christi blifwer äfwen under namn af m. capernaitica (efter Joh. VI, 26) förkastad. Form. conc. VII, 64. Illud mandatum Christi (accipite, edite), consideratis diligenter omnibus circumstantiis, non potest nisi de orali, non autem de crassa, carnali, capernaitica, sed de supernaturali et incomprehensibili manducatione corporis Christi intelligi. —

9) Grh. Praesentia et unio sacramentalis ita comparata est, ut juxta ipsius salvatoris nostri . . institutionem pani benedicto, tanquam medio divinitus ordinato, corpus: et vino benedicto, tanquam medio itidem divinitus ordinato, sanguis Christi modo nobis incomprehensibili uniatur, ut cum illo pane corpus Christi una manducatione sacramentali et cum illo vino sanguinem Christi una bibitione sacramentali in sublimi mysterio sumamus, manducemus ac bibamus. . . . Dicimus igitur, in s. coena panem nec solum nec seorsim neque corpus Christi solum sive seorsim . . sed cum vino sanguinem Christi accipi, nimirum propter mysticam et sacramentalem panis et corporis, vini et sanguinis Christi unionem, quae a veracis et omnipotentis Christi institutione dependet, humana autem ratione nec comprehendi potest nec investigari debet.

Hfrffr. Unio sacramentalis est consecrati panis cum corpore et vini benedicti cum sanguine Christi talis vera et realis conjunctio, qua virtute institutionis et ordinationis Christi, in usu et sumtione s. coenae, una cum pane et vino verum Christi corpus et sanguis sumitur, manducatur et bibitur.

Quen. Subjectum complexum significat, conjunctim dari ad edendum et bibendum rem terrenam et coelestem; quae autem conjunctim dantur reali exibitione, ea etiam sunt unita suo modo; atqui in s. coena conjunctim reali exhibitione dantur panis eucharisticus et corpus Christi, itemque vinum et sanguis Christi: ergo ea etiam sunt sacramentali unione realiter conjuncta.

Holl. Unio sacramentalis rei terrenae et coelestis infert mutuam praesentiam et communicationem panis et corporis, vini itidem et sanguinis Christi, ut panis benedictus sit vehiculum corporis, et vinum benedictum sit vehiculum sanguinis Christi.

Till undwikande af missförstånd, lägges all wigt deruppå, att just blott Christi lekamen och blod och icke hela Christus med kropp och själ förenar sig med bröd och win; hwadan det är en skilnad mellan Christi närwarelse och njutandet af Christi lekamen och blod. Quen. Aliud est, totum Christum in coena s. praesentem esse, et aliud, totum Christum seu rem coelestem uniri cum elemento panis et vini et sic etiam totum sacramentaliter manducari. Prius affirmamus, posterius negamus. Dicimus enim, Christi corpus tantum cum pane et

sanguinem cum vino uniri, et sacramentaliter percipi ore corporis, totum vero Christum spiritualiter ore fidei percipi.

Om skiljaktigheten i läran om nattwarden mellan Lutherska kyrkan och de Reformerte jemför Form. conc. VII, 2—9. Grh. uppställer dem så: Contendunt adversarii: 1) corpus Christi non nisi in coelo substantialiter praesens esse; unde ex articulo adscensionis contra praesentiam corporis in coena argumentum petunt. 2) Christum juxta humanam naturam in terris non esse praesentem, sed coelo usque ad extremum diem capi ac teneri. 3) Praesentiam in pluribus locis evertere naturam veri corporis, unde ex proprietatibus veri corporis contra nostram sententiam argumentantur. 4) Corpus Christi tam praesens fuisse Abrahae et piis in V. T., quam nobis in sacramento eucharistiae praesens est. 5) Manducationem corporis fieri sola fide in coelum subvolante. 6) Adesse Christi corpus operatione spiritus s. nobis communicatum et unitum, tametsi in coelo maneat, quo usque ad extremum diem capitur. 7) Praesentiam statui non propter panem, sed propter hominem (qua ratione medium fini opponunt, quae tamen sunt subordinata). 8) Sacramentalem unionem in nuda σχέσει et analogia consistere, quam sic explicant, quod panis sit signum, figura et repraesentatio corporis juxta essentiam suam absentis. 9) Indigne manducantes non accipere corpus et sanguinem Christi, sed symbola tantum externa, panem scil. et vinum. 10) Praeter manducationem naturalem panis et spiritualem manducationem corporis Christi per fidem, non dari sacramentalem manducationem corporis Christi. 11) Corpus Christi nec localiter nec illocaliter praesens esse. 12) Corpus Christi nec visibiliter nec invisibiliter praesens esse. 13) Corpus et sanguinem Christi ante reditum ejus ad judicium nec ordinarie nec extraordinarie in terris, ubi coena peragitur, praesentia esse. — Quomodo vero aut qua arte hae falsae hypotheses cum vera sententia de vera, reali et substantiali corporis et sanguinis Christi in coena praesentia conciliari possunt? qua fronte adseritur, de modo saltem praesentiae, non autem de ipsa praesentia quaestionem esse, cum semper protestati fuerimus, de modo nos nolle cum quoquam litigare, cum sit omni rationi humanae incognitus? —

10) Hfrffr. Unio sacr. 1) non est transsubstantiatio panis in corpus Christi: nam unio ut minimum est inter duo; 2) non est consubstantiatio vel commixtio substantiarum, sed utrobique panis et vini, corporis et sanguinis Christi substantia salva manet; 3) nec est ad panem et vinum extra usum coenae localis aut durabilis affixio aut copulatio; 4) neque parvi cujusdam corpusculi sub pane delitescentis inclusio (impanatio); 5) nec denique panis et corporis Christi est unio personalis, qualis est filii Dei et assumti hominis. —

11) Grh. Forma hujus sacramenti consistit in actione et quidem ea, quam Christus et apostoli in administratione ejus observarunt, suoque non solum exemplo, sed etiam mandato observandum praeceperunt. Colliguntur autem ex descriptione evangelistarum tres actus sacramentales ad formam et integritatem hujus sacramenti pertinentes, siquidem 1) Christus accepit panem et benedixit; 2) panem fractum discipulis dedit ac distribuit; 3) discipuli

panem benedictum acceperunt et manducarunt. . . . Tres igitur sunt actus sacramentales: 1) εὐλογία sive panis et calicis benedictio; 2) benedicti panis et calicis distributio; 3) distributi panis ac calicis sacramentalis manducatio ac bibitio. Form. conc. VII, 83. Haec tamen benedictio seu recitatio verborum institutionis Christi sola non efficit sacramentum, si non tota actio coenae, quemadmodum ea a Christo ordinata est, observetur: v. gr. cum benedictus panis non distribuitur, sumitur aut participatur, sed vel includitur vel sacrificatur vel circumgestatur. Mandatum enim Christi (hoc facite), quod totam actionem complectitur, totum et inviolatum observandum est. — Regula: nihil habet rationem sacramenti extra usum a Christo institutum seu extra actionem divinitus institutam. —

Af det sagda följer, att den Catholska kyrkans sed att utesluta lekmännen ifrån njutandet af blodet, blifwer så strängt förkastad, att det påstås: ut manducatio est pars essentialis eucharistiae, ita quoque bibitio — qui sub una specie accipit, integrum sacramentum non accipit, sed tantum ejus partem. Quen. Dock anmärker densamme: Laici in papatu propterea non sustinent periculum animae, quia calice Domini privantur: nam iniquitas est penes sacerdotes, et passio injuriae tantum penes populum, ac quamquam non percipiant fructum calicis ex calicis participatione, quia ipsis denegatur, tamen aliunde eum Deus supplet, et miseriae ipsorum subvenit. —

Quen. Consistit consecratio a) in elementorum externorum, panis et vini, ab usu vulgari et communi separatione; b) in benedictione, seu per preces solennes et gratiarum actiones eorundem ad usum sacrum in s. coena institutum destinatione et c) in panis et vini cum corpore et sanguine Christi, per verba Christi testamentaria sacramentali unitione, ita ut panis benedictus sit corporis Christi, et calix benedictus sit sanguinis Christi communicatio (ty: virtute verbi elementum fit sacramentum, citra cujus accessionem non nisi elementum manet. Catech. maj. V, 10). Men: haec ipsa sacramentalis unio non fit nisi in distributione.

Grh. Caeterum cum Christus in institutione sacrae coenae expresse jubeat, in ejusdem administratione nos hoc facere, quod ipse fecit, ex eo sequitur, quod ministri ecclesiae sacram coenam celebraturi, verba institutionis repetere, panem et vinum hoc modo consecrare et communicantibus distribuere debeant. . . . Haec eucharistiae consecratio 1) non est magica quaedam incantatio vi verborum certorum essentialiter transmutans panem in corpus et vinum in sanguinem Christi . . 2) nec est historica tantum institutionis repetitio . . sed est 3) efficax ἁγιασμὸς, quo juxta mandatum, ordinationem et institutionem Christi ex prima coena sanctificatio in nostram coenam quasi derivatur, et externa elementa ad usum hunc sacrum destinantur, ut cum his corpus et sanguis Christi distribuantur. Form. c. VII, 77. Non opus nostrum, non pronuntiatio nostra, sed mandatum et ordinatio Christi efficiunt, ut panis sit corpus et vinum sit sanguis Christi; idque jam inde a prima institutione coenae usque ad finem mundi fieri solet, nostro autem ministerio haec quotidie distribuuntur. —

12) Grh. Fides non pertinet ad substantiam eucharistiae, ergo propter fidem accedentium panis non est communicatio corporis Christi, nec propter incredulitatem accedentis panis desinit esse communicatio corporis Christi. Derföre: Hypocritae et indigni etiam participant substantiam sacramenti, licet fructum ejus non percipiant. 1 Cor. XI, 27. Dem tillkommer: manducatio sacramentalis, men icke m. spiritualis, quae fit per fidem ad vitam internam; fastmera njuta de nattwarden till fördömelse, då deremot de förra till wälsignelse. —

Form. conc. VII, 68. Accurate autem hoc etiam declarandum est, quinam sint indigni convivae in hac s. coena: hi nimirum, qui sine vera poenitentia et contritione et sine vera fide et absque bono proposito vitam emendandi, ad coenam D. accedunt, hi sibi ipsis judicium h. e. temporales et aeternas poenas indigna sua orali manducatione corporis Christi accersunt, et corporis atque sanguinis Christi rei fiunt. Digni vero convivae in c. D. sunt: infirmi in fide, pusillanimes, perturbati Christiani, qui dum magnitudinem et multitudinem peccatorum suorum secum reputant, cohorrescunt, qui magnam suam immunditiem considerantes, hoc pretiosissimo thesauro et beneficiis Christi indignos sese judicant, qui fidei suae infirmitatem sentiunt atque deplorant, hi sunt vere digni illi convivae. . . . Dignitas igitur neque in magna neque in exigua infirmitate aut firmitate fidei, sed in merito Christi consistit.

Form. conc. VII, 63. Ac pii quidem corpus et sanguinem Christi in certum pignus et confirmationem accipiunt, quod peccata ipsis certo sint remissa. . . . Impii vero idem corpus et eundem sanguinem Christi etiam ore suo, sed ad judicium et damnationem sumunt. Quen. Antithesis Calvinianorum, statuentium, indignos et hypocritas dimidium tantum sacramentum scil. signa duntaxat externa accipere, non vero integrum sacramentum, h. e. non fieri participes corporis et sanguinis Christi in s. coena, sed tantum nuda et inania signa percipere. —

13) Form. conc. VII, 32. (Lutherus) confiteor de sacramento altaris, quod nimirum ibi revera corpus et sanguis Christi in pane et vino ore edatur et bibatur, etiamsi ministri, qui coenam Domini distribuunt, aut qui eam sumunt, non credant aut alias s. coena abutantur. Coena enim D. non nititur hominum fide aut incredulitate, sed verbo Dei et ipsius institutione.

14) Conf. Aug. (de missa) III, 30. Christus jubet, facere in sui memoriam, quare Missa instituta est, ut fides in iis, qui utuntur sacramento, recordetur, quae beneficia accipiat per Christum, et erigat et consoletur pavidam conscientiam. Nam id est meminisse Christi, beneficia meminisse ac sentire, quod vere exhibeantur nobis. — Holl. Fit recordatio atque annunciatio mortis Christi vera fide, qua expendimus et credimus, quod corpus suum . . . victimam pro nobis obtulerit in ara crucis. . . . Atque ita adplicatio fidei, quatenus fertur in corpus Christi, dicitur manducatio spiritualis corporis Christi . . . sine hac spirituali manducatione oralis manducatio salutarem eucharistiae fructum non capit, quia omnia beneficia spiritualia recipiuntur fide.

15) Grh. Fines et fructus s. coenae sunt numero plurimi, utilitate maximi, pondere gravissimi. Cum enim ipsius filii Dei proprium corpus in mortem pro nobis traditum et ipsius proprinm sanguinem in ara crucis pro peccatis nostris effusum in s. coena accipiamus, ex eo facile adparet, omnia, quaecunque Christus traditione sui corporis et effusione sui sanguinis promeruit, in salutari hujus sacramenti usu nobis adplicari, conferri et obsignari... Caeterum fructus illos omnes et singulos miranda brevitate Christus in verbis institutionis complectitur, quando adserit, illud ipsum corpus suum nobis manducandum praeberi, quod est pro nobis traditum. — et quando jubet nos hoc facere in sui commemorationem. . . .

16) Ty så skilja sig döpelsen och nattwarden ifrån hwarandra, att den förra är sacr. initiationis, den sednare s. confirmationis. Grh. Per baptismum regeneramur et renovamur: per sacramentum coenae alimur et nutrimur ad vitam aeternam. In baptismo, praesertim infantum, per spiritum s. fides accenditur: in usu s. coenae augetur, confirmatur et obsignatur. Per baptismum Christo inserimur, in quo spirituale incrementum salutari coenae usu accipimus. Per baptismum in foedus divinum recipimur: per usum s. coenae vel in eodem conservamur, vel ex eo per peccata contra conscientiam prolapsi, ad idem vera poenitentia revertimur.

Cat. maj. V, 23. Per baptismum initio regeneramur, vero nihilominus antiqua et vitiosa cutis carnis et sanguinis adhaeret homini. Jam hic multa sunt impedimenta et impugnationes, quibus cum a mundo, tum a diabolo acerrime infestamur, ita ut non raro defessi viribus deficiamus, ac nonnunquam etiam i peccatorum sordes prolabamur. Ideo hoc sacramentum tantum pro quotidiano alimento nobis datum est, ut hujus esu fides iterum vires suas reparet atque recuperet, ne in tali certamine aut tergiversetur aut succumbat denique, sed subinde magis atque magis fiat robustior. Etenim nova vita sic instituenda est, ut assidue crescat et porro pergendo incrementa accipiat. —

17) Holl. sammanfattar detta under den allmänna benämningen af gratia evangelica, hwaraf wi blifwa delaktige genom åtnjutandet af den H. Nattwarden. Eum in finem nobis Christus corpus suum comedendum . . . porrigit, ut gratia evangelica sive gratia divina in evangelio nobis promissa et oblata applicetur nobis in individuo et obsignetur. Id quod pensitantibus nobis actus gratiae applicatricis innotescit uberius. Promisit D. per gratiam regenerantem omnibus dare fidem. Quam gratiam regenerantem ejusque effectum scil. fidem Deus confirmat, roborat, auget per sacramentum eucharisticum. Etenim qui accipit corpus et sanguinem Domini, ille firmissime statuere potest, promissionem evangelicam ad se in individuo pertinere. . . . Deinde per gratiam justificantem Deus renatis peccata remittit, et justitiam Christi imputat: quae gratia justificans et remissio peccatorum sacramento coenae obsignatur. Nam quando illud ipsum corpus Christi, quod pro nobis in mortem traditum est . . . accipimus in sacramento coenae, inde tanquam sigillo N. T. maxime certi reddimur, remis-

sionem peccatorum traditione corporis et effusione sanguinis Christi partam nobis, qui in Christum credimus, donatam et applicatam esse. Per gratiam inhabitantem Deus se nobiscum gratiose unit, quae unio mystica per manducationem corporis et bibitionem sanguinis Christi arctior et firmior redditur, Joh. VI, 56, Profecto ineffabilis caritatis indicium est, quod Christus, non contentus habitasse in nobis spiritualiter per fidem, insuper corpore et sanguine suo per specialem approximationem ad nos veniat, et sic corpori pariter, ac animae nostrae se conjungat. Per gratiam renovantem conferuntur nobis vires spirituales, ut feramus fructus justitiae. In coena s. arctius unimur Christo, veluti viti, ut in eo, tanquam palmites, fructum copiosiorem feramus. Per gratiam conservantem a peccatis praeservamur et consolatione reficimur. Sacramentum coenae est medicina contra peccata quotidiana (Ambros.). Et quemadmodum integra refectio seu nutritio corporum cibo, qui est alimentum siccum, et potu, qui est alimentum humidum, constat: ita in eucharistia proponitur nobis Christus ut esca et ut potus, ne deesse nobis quidquam putemus ad integram alimoniam nostram sive nutritionem spiritualem (August.). — Per gratiam glorificantem beata nobis confertur immortalitas, cujus symbola aut pignora sunt corpus et sanguis Domini, sumta in s. coena. —

18) DD. skilja wanligen mellan fines seu fructus principales et minus principales seu secundarios. Till de sednare räknar man äfwen commemoratio et annunciatio mortis Christi, hwartill icke allenast den tacksamma åminnelsen, utan ock det troende, yttre förkunnandet höra — och separatio Christianorum a paganis et Judaeis.

Af sjelfwa nattwardens begrepp följer, att 1) den enligt regeln skall begås offentligen i församlingen, och blott in casu necessitatis privatim. Men om äfwen Apol. säger (XII, 6.): quod vero tantum fit apud nos publica missa, seu communio, nihil fit contra catholicam ecclesiam. Nam in graecis parochiis ne hodie quidem fiunt privatae missae . . . så är det dock icke sagdt emot enskild nattwardsgång, utan i motsats till den Catholska kyrkans missas solitarias, ifrån hwilka församlingen helt och hållet är utesluten. 2) Att nattwardens ofta begående icke blott är tillåtet, utan ock bör tillstyrkas.

Cap. III.

De ecclesia [1]).

§. 56. Ecclesia stricte et late dicta.

Med den werksamhet, hwilken Gud har tillagt de af Honom förordnade salighetsmedlen, kan man icke wänta sig annat (Jes. LV, 10. LIX, 21), än att genom dem en församling skulle bilda sig af sådana, hwilka äfwen werkligen antaga den dem erbudna frälsningsnåden. Deßa erkänna,

såsom sin herre och såsom sitt hufwud, Christus, hwilken genom sitt utgifwande i döden icke allenast har gjort en sådan församling af återlöste möjlig, utan äfwen uppehåller densamma, förestår såsom hufwud och konung densamma och utwerkar för henne allt det, som är nödigt och tjenligt för hennes bestånd och trefnad [2]. Med honom är denna församling på det innerligaste förbunden; men äfwen sinsemellan äro deß medlemmar nära förenade genom den gemensamma tron och det gemensamma hoppet och den ömsesidiga kärlekens band [3]; så att alla de på sådant sätt förbundne och troende bilda ett enda stort samfund, hwilket wi kalla **kyrkan** [4]. Till henne höra alla de, hwilka hafwa lika tro och samma hopp, om de ock skulle till tid och rum wara aldrig så långt ifrån hwarandra skilde. Kyrkan sträcker sig således icke blott till de nu lefwande; utan lika mycket till de i tron aflidne; ty emellan båda är blott den skilnaden att de ena redan hafwa upphunnit målet, men de andra deremot ännu sträfwa derefter (Eccl. militans — triumphans) [5]. Det gifwes derföre blott en enda sådan församling, emedan det blott gifwes ett hufwud, hwilket alla äro underdåniga; blott en tro, genom hwilken de kunna salige warda. Denna församling kalla wi widare **helig**, emedan inom henne den H. Ande är werksam att helga henne; **Allmännelig**, (catholsk i ordets egentliga gamla betydelse) emedan, så widt än deß medlemmar äro kringspridde, de alla dock under alla tider och på alla orter bekänna samma tro; — **apostolisk**, emedan hennes tro, likasom den der grundar sig på apostlarnes egen predikan, så ock aldrig under tidens lopp blifwit förändrad.

Blott desamma, hwilka tillhöra denna kyrka, äro wißa om sin salighet, alldenstund den enda wägen till saligheten ligger uti den tron, som är denna församlings tro (extra ecclesiam nulla salus) [7]. Men åt denna församling är ock löftet gifwet, att hon skall bestå för ewinnerliga tider [8]) och hon kan aldrig förfalla i willfarelser, emedan hon uti Guds ord besitter den ewiga sanningen [9].

Men om medlemmarne af denna församling äro sinsemellan förbundne genom samma hopp och samma tro; så är det äfwen lika naturligt Guds wilja, att desamma, hwilka lefwa på samma ort samma och på tid sammanträda i en närmare synlig församling, så att på detta sätt den ena och all=

allmänna kyrkan uppträder uti enskilda particular-kyrkor (eccl. universalis — particulares) [10]), och hennes werkliga tillwaro derigenom äfwen kan blifwa i det yttre känd. Hwarje sådan församling har derföre kallelsen att äfwen föra andra till den lika saliggörande gemenskapen med Christus och till detta ändamål anwända de salighetsmedel, genom hwilka den enskilde kan blifwa wunnen. Men hwarest detta sker, der måste kyrkan räkna till de sina alla dem, hwilka hafwa slutit sig till henne, om ock blott genom den yttre bekännelsen. Ty dels har hon, då hon icke, såsom Gud, kan se in uti hjertat, inga medel, genom hwilka hon med bestämdhet skulle kunna känna, om den enskilde äfwen innerligt har hängifwit sig åt den till honom utgångna kallelsen; dels kan hon alltid hoppas om dem, hwilka för tillfället äfwen blott till det yttre hafwa antagit kallelsen, att de i sinom tid skola äfwen innerligt gifwa rum för det gudomliga ordets och sacramentens kraft. Der frågan alltså gäller bestämmandet af den yttre med-delaktigheten af kyrkan, är det nu uppgifna begreppet af kyrkan såsom en de troendes församling icke tillräckligt, utan wi ledas till ett widsträcktare begrepp af kyrkan, hwilken wi icke bestämma, enligt det förenämda inskränktare, efter de enskildes inre förhållande till den dem erbudna nåden, utan efter det yttre förhållande, hwari de stå till kyrkan; i följd hwaraf wi förstå med kyrka i widsträcktare mening: Deras församling, hwilka hafwa förenat sig till lika bekännelse och till sacramentens bruk [11]). Men dermed antaga wi icke twänne hwarandra motsatta och jemte hwarandra bestående kyrkor; utan fastmera förhålla sig båda till hwarandra så, att kyrkan i inskränktare mening befinner sig midtuti kyrkan i widsträcktare mening, ehuru derföre icke denna sednare uppgår uti den förra, utan innefattar eller åtminstone kan innefatta uti sig äfwen andra, hwilka wi icke kunna räkna till kyrkan i inskränktare mening [12]). Derföre kan wäl hwar och en lära sig känna, hwilka individer äro att räkna till kyrkan i widsträcktare mening; men ingalunda, hwilka af dem höra till kyrkan i inskränktare mening; hwadan ock skilnaden mellan eccl. late et stricte dicta motswarar den mellan eccl. visibilis et invisibilis [13]). Men af största wigt är det, då deßa distinctioner skola uppställas, att icke utan urskiljning öfwerflytta på kyrkan i widsträcktare mening de löften och

predikater, hwilka äro gifne kyrkan i inskränktare mening [14]), hwilket lätt kunde gifwa anledning till falsk fruktan eller till falska förhoppningar och sjelfbedrägerier [15]). Om henne (neml. k. i widstr. mening) gäller alltså icke i samma mening, utan blott synecdochice [16]), att hon är una, sancta, catholica et apostolica; likaledes icke, att hon ej kan fela eller irra [17]); utan fastmera, då kallelsen utgår till många, hwilka icke med hjertat antaga den, warder det klart, att de enskilde uti kyrkan kunna i många stycken fela och irra och att det är lika så wäl möjligt, att de onda, som att de goda, äro uti densamma öfwerwägande.

Kyrkan (i widsträcktare mening) kalla wi derföre en sann eller en falsk, icke för det större eller ringare antalet af troende eller otrogne uti henne, utan allt efter som evangelii lära mer eller mindre ren warder uti densamma predikad samt öfwerhufwud de medel, genom hwilka wi ernå saligheten, genom henne mer eller mindre rent och oförfalskadt oß erbjudas [18]). Det rena förkunnandet af det gudomliga ordet, och det rätta handhafwandet af sacramenten äro således de kännetecken, på hwilka wi kunne känna kyrkan såsom sann [19]).

1) Grh. Ecclesia (ab ἐκκαλεῖν) in genere significat coetum et congregationem, unde tribuitur politicis ac profanis coetibus. Ut ergo ecclesiae coetus sacer distingueretur a profanis coetibus, ideo vocatur ecclesia Dei ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ Neh. XIII. 1 Act. XX, 28. 1 Cor. I, 2. X, 32. XI, 16. 22. XV. 9. 2 Cor. I, 1. Gal. I, 13. 1 Thss. II, 14. 2 Thss. I, 4. 1 Tim. III, 5 och 15. Item ἐκκλησία ἐν θεῷ, 1 Thss. I, 1. ἐκκλ. τοῦ κυρίου, Deut. XXIII, 1. Mich. II, 5. Quia vero etiam haeretici gloriantur de ecclesia, ideo differentiae ac honoris causa vera ecclesia vocatur ἡ ἐκκλησία τῶν ἁγίων, Ps. LXXXIX, 6. CXLIX, 1. 1 Cor. XIV, 33. cui opponitur ἡ ἐκκλησία πονηρευομένων, Ps. XXVI, 5. Ap. II, 9. Denique quia ecclesia V. et N. T. dicitur Dei et Domini ecclesia, ideo ad differentiam eccl. N. T. vocatur eccl. Christi, Mtth. XVI, 18. Rom. XVI, 16. Col. I, 24.

2) Holl. Caput ecclesiae est Christus θεάνθρωπος (Col. I, 18. Eph. 1, 22. 23. IV, 16.) non solum ob eminentiam et perfectionem prae membris, verum etiam praecipue ob influxum moralem et physicum sive realem, quem is secundum utramque naturam in membris sui corporis mystici praebet. — Influxus, quem praestat Christus in membra ecclesiae, est duplex: 1) moralis, qui in eo consistit, quod Christus virtute meriti sui acquisivit omnia bona spiritualia, Eph. I, 3; 2) physicus, in oppositione ad moralem sic dictus, sive realis est, quem Christus praebet in membra ecclesiae effective, per actiones in ipsis terminatas, fidem, unitatem et alias virtutes christianas accendendo, augendo, confirmando,

mentes anxias solando, titubantes sustentando, errantes reducendo, omnes ac singulos in vitae cursu gubernando. —

Ecclesia är således riket, hwari Christus utöfwar sitt herrawälde; hwadan ock många DD. låta läran om kyrkan sluta sig till läran om Christus, såsom konung i sitt rike.

Till ofwanstående sats höra såsom Antitheser emot Romersk-Catholska kyrkan:

(Holl.) 1) Praeter Christum aliud quoddam ecclesiae caput, quod vice Christi universum ecclesiae visibiliter gubernat, neque ex necessitate neque ex libera Christi voluntate et institutione agnoscendum est.

2) Christus nunquam constituit apostolum Petrum caput universum suae ecclesiae neque primatum potestatis et jurisdictionis in ecclesiam catholicam ipsi concessit.

3) Pontifex Romanus neque est successor Petri in episcopatu, neque ecclesiae catholicae caput aut monarcha.

Mtth. XVI, 18. utlägga de protest. DD. så, att de med klippa förstå den confessio, som Petrus v. 17. hade aflagt. Holl. Sensus est: tu es Petrus, vir saxeus, stans super confessione tua velut super saxo aut petra firmissima et super hac petra aedificabo ecclesiam meam, ut sit saxea, immobilis et inexpugnabilis, quamdiu super hac confessione vel doctrina stabit, velut super petra immobili. — v. 19. Christus dedit claves Petro, non ut principi sed ut ministro et oeconomo. — Jam vero non solus Petrus, sed etiam reliqui apostoli oeconomi a Christo fuere constituti, 1 Cor. IV, 1. Ergo etiam reliquis apostolis claves Petro hic promissae fuere datae. —

3) Holl. Forma ecclesiae interna et essentialis consistit in unione spirituali vere credentium et sanctorum, qui cum Christo capite per fidem veram ac vivam (Joh. I, 12. Gal. III, 27. 1 Cor. IV, 17), quam consequitur communio mutuae caritatis, ut membra ecclesiae, inter se devinciuntur (Joh. XIII, 35).

4) Br. Homines illi, quos Deus juxta aeternum suum decretum fide et gratia sua donavit, collective sumti, dicuntur ecclesia.

Materiam ecclesiae constituunt homines vere credentes, et sancti: Derföre definieras ecclesia såsom: congregatio sanctorum, qui vere credunt evangelio Christi et habent spiritum s. (Ap. conf. IV, 28). — Den definieras bättre såsom: congregatio sanctorum än såsom congr. electorum, hwilket somliga hafwa: quia latior est adpellatio sanctorum et credentium quam electorum. Proinde cum ecclesia catholica ambitu suo complectatur non solum electos proprie et exquisite sic dictos, sed etiam sanctos et credentes, qui postea iterum excidunt; ideo satius est, ecclesiam definire congregationem sanctorum et vere credentium quam electorum, quamvis sano sensu, phrasi scil. ecclesiastica et generali vox electorum usurpata neminem offendere debeat. (Grh.)

Skriftbewisningen för ecclesia såsom congregatio sanctorum efter Quen.: Vocatur ecclesia in s. l. 1) corpus Christi mysticum Rom. XII, 5. 1 Cor. X, 17. XII, 27. Eph. I, 23. Col. I, 18; 2) eccl. est mater vere credentium Gal. IV, 26. filii Dei Joh. I, 12. III, 6. spi-

ritu Dei ducuntur Rom. VIII, 14. haeredes Christi Rom. VIII, 17; 3) eccl. est Christi ovile X, 1. 27. 28; 4) prophetae et apostoli saepe ecclesiae encomia tribuunt, quae non possunt referri ad totum coetum vocatorum, qui complectitur bonos et malos, triticum et zizania Mtth. XIII, 24. pisces bonos et putres, oves et hircos Mtth. I, 11. 12. XIII, 47. 49. Joh. X, 1. — Ergo statuenda est ecclesia quaedam proprie et κυρίως sic dicta, cui πρώτως καὶ ἀμέσως illa encomia et attributa competunt. Vocatur enim in V. et N. T. passim Christi sponsa, Joh. III, 29. 2 Cor. XI, 2. Ap. XXI, 19. Cant. IV, 7. virgo pura 2 Cor. XI, 2. una caro cum Christo Eph. V. 30. (Nihil horum quadrat in impios). Domus Dei viventis 1 Tim. III, 15. spirituale aedificium 1 Ptr. II, 5. Tit. II, 14. Ad quod non pertinent nisi qui sunt lapides vivi, superaedificati summo angulari lapidi Jesu Christo, Eph. II, 20. 21. 1 Ptr. II, 5.

5) Br. Credentes, ratione vitae praesentis spectati, dicuntur ecclesia militans, ratione autem vitae alterius seu futurae, ecclesia triumphans. —

Grh. Eccl. militans dicitur, quod sub vexillo Christi contra satanam, mundum et carnem in hac vita adhuc pugnat. (Ubi observa, electorum ecclesiae hanc descriptionem unice competere, si vero coetui vocatorum accommodari debet, addendum erit, quod militans ecclesia in hac vocata et constituta sit, ut contra adversarias illas potestates viriliter depugnet, id quod omnibus ad ecclesiam vocatis commune est.)

Triumphans ecclesia dicitur, quae ad coelestem quietem translata a pugnandi labore et succumbendi periculo liberata, contra omnes adversarias potestates in coelo triumphat.

Eccl. militans dicitur a spirituali militia vel pugna adversus diabolum, Eph. VI, 10 ꝛc. 11. 1 Ptr. V, 8. 9. mundum, 1 Joh. V, 4. et carnem, Rom. VII, 14. Gal. V, 17. —

Eccl. triumphans obtinet nomen a spirituali triumpho, vel victoria ab hostibus reportata, Ap. II, 10. IV, 4. VI, 5. —

6) Symb. Nic. (credo) . . in unam sanctam, catholicam et apostolicam ecclesiam.

1. Grh. Eccl. una dicitur, quia ab uno Domino per unum baptisma, in unum corpus mysticum sub uno capite redacta, uno spiritu regitur, fidei, spei et caritatis unitate constringitur, (Eph. IV, 5.) unam fidem profitetur et una vocatione ad unam haereditatem coelestem vocatur. — Holl. Eccl. est a) una indivisa; propterea, quod omnia membra ecclesiae in Christo, tanquam capite, uniuntur per fidem in Christum, quae cum dilectione non solum Dei, sed et proximi nexu individuo conjuncta est; b) est etiam unica α) quia non agnoscit plures ejusdem speciei coetus, simul existentes; siquidem eccl. catholica est coetus omnium credentium Christo capiti per fidem unitorum; β) quia non agnoscit ecclesiam succedentem; siquidem nunquam tota periit, nunquam tota peribit: sed a primo sui initio, perpetua credentium successione, usque ad haec tempora duravit, semperque durabit, usque ad consummationem saeculi. —

2. Grh. Sancta dicitur ex 1 Cor. XIV, 33. Ap. XI, 2. quia Christus caput illius sanctum est, Hbr. VII, 26. qui sanctitatis suae ecclesiam facit participem, Joh. XVII, 19. quia sancta vocatione vocatur et a mundo separatur, 2 Tim. I, 19, quia sanctum Dei verbum illi est concreditum, Rom. III, 2. quia spiritus s. in hoc coetu credentes sanctificat, Christi sanctitatem per fidem illius adplicando, interiorem renovationem et sanctitatem in cordibus ipsorum operando et perfectae sanctitatis desiderium in illis excitando. —

3. Apol. conf. IV, 10. Et catholicam ecclesiam dicit, ne intelligamus ecclesiam esse politicam externam certarum gentium, sed magis homines sparsos per totum orbem, qui de evangelio consentiunt et habent eundem Christum, eundem spiritum s. et eadem sacramenta.

Holl. Eccl. dicitur catholica (idem, quod καθ᾽ ὅλον, secundum totum vel universum) vel ratione qualitatis, propter doctrinam et fidem, quatenus eam fidem profitetur, quam semper universitas credentium est professa, vel ratione quantitatis, ob diffusionem per universum terrarum orbem, quatenus non perinde atque ecclesia V. T. ex peculiari quadam gente vel natione sed ex omnibus gentibus in universo orbe colligitur. — Doctrina et fides catholica dicitur, quae ab omnibus omnino salvandis requiritur. — Praedicatet af Allmännelighet kan således tilläggas kyrkan i motsats till kätteri. Hoc modo idem est ac ecclesia vera et orthodoxa et appellatur ita a doctrina catholica i. e. orthodoxa Christi et apostolorum doctrina, quae cum haereses in ecclesia passim innotescerent, dicta est catholica, quatenus a Christo et apostolis profecta, omnibus fidelibus commendata atque unanimi eorum consensu recepta et credita fuit. I denna mening kan således äfwen en eccl. particularis bekomma detta praedicat. Men det kan äfwen tilläggas henne i motsats till particularkyrkorna. Hoc modo idem est, quod universalis ecclesia, et hoc modo ad ecclesiam catholicam non sufficit, quod Christi et apostolorum doctrinam amplectatur, quia hanc etiam particularis ecclesia recipit, sed requiritur insuper ad catholicam ecclesiam, ut omnes credentes omnium locorum et temporum ambitu suo includat. —

4. Holl. Apostolica dicitur eccl. partim, quod plantata sit ab apostolis, partim quod traditam ab apostolis doctrinam salutis amplexa et superstructa sit super fundamentum apostolorum et prophetarum, Eph. II, 20. —

7) Grh. . . quod unumquemque salvandorum necesse sit esse vivum membrum et verum civem ecclesiae catholicae et apostolicae, et quod illi, qui sunt extra ecclesiam, sint alieni a Deo, a Christo et beneficiis regni coelestis et spe aeternae salutis. Probant hoc: 1) Eph. II, 12. 13. IV, 16. V, 8. 1 Ptr. II, 9. Ap. XXII, 15. XXI, 8. . . 3) beneficia ecclesiae propria, utpote regeneratio, renovatio etc. haec enim, cum extra ecclesiam non habeant locum, ideo etiam extra ecclesiam non potest esse salus. Satsen: extra ecclesiam nulla salus innebär således i allmänhet blott det, att ingen annan blifwer salig, än den som tror.

8) Conf. Aug. VII, 1. Docent, quod una sancta ecclesia perpetuo mansura sit.

Grh. Nequaquam statuimus, ecclesiam catholicam (scil. invisibilem et stricte dictam) deficere vel interire posse, quia Christus est rex aeternus, et sponsus ecclesiae perpetuus, vi ergo relationis regnum habet aeternum, et semper sibi colligit ecclesiam ex genere humano, quam ut sponsam suam fovet, amat, tuetur, Mtth. XVI, 18. Luc. 1, 33. 1 Tim. III, 15. —

9) Grh. Tota ecclesia nunquam sic errat, ut non sint, qui simplicem verbi ductum sequentes spiritus s. directione et efficaci operatione in veritate et fide eo modo santificentur, ut fundamentum salutis retineant, ut erroribus fundamentalibus immunes perseverent, ac virtute Dei ad salutem conserventur, licet illi quandoque pauci sint ac persecutionibus et corruptelis publice grassantibus ita lateant, ut publice coram mundo non agnoscantur, Mtth. XVI, 18. XXIV, 24. XXVIII, 20. —

It. De ecclesia electorum in terris adhuc militante distincte respondendum est, cum errores sint duplices, quidam fundamentales, qui ipsum fidei fundamentum evertunt, quidam vero non fundamentales, qui cum fundamento fidei consistunt ac duplici modo error contingere possit vel ad tempus vel finaliter. Electi ad tempus involvi possunt, quidam actu etiam involvuntur erroribus, non solum levioribus sed etiam fundamentalibus, interim tamen ante vitae finem ex illis iterum eluctantur, alias enim non essent electi proprie sic dicti: proinde in erroribus fundamentalibus finaliter non perseverant, sed erroribus levioribus non solum ad tempus sed etiam finaliter involvi possunt, qui tamen igne crucis et tentationis in illis absumuntur, ne salutem eorum evertant. —

10) Br. Ecclesia Christi, per orbem terrarum diffusa, plures continet coetus partiales, qui et ipsi nomen ac definitionem ecclesiae sibi vindicant, nempe fideles ipsi ita diffunduntur per orbem terrarum, ut tamen hic atque illic certis vinculis uniti, in congregationes quasdam coalescant easque constituant; quatenus uno ministerio ordinario atque integro sed ab aliarum congregationum ministeriis distincto utuntur.

Quen. Dicitur ecclesia universalis duplici ratione, 1) rat. loci; 2) rat. temporis. Ratione loci dicitur eccl. universalis ille coetus, qui ex diversis populis per universum terrarum orbem ad ecclesiae consortium et beneficiorum Christi participationem per verbum et sacramenta convocatur. Ratione temporis vero ille coetus, qui diversis temporibus ab origine mundi usque ad illius finem per verbum congregatur. Adeoque ecclesia absolute, sive tam ratione loci, quam ratione temporis universalis est ille coetus vere fidelium, quem Deus ab origine mundi usque ad illius consummationem ex omnibus populis et gentibus per verbi praedicationem ad actualem spiritualium et coelestium bonorum communionem vocavit, et hodienum vocat et usque ad finem seculi vocabit et colliget. — Ecclesia secundum quid universalis est coetus omnium vere fidelium, qui eodem tempore v. gr. V. vel N. T. vel etiam hodierno, ubivis locorum, in una eademque fidei,

gratiae, caritatis et salutis communione interna persistunt. Eccl. particularis est coetus non omnium sed aliquorum fidelium, in loco certo ad salutem participandam vocatorum et in communione spirituali interna persistentium. — Eccl. particularis etiam dupliciter dicitur a) ratione temporis; b) rat. loci. Ratione temporis alia est ecclesia veteris, alia novi testamenti; alia colligitur Deo in toto aliquo regno, alia in aliqua civitate aut etiam domo. Hinc apostoli nominant non solum ecclesiam *κατ' οἶκον*, Rom. XVI, 5. et *τὴν ἐν Κορίνθῳ*, 1 Cor. I, 2. sed in plurali etiam ecclesias *τῶν ἐθνῶν*, Rom. XVI, 4. Gal. 1, 2. 22. Ap. I, 2. —

11) Grh. Qui per vocationem in ecclesiae coetum congregantur, sunt in duplici differentia. Quidam enim interius per spiritum s. regenerantur, renovantur, vera fide donantur, illuminantur, sanctificantur et hac ratione fiunt vera et viva ecclesiae membra. Quidam vero externa quidem societate, quae in professione fidei et usu sacramentorum consistit, coetui vocatorum sive ecclesiae visibili sese conjungunt, interna regeneratione et sanctitate destituti. — Illi sunt vera et viva ecclesiae membra, quae a Christo capite vitam et spiritum hauriunt, hi sunt membra putrida et emortua; illi pertinent ad ecclesiam interne, hi improprie; illi respectu interioris et spiritualis cum Christo conjunctionis, hi respectu externae consuetudinis, professionis et societatis cum coetu vocatorum; illi in corde, hi in externa specie; illi *ὄντως*, hi *οἰομένως*; illi judicio Dei, hi judicio hominum; illi ut de anima et corpore ecclesiae pariter, hi ut de corpore et non de anima; illi ut verae et sanae corporis partes, hi ut scabies et mali in corpore humores. — Däðan åtskilnaden mellan ecclesia stricte (proprie, praecise, principaliter) dicta: totus coetus vere credentium et sanctorum, qui non solum externa professione fidei et usu sacramentorum externo, sed etiam vera fide cordis et interiore regeneratione sunt donati, och ecclesia late et improprie sic dicta: totus coetus vocatorum, in quo omnes, qui externa professione sese aggregant ad auditum verbi et usum sacramentorum pro ecclesiae illius membris habentur. — Den sednare blifwer per synecdochen kallad kyrka, scil. partis pro toto, quo coetui toti ex bonis et malis conflato tribuitur, quod tantum parti competit. — I förra betydelsen: Mtth. XVI, 18. Eph. I, 22. 23. V, 23—26. 1 Tim. III, 15. I sednare: Act. XX, 28. 1 Cor. XII, 28. XIV, 4. 23. —

12) Grh. conf. cathol. Non statuimus duas ecclesias, unam veram et internam, alteram nominalem et externam, sed dicimus unam eandemque ecclesiam, totum scil. vocatorum coetum dupliciter considerari, *ἔσωθεν* scil. et *ἔξωθεν*, sive respectu vocationis et externae societatis in fidei professione et sacramentorum usu consistentis; ac respectu interioris regenerationis et internae societatis in vinculo spiritus consistentis. Priori modo ac respectu etiam hypocritas et non sanctos ad ecclesiam pertinere concedimus, sed posteriori modo ac respectu solos vere credentes et sanctos ad eum pertinere contendimus. —

13) Hutt. Si externam societatem signorum ac rituum ecclesiae respicias, ecclesia militans dicitur esse visibilis, et omnes eos complectitur, qui versantur in coetu vocatorum, sive sint pii,

sive impii, sive electi sive reprobi. Si vero ecclesiam consideres, quatenus est societas fidei et spiritus s. in cordibus fidelium habitantis, externus certe dicitur **invisibilis** et electorum propria. cf. Apol. conf. IV, 3.

Br. Ecclesia proprie dicta quidem non est visibilis distincte (seu cognoscibilis ut, quinam sint, ex quibus tanquam membris revera constet, distincte et in individuo nosse queamus. Fides enim nec in sensus incurrit, neque, quae in aliis est, a nobis satis certo intelligi potest, 2 Tim. II, 19), sed confuse tantum (nempe ubi dantur congregationes, praesertim ampliores, in quibus verbum Dei recte docetur, et sacramenta rite administrantur, ibi dari aliquos vere credentes et sanctos, qui ecclesiae Christi partem constituunt, bene intelligitur). Ea vero, quae synecdochice dicitur ecclesia particularis, ita visibilis est, ut tanquam vera et quoad membra sua distincte agnosci et ab ecclesiis falsis seu corruptis discerni queat (qui enim fidem catholicam integram et corruptam exterius profitentur, et sacramentis Christi recte utuntur, cognosci utique et in individuo possunt). Ecclesia är alltså: (Grh.) 1) visibilis respectu vocatorum, invisibilis respectu electorum, nam . . qui sint vere renati ac electi, non adparet exterius nec beneficio oculorum comprehendi potest; 2) visibilis respectu societatis externae, invisibilis respectu societatis internae; quinam enim ad externam ecclesiae societatem pertineant, oculis hominum est obvium, sed quinam ad internam ecclesiae societatem pertineant, non item, quia fides et spiritualis novitas.. infirmitatibus carnis obtecta latet; 3) visibilis respectu externorum mediorum et instrumentorum, per quae in his terris Deo colligitur ecclesia; uti etiam respectu externorum religionis exercitiorum, quae sunt professio doctrinae ac disciplina ecclesiastica, praedicatio verbi et administratio, uti etiam reliqua externa ecclesiae officia. Vicissim invisibilis dicitur primario quidem et potissimum respectu fidei et internorum donorum spiritus s. in renatis, quae humanis oculis perspici nequeunt, deinde etiam respectu capitis in mystico illo corpore, quod jam non videmus, et quia discretio bonorum ab hypocritis, quibus in visibili ecclesia intermixti sunt, soli divinae notitiae est relicta.

För öfrigt gäller om denna skilnad detsamma, som om den in eccl. stricte et late dicta. Grh. Nequaquam introducimus duas ecclesias sibi invicem oppositas, ita ut visibilis et invisibilis ecclesiae sint species sibi invicem contradistinctae, sed unam eandemque ecclesiam respectu diverso visibilem et invisibilem esse dicimus. — Ecclesiae visib. et invisib. äro således icke contrarie oppositae utan subalternae ac subordinatae. Nam invisibilis electorum coetus continetur sub visibili congregatione vocatorum, quia extra coetum vocatorum non sunt quaerendi electi et ecclesia vocatorum latior est quam electorum (Mtth. XX, 16). Quicunque igitur pertinent ad ecclesiam invisibilem i. e. quotquot sunt electi, illi etiam sunt vocati, sed non contra (Grh.).

Widare sökte man förekomma falska uppfattningar af begreppet eccl. invisibilis genom följande bestämningar: Ecclesiam electorum dici invisibilem, non quod illi per orbem dispersi pii ratione suae per-

sonae non veniant sub conspectum hominum, sed quia fides et divina electio, ratione quarum ad ecclesiam ut viva membra pertinent, in illis non adparent, videntur ut homines corporei, non videntur ut homines electi: nec ideo ecclesiam elect. dici invisibilem, quod piis et electis cum visibili ministerio verbi et sacramentorum, et cum exercitio divini cultus externo nihil plane sit commercii, sed quia dona spiritus s. interna, quibus ipsi, tanquam viva ecclesiae membra a putridis et mortuis membris, in oculis Dei discernuntur, hominum adspectui minime sunt obvia. Såsom finem secundarium, hwarföre skilnad göres mellan eccl. invisib. och visib. uppgifwer Grh. deßutom: Quia non solum regna mundana externo splendore ecclesiam antecellunt, sed etiam coetus haeretici opibus, potentia, gloria etc. saepius eminent, ideo ne ab externa illa specie de ecclesia judicetur, dictum est, ecclesiam esse invisibilem, h. e. quod miser, contemtus et exiguus ille coetus, in quo multae sunt infirmitates, quique non tantum persecutionibus et cruce premitur, sed etiam offendiculis et scandalis deformatur, sit ecclesia, de qua non ab externa specie sed ex verbo sit statuendum et juxta verbi normam judicandum. Et hoc sensu ac respectu concedimus, ecclesiam in hac significatione non esse perpetuo modo invisibilem, h. e. non semper eodem modo pressam, contemtam et abjectam latere, sed lunae instar externum ejus splendorem variari, augeri ac minui; quandoque enim persecutionibus premitur, et haeresium nebulis obscuratur, quandoque vero tranquillitate fruitur et doctrinae simplicitate clarissime fulget.

De symb. Böckerna och de äldste DD. såsom Melanchthon hafwa icke, åtminstone hwad uttrycket beträffar, ännu distinctionen mellan eccl. visib. och invisib.; men till sjelfwa saken ligger den i följande yttranden: Ap. conf. IV, 5. Ecclesia non est tantum societas externarum rerum ac rituum, sicut aliae politiae sed principaliter est societas fidei et spiritus s. in cordibus. — Et haec ecclesia sola dicitur corpus Christi, quod Christus spiritu suo renovat, sanctificat et gubernat. . . 12. Quamquam igitur hypocritae et mali sint socii hujus verae ecclesiae secundum externos ritus, tamen cum definitur ecclesia, necesse est eam definire, quae est vivum corpus Christi, item, quae est nomine et re ecclesia. Men de äldste DD. utgå öfwerhufwud icke såsom wi ifrån begreppet af ecclesia såsom en congregatio sanctorum och bruka äfwen uttrycket eccl. visibilis i en annan mening. Mel. Eccl. visib. est coetus amplectentium ev. Christi et recte utentium sacramentis, in qua Deus per ministerium evangelii est efficax. De söka derföre att afwisa dem, hwilka icke wilja sluta sig till någon synlig kyrka, utan säga, att denna aldrig uppenbarar sig. Med påståendet, att kyrkan är visibilis, will således Mel. blott säga, att wißa kännetecken kunna alltför wäl uppgifwas, hwarpå kyrkan kan blifwa känd såsom den sanna. Ap. conf. IV, 20. Neque vero somniamus nos platonicam civitatem, ut quidam impie cavillantur, sed dicimus, existere hanc ecclesiam, videl. vere credentes ac justos sparsos per totum orbem. Et addimus notas: puram doctrinam evangelii et sacramenta. —

14) Br. Encomia illa insigniora et promissiones perpetuae durationis, quae in scripturis ecclesiae tribuuntur, non ad aliquam certam particularem ecclesiam, sed ecclesiam Christi absolute spectatam referri debent. —

15) Grh. conf. cath. Opposita est distinctio ecclesiae in visibilem et invisibilem opinioni Pontificiorum, quod ad Romanum pontificem et praelatos, qui sunt in ordinaria successione, ecclesia Christi ita sit alligata, ut quodcunque illi statuant et sentiant, necessario sit ab omnibus recipiendum ac nullo modo, nullove praetextu ab illis discedendum. Item persuasioni illorum, qui in delictis sibi blandiuntur seque non posse damnari putant, cum sint visibilis ecclesiae membra. —

16) Grh. Caeterum quia sanctis ac vere credentibus in ecclesia conjuncti sunt non-sancti, destituti quidem interna regeneratione ac renovatione, externa societate (quae in professione fidei et usu sacramentorum consistit) sanctorum coetui in hac vita conjuncti, inde est, quod ecclesia quandoque populariter accipitur pro toto coetu vocatorum, cui honorifica illa praeconia, quae ecclesiae in scripturis tribuuntur, non nisi per synecdochen, usitatam in scripturis figuram, competunt, nimirum propter electos, qui sunt in hoc coetu, perinde ac si quis civitati praclara encomia tribuat propter honestos ac moratos cives, quibus tamen intermixti sunt mali ac perversi, vel si quis agrum egregiis epithetis ornet propter triticum, cui tamen intermixta sunt zizania. —

17) Holl. Quaelibet ecclesia particularis et visibilis fundamentalibus erroribus adeo contaminari potest, ut praevaleant publicumque ministerium constituant doctores, falsam doctrinam profitentes, paucitate vero credentium sub multitudine errantium latente. —

Grh. Nec hanc solam et illam particularem ecclesiam sed omnes omnino particulares ecclesias, adeoque totam visibilem ecclesiam nube corruptelarum, errorum, scandalorum, haeresium, persecutionum etc. obscurari inque eum statum redigi posse dicimus, ut splendor et claritas ejus exterior deficiat, nec supersit aliquis et conspicuus coetus, qui puro verbi ministerio publice sonante gaudeat. Derföre emot Catholikerna: Negamus igitur ecclesiam ad certam quandam sedem eo modo adligatam esse, ut in illa perpetua quadam successione visibili splendore sit duratura, sicut adversarii de Romana ecclesia dicunt, quod sit unica illa catholica ecclesia, in qua sit pontifex Christi vicarius.. Men dock: Nec unquam ecclesia ita latet, quin ab aliquîs conspiciatur, si non a mundo et infidelibus, tamen a piis confessoribus, exsulantibus, et latentibus; quin imo et in profundissimo exinanitionis statu Christus, ecclesiae caput, radios quosdam divinae majestatis suae exserebat, ex quibus vera ipsius divinitas cognosci poterat, sic in profundissima ecclesiae depressione quorundam martyrum confessio emicat et ecclesiam perpetuitati ac veritati clarissimum testimonium exhibet.

18) Holl. Eccl. vera seu pura est coetus hominum, in quo omnia, quae ad salutem creditu et ad vitae sanctimoniam factu sunt necessaria, citra admixtos errores noxios ex verbo Dei docentur, et sacramenta juxta institutionem Christi administrantur, et sic filii Dei spirituales gignuntur, qui per veram fidem Christo capiti conjunguntur et in ipso unum corpus fiunt.

Eccl. falsa s. impura est coetus hominum, in quo doctrina fidei ex verbo Dei admixtis erroribus et corruptelis publice proponitur et sacramenta quidem administrantur, sed non eo modo et fine, quo a Christo instituta sunt, dispensantur."

Nota: Eccl. vera et falsa hic sibi opponuntur non **contradictorie**, quo sensu falsa est ecclesia, quae plane non est ecclesia, v. gr. coetus Muhamedanorum, totam religiorum veram pessumdans, sed **privative**, ut ecclesia falsa sit falsata, vitiata, corrupta, impura. — Men i anseende till den sednare yrkas icke att ju icke äfwen inom densamma de finnas, som kunna salige blifwa, emedan uti en sådan kyrka dock alltid Guds ord warder predikadt. **Holl.** In qua ecclesia verbum Dei publice praelegitur et praedicatur, juxta, atque baptismus in substantialibus integer administratur, in illà nasci possunt et nascuntur Deo filii spirituales, et haeredes vitae aeternae. Atqui in quadam ecclesia corrupta (Romana, graeca) verbum Dei publice praelegitur. Ergo etc. — In ecclesia falsa, specificative dicta, quatenus in eadem verbum Dei publice praelegitur, et baptismus in substantialibus integer administratur, datur regeneratio et salus, at non sine ingenti periculo animarum: quippe quae dogmatibus falsis sic obtenebrari possunt, ut vel non accendatur lux fidei vel in baptismo accensa erroribus obruatur, et exstinguatur.

Satsen: "extra ecclesiam nulla salus", hwilken wår kyrka äfwen tillegnade sig (jfr. not. 7) uteslutet således icke alldeles medlemmarne af en annan particularkyrka ifrån hoppet om salighet, då man ju äfwen uti en sådan kan blifwa pånyttfödd. Denna sats blifwer således af wår kyrka annorlunda förstådd, än af den catholska; ty af denna blifwer fräsningen frändömd hwar och en som tillhörer en annan particularkyrka. Af wår kyrka påstås det blott, att, den som will wara säker om sin salighet, måste tillhöra congregatio sanctorum. —

19) **Holl.** Notae propriae (essentiales atque principales) ecclesiae visibilis verae, ex quibus ejus veritas ita coguoscitur ut a qualibet ecclesia falsa discerni queat, sunt **pura** verbi divini praedicatio (Joh. XV, 3) et legitima sacramentorum administratio (Rom. IV, 11). — **Grh.** Verbo Dei et usu sacramentorum ecclesia constituitur, congregatur, alitur et conservatur. Ergo verbum Dei et usus sacramentorum sunt propriae, genuinae et infallibiles ecclesiae notae et per consequens, ubi illa pura sunt, pura est ecclesia. — **Grh. conf. cath.** Quando pura verbi praedicatio nota verae ecclesiae statuitur, tunc praedicationis nomen **generaliter** accipitur pro doctrinae professione omnibus ecclesiae membris, pastoribus et auditoribus communi ac pro publica textuum biblicorum lectione, quae etiam est quaedam proedicatio, Act. XV, 21. (quae, utrum pura sit an impura, cognosci debet ex symbolis et confessionibus publicis, totius ecclesiae nomine editis vel a tota ecclesia aprobatis, non ex opinionibus aut scriptis hujus aut illius doctoris. **Holl.**). Praedicatio stricte accepta est pastoris potius actio propria, quam totius ecclesiae communis nec simpliciter et absolute ad ecclesiam necessaria, ut ostendunt tempora gravissimarum persecutionum, in quibus per solam scripturae lectionem absque publica doctrinae purae praedicatione ecclesia conservari potest.

Widare: Totae ac integrae ecclesiae non sunt aestimandae ex solis pastoribus, nec ex quibusdam paucis, proinde non sunt statim totae ecclesiae damnandae, si vel pastores vel quidam pauci ab integritate et sinceritate doctrinae discedant, quia puriores saepe sunt auditorum aures, quam labia docentium ac multi in corrupto ecclesiae statu post baptismum perceptum retinentes fundamentalia doctrinae coelestis capita erroribus, quos Pseudodoctores in ea spargunt, vel non assentiuntur, vel sine ulla pertinacia iis adhaerent, vel ex iis ante finem vitae iterum eluctantur.

Ändtligen: Notandum tamen, quod puritatis illius sint certi quidam gradus, quia verbum Dei aliquando magis pure, aliquando vero minus pure in ecclesia praedicatur, nec statim desinit esse ecclesia, si vel maxime in quibusdam religionis capitibus non pure docent. Quo igitur purius et sincerius in ecclesia praedicatur Dei verbum, quo proprius ad normam scripturae s. praedicatio et doctrina accedit, eo purior et sincerior erit ecclesia; quo vero longius a regula verbi recedit, eo impurior et corruptior erit ecclesiae status. Nec tamen per quamvis corruptelam desinit esse ecclesia, quia ostendimus superius, Deum etiam tunc semen sanctum et spirituales filios sibi generare et conservare, quando publicum ecclesiae visibilis ministerium est corruptum. —

Emot Donatister och Montanister påstås med synnerligt eftertryck, att de ofwan anförde kännetecknen äro de enda wäsendtliga, men att äfwen, då desßa äro förhanden, anslutandet till denna kyrka är en pligt för den enskilde. Mel. Nec laudamus errones, qui vagantur et ad nullam se ecclesiam adjungunt, quia nunquam inveniunt talem ideam, in qua non desideretur aliquid in moribus, aut disciplina, sed quaeramus ecclesiam, in qua articuli fidei recte docentur, et ad hanc nos adjungamus. —

Såsom falska blifwa de af den catholska kyrkan anförde kännetecknen förkastade, t. ex.: nomen catholicum — antiquitas — duratio diuturna — amplitudo s. multitudo credentium — successio credentium episcoporum in Rom. ecclesia — conspiratio in doctrina cum ecclesia antiqua — unio membrorum inter se et cum capite — sanctitas doctrinae — efficacia doctrinae — sanctitas vitae auctorum — gloria miraculorum — lumen propheticum — confessio adversariorum — infelix exitus hostium — felicitas temporalis allata iis, qui ecclesiam defenderunt. — Om kännetecknet af antiquitas anmärker Holl. Per ecclesiam antiquam intelligitur vel ea, quae ante plura secula exstitit quidem, sed valde corrupta; vel eccl. apostolica. Si prius, eccl. vera ex ecclesia antiqua corrupta cognosci nequit; sin posterius, nota illa quidem se recte habet, sed redit ad nostram sententiam. Consentire enim cum antiqua ecclesia apostolica significat, puram doctrinam, quam illa habuit, amplecti. —

§. 57. **Ecclesia synthetica et repraesentativa.**

Alla de, hwilka äro kallade till nåden i Christo, kunna icke samtelige taga en lika rådslående, styrande och

beslutande del i alla kyrkans angelägenheter. De söka sig derföre en organ, genom hwilken de låta representera sig, och hwilken de uppdraga detta nämnda göromål, och finna densamma i läroståndet, hwilket det således tillkommer, icke allenast att i offentlig predikan förkunna kyrkans tro [1]), utan äfwen att leda kyrkan och att öfwerlägga om och afgöra alla de frågor, hwilka i henne förekomma. Läroståndet kalla wi derföre **ecclesia repraesentativa**, till skilnad ifrån **ecclesia synthetica**, hwarmed wi förstå inbegreppet af alla kyrkans medlemmar [2]). Detta lärostånd sammanträder derföre wid alla wigtigare angelägenheter, som behöfwa en rådplägning, till ett concilium, ifrån hwilket dock äfwen lekmän icke äro uteslutne, om de wisa sig erfarne i kyrkliga angelägenheter [3]); och de der fattade beslut gälla såsom norm för kyrkan. Ett sådant concilium warder kalladt concilium **generale** s. universale, om alla eller dock de flesta particular-kyrkorna; **conc. particulare**, om blott några particular-kyrkor äro representerade på detsamma [4]). Ordningen fordrar, att hwarje concilium har en föreståndare, men blott för det ändamål, att uti lagenlig ordning framställa öfwerläggningsämnena och leda rådplägningen; men icke så, som skulle honom tillkomma en högre auctoritet i sjelfwa de trossaker, om hwilka fråga är [5]). — Sammankallandet af ett concilium skall under wanliga omständigheter utgå ifrån den politiska maktinnehafwaren, under hwars yttre skydd kyrkan står; men i utomordentliga fall tillkommer rätten att sammankalla ett sådant äfwen en menighet i kyrkan [6]). — Sammanträdandet af ett sådant concilium kan icke hafwa något annat ändamål än det att på grund af den H. Skrift pröfwa och afgöra de ifrågawarande angelägenheterna [7]); ty äfwen för ett concilium öppnar sig ingen annan källa, hwarutur det kunde hemta utslaget. Ett concilii auctoritet är derföre uti alla trossaker ingen absolut afgörande och ett concilium kan aldrig fordra, att kyrkan skall underkasta sig deß beslut derföre, att de ifrån detsamma äro utgångne; utan blott emedan och således blott då, när afgörandet hwilar på det gudomliga ordets grund och öfwerensstämmer dermed [8]). Ju enhälligare besluten på ett concilium äro och ju större antalet af de particular-kyrkor är, hwilka äro ense om deßa beslut, desto mera wigt hafwa desamma, fastän de äfwen då icke äro ofelbara och således icke hafwa någon absolut afgörande auctoritet [9]). —

1) Holl. Professio fidei, quae editur voce pastorum, cum doctrinam Christi in conventibus publicis inculcant, et ad auditorum captum declarant, communis confessio ecclesiae totius et singulorum membrorum censetur.

2) Holl. Eccl. synthetica (ἀπὸ τῆς συνθέσεως, a collectione, vel compositione omnium vivorum ecclesiae membrorum, quae faciunt unum corpus mysticum) est ecclesia collective sumta, constans ex doctoribus et auditoribus, ejusdem fidei vinculis conjunctis, et appellatur ecclesia synthetica ad differentiam ecclesiae repraesentativae (Mtth. XVIII, 16.), quae est coetus doctorum ad decidendum quaestiones de doctrina fidei et moribus christianorum solemniter congregatorum (Quen. utpote qui plenius et melius repraesentare et exponere possunt publicam doctrinam ecclesiae, quam soli auditores semotis doctoribus).

3) Holl. In conciliis congregantur doctores et legati ecclesiae (Br. laici, modo rerum sacrarum periti, solertes, pii ac pacis amantes sint), quibus a tota credentium communione commissa est potestas cognoscendi et judicandi de publica interpretatione doctrinae in capitibus dubiis et controversis.

Då äfwen wid concilierna läroståndet är det wida öfwerwägande; så behöfs wid den ofwan anförda definitionen af en eccl. repraesent. icke lekmansståndet att nämnas.

Materia circa quam versantur concilia: quaestiones de dogmatibus fidei, moribus et caerimoniis ecclesiae Christi. Exempl. Act. XV, 19.

Såsom causa principalis et remota justi et legitimi concilii nämnes Gud. Quen. Concilia habent originem divinam. In V. T. Num. XI, 16. Deut. XVII, 9. Ps. CXXII, 5. In N. T. quoad genus Mtth. XVIII, 17. (ubi per ecclesiam intelligitur coetus judicans, multitudo autem promiscua non judicat. Ergo eccl. repraesentativa innuitur, quae est congregatio doctorum. Holl.) inchoata in celebri illo apostolico Hierosolymitano conventu, Act. XV, 28. —

4) Holl. Concilia universalia sunt, ad quae vel ex omnibus vel ex plurimis orbis christiani partibus viri docti et pii vocantur. Particularia vel sunt nationalia, ad quae viri docti et pii unius nationis evocantur: vel provincialia, in quibus doctores unius provinciae conveniunt: vel dioecesana, quae ex viris religiosis unius dioeceseos constant. —

5) Holl. Praeses concilii invisibilis est spiritus s. (Act. XV, 28. qui mediante verbo in s. literis comprehenso loquitur, docet, illuminat, et dirigit mentes assessorum ecclesiae). Praeses visibilis est vel politicus vel ecclesiasticus. Praeses politicus est imperator, rex aut princeps christianus, aut aliquis ab illo delegatus. Praeses ecclesiasticus est unus vel plures episcopi, ab imperatore, rege aut principe vel communi totius concilii suffragio electi.

Praes. politicus ordinem concilii externum moderatur, colloquentibus securitatem a vi externa praestat, impedit tumultus, coërcet rixantes, decreta majoris et melioris partis approbat, publico edicto servit et exsecutioni tradit. Praes. ecclesiasticus interna ecclesiae seu ipsas actiones ecclesiasticas, quae circa doctrinam fidei sunt, moderatur, non cum auctoritate coactiva sed ordinativa, quaestiones, de quibus deliberandum est, accurate proponit, candide explicat. —

Assessores et judices in conciliis praeter praesides sunt non tantum episcopi, doctores et pastores, sed etiam laici, literarum sacrarum periti, pii, veritatis et pacis amantes ab ecclesiis delegati, ut de rebus propositis sententiam proponant (Act. XV, 22. 25),

6) Holl. Potestas indicendi et convocandi concilia est penes magistratum politicum orthodoxum: quo deficiente possunt ipsi fideles, citra injuriam in dominos territoriorum heterodoxos, congregationem ecclesiasticam instituere. — Not. Si magistratus sit heterodoxus et infidelis, non tamen exspirat jus et potestas convocandi concilia, si id ipsum orthodoxi efflagitant. Quod si is petito non annuerit, possunt ipsi episcopi exemplo apostolorum quasi precario congregare concilia (Act. XV, 2).

Dädan Antitheserna emot den catholska kyrkan: 1) Jus et auctoritas indicendi concilia, praesertim generalia, non est penes pontificem Romanum sed penes summum magistratum politicum.

2) Praeses (ecclesiasticus) concilii non est necessario episcopus Romanus, vel ejus legati, sed is, qui per suffragia episcoporum ad illud eligitur (Quen.).

7) Holl. Unicum principium et norma decidendi quaestiones controversas de dogmatibus et moribus est scriptura canonica (Deut. IV, 12. Es. VIII, 20. 2 Tim. III, 15. Gal. I, 8. VI, 16).

8) Holl. Concilia pollent auctoritate magna, eaque decretoria (in constituendo bono ordine et sanciendis ritibus atque corrigendis moribus ecclesiae 1 Cor. XIV, 20) et decisiva (in dogmatibus fidei); men decisio är icke simpliciter judicialis, sed diaconica et ministerialis, adstricta ad methodum ordinariam interpretandi dicta scripturae (quam non habent inde, quod ecclesiam universalem exacte repraesentent). Auctoritas conciliorum non nascitur ex perfecta repraesentatione ecclesiae catholicae, siquidem nullum datur concilium, quod ecclesiam universam exacte repraesentet, adeoque nullum datur concilium absolute universale et oeconomicum), sed habent eandem dependenter a scriptura s. et convenientia decretorum suorum cum eadem. —

9) Holl. Quamvis a posteriori ex consensu ecclesiarum per terrarum orbem existentium (conciliis) quaedam accedat auctoritas (quae concilia a pluribus ecclesiis recipiuntur, illa tantae auctoritatis esse censentur, ut ex illis verae ecclesiae doctrina haud invalide colligatur), (haec) tamen non est infallibilis aut immunis ab errandi periculo (nam qui extra concilium errori sunt obnoxii, in ipso concilio congregati tales manent: sed ecclesiae doctores extra concilium errori sunt obnoxii . . Ergo. .). —

§. 58. Ordo triplex hierarchicus.

Fastän kyrkans medlemmar hafwa alla samma himmelska kallelse, så hafwa de dock icke samma jordiska. De skilja sig fastmera i 3:ne stånd, af hwilka det ena (ministerium ecclesiasticum) har kallelsen att genom predikan af det gudomliga ordet och sacramentens förrättande wäcka, underhålla och föröka tron uti kyrkan; det andra (magistratus politicus), skall för det helas gagn draga försorg om den yttre wälfärden i det timliga lifwet. Bägge stånden tjena således, hwart och ett på sitt wis det tredje (status oeconomicus) familjen, åt hwilka de skola bereda ett ordnadt lif och förhjelpa henne att uppnå sin andeliga kallelse [1]).

§. 59. 1) Ministerium ecclesiasticum [2]), Lärostånndet.

Detta är af Gud sjelf beslutadt och inrättadt [3]); af honom hafwa ock på sin tid enskilde omedelbart blifwit kallade till detta stånd, under det detta nu sker medelbart [4]), emedan han gifwit hela kyrkan rättigheten att sjelf wälja sig sitt lärostånd [5]). Af henne således måste de enskilde lärarena hafwa erhållit kallelse och fullmagt, om rättigheten att lära lagligen skall tillkomma dem [6]). Men kyrkan öfwerantwardar dem detta deras embete genom en högtidlig handling, ordinationen [7]), hwarigenom wäl icke någon synnerlig öfwernaturlig kraft eller gåfwa warder den ordinerade meddelad; men hwilken dock i wanliga fall icke bör förbigås, emedan ordningen i kyrkan och den äldsta kyrkans exempel så fordrar [8]). Med ordinationen öfwerlemnar kyrkan åt dem förpligtelsen och rättigheten att förkunna Guds ord och att uppehålla lydnaden för detsamma, att förrätta sacramenten, att förlåta eller behålla den enskilde hans synder [9]) (potestas ordinis — s. clavium). I alla deßa functioner handlar den andlige icke i sitt namn, utan, såsom efter uppdrag, i Christi namn. All werkan således, hwilken det af honom förkunnade ordet och de af honom förrättade sacramenten hafwa, utgår icke ifrån honom, utan ifrån Gud [10]). Så har han äfwen efter Mtth. XVI, 19. Joh. XX, 23 rätt att tillgifwa de botfärdige, att behålla de obotfärdige deras synder, och den, mot hwilken denna rättighet utöfwas, han måste i denna act warseblifwa icke ett blott

blott förkunnande, utan kan äfwen wara wiß derom, att derigenom hans synder werkligen warda behållne eller tillgifne. Men magt dertill har den andlige icke af sig sjelf, utan af Herran, och han utöfwar blott såsom Herrans tjenare i enskilda fall denna honom uppdragna magt[11]. — Kyrkan wäntar af de enskilde, hwilka hon uppdrager en sådan magt, och hwilka hon derföre underkastar sig sjelf och hörsammar, att de med trohet skola utöfwa alla sina förpligtelser, och har äfwen, då detta icke sker, att straffande förfara med dem[12]. Kyrkan utdelar äfwen åt de enskilde olika rang och fastställer åtskilda grader i läroämbetet; men detta sker blott för den yttre ordningens skull, ty de wäsendtliga rättigheterna att förkunna ordet och att förrätta sacramenten äro lika för alla[13].

1) Grh. Status sive ordines in ecclesia a Deo instituti numerantur tres, vid. ecclesiasticus, politicus et oeconomicus, quos etiam hierarchias appellare consueverunt. Oeconomicus ordo inservit generis humani multiplicationi; politicus ejusdem defensioni; ecclesiasticus ad salutem aeternam promotioni. Oec. ordo oppositus est a Deo vagis libidinibus, polit. tyrrannidi ac latrociniis; eccles. haeresibus ac doctrinae corruptelis.

2) Grh. Ministerium eccles. est officium sacrum et publicum divinitus institutum ac certis hominibus per legitimam vocationem commendatum, ut peculiari potestate instructi verbum Dei doceant, sacramenta administrent, ac disciplinam ecclesiasticam conservent ad hominum conversionem et salutem promovendam, Dei vero gloriam propagandam.

3) Hutt. Minist. eccles. institutum est non certe ab homine sed a Deo ipso, Joh. XX, 21. Mtth. XXVIII, 19 et 20. Mr. XVI, 15.

4) Hutt. Vocatio ad ministerium duplex est. Una immediata, qualis erat vocatio prophetarum et apostolorum, quae a Deo ipso sine medio facta est, et cum prophetis et apostolis desiit. Altera est mediata, quae hodie fit per ecclesiam, quae constat ex magistratu, ecclesiae ministris et auditoribus reliquis, quos vulgo plebem sive laicos appellitant. Denna sednare vocatio är icke destomindre att betrakta såsom gudomlig, fastän den förra har många företräden framför densamma. Grh. Nam 1) refertur ad Deum autorem, Ps. LXVIII, 12. Es. XLI, 27. Jer. III, 15. XXIII, 4. 1 Cor. XII, 38. Eph. IV, 11; 2) nititur auctoritate apostolica, Act. XIV, 22. 1 Tim. IV, 14. 2 Tim. I, 6. II, 2. 1 Tim. III, 2. Rom. XV, 18. 1 Tim. V, 21. Act. XX, 22. Col. IV, 17; 3) mediata vocatio gaudet salutaribus Dei promissis, 1 Tim. IV, 16. 1 Tim. IV, 14. 2 Cor. III, 6. Eph. IV, 12.

Vocatio mixta, qua Deus ipse certam nominet personam sed tamen per alios tanquam internuncios eam vocari velit (så Aaron per Mosen), blifwer såsom serskildt slag förkastad af de fleste DD.

5) Causa minus principalis ministerium constituens est ecclesia, cui a Deo est jus concessum eligendi, ordinandi et vocandi idoneos verbi divini ministros, servato tamen in juris hujus exercitio ordine decente, 1 Cor. XIV, 33. (Competit igitur presbyterio examen, ordinatio et inauguratio; magistratui Christiano nominatio, praesentatio, confirmatio per literas vocationis; populo consensus, suffragium). Denna rätt tillkommer henne: Br. (quia) habet sibi, velut sponsae, datas a sponso Christi claves regni coelorum, Mtth. XVI, 18. XVIII, 17. ideoque, sicut ejus est, aperire et claudere regnum coelorum; ita ejus est, constituere ministros, per quos aperiat et claudat. Ac si observemus ecclesiam esse quandam rempublicam et ministros verbi esse velut magistratus seu gestores publicorum negotiorum, quibus cura totius reipublicae commissa incumbit, facile intelligitur, potestatem constituendi illos per se et natura sua in tota residere ecclesia: neque convenire uni alicui parti, nisi ex communi omnium consensu in unam aliquam partem translata sit. För praxis är således dermed icke såsom lag uttaladt, att kyrkan med alla sina stånd skola deltaga i walet af den enskilde läraren. Holl. Dist. inter jus vocandi ministros et juris exercitium. Jus vocandi est penes universam ecclesiam, et omnes ejus ordines, atque membra. Exercitium autem juris variat, pro diversa conventione et consuetudine ecclesiae particularis.

6) Hutt. Nemo in ecclesia Dei publice debet docere aut administrare sacramenta, nisi qui rite est vocatus (1) propter mandatum Dei, Jer. XXIII, 31. Hbr. V, 4. Rom. X, 15; 2) propter εὐταξίαν et ecclesiae tranquillitatem, 1 Cor. XIV, 40; 3) propter certitudinem doctrinae, ut constet, qualis ea sit et a quibus accepta sit, ideo exploratione doctrinae et testimoniis opus est; 4) propter conscientiam docentis, ut certus sit, sibi adesse gratiam Christi et auditores etiam sciant, se legatum Dei audire, 2 Cor. V, 20).

7) Grh. Vocationis publicae et solemnis declaratio sive testificatio est ordinatio, per quam ministerium ecclesiasticum personae idoneae ad illud ab ecclesia vocatae, commendatur, ad quod eadem per preces, et impositionem manuum consecratur, de legitima vocatione certior redditur et officii sui publice in totius ecclesiae conspectu solenniter et graviter admonetur. —

8) Holl. Necessitas ordinationis est ordinata ob εὐταξίαν sive decorum et praeceptum divinum (Act. XIII, 2), quamvis ritualium numerus et forma pro arbitrio ecclesiae varient: non absoluta tamen est necessitas.

Grh. Negamus ordinationem necessariam esse ratione talis cujusdam effectus, qualem Pontificii illi tribuunt, quasi scilicet per eam imprimatur character aliquis indelebilis vel quasi ex opere operato conferat dona ad ministerium requisita, de quo nulla ex Christi et apostolorum dictis adferri potest promissio.

9) Br. Importat ministerium ecclesiasticum potestatem et officium 1) publice docendi et sacramenta ordinarie administrandi; 2) potestatem et munus remittendi et retinendi peccata. Det första

kallas potestas ordinis, det andra potestas clavium (äfwen jurisdictionis).

Conf. Aug. (de potestate eccl. VII, 5). Sic sentiunt, potestatem clavium seu potestatem episcoporum, juxta evangelium, potestatem esse seu mandatum Dei, praedicandi evangelii, remittendi et retinendi peccata, et admininistrandi sacramenta. Nam cum hoc mandato Christus mittit apostolos, Joh. XX, 21. Mr. XVI, 15. Haec potestas tantum exercetur docendo seu praedicando verbum, et porrigendo sacramenta, vel multis vel singulis juxta vocationem, quia conceduntur non res corporales, sed res aeternae, justitia aeterna, spiritus s., vita aeterna: Haec non possunt contingere, nisi per ministerium verbi et sacramentorum. —

10) Grh. Ministri non nisi ὀργανικῶς agunt, ideo actiones suas ad divinum arbitrium et praescriptum adcommodare debent.

11) Holl. Ministri ecclesiae habent potestatem remittendi peccata non αὐτοκρατορικὴν sive principalem et independentem (quippe quae soli Deo competit, utpote cui soli peccatur) sed διακονικὴν sive ministerialem et delegatam, qua peccatoribus contritis et poenitentibus non tantum ἱστορικῶς, sive significative et declarative sed etiam effective et realiter, ὀργανικῶς tamen, omnia peccata sine ulla culpae vel poenae reservatione remittunt.

Remissio är således delegata: Mtth. XVI. 19. Joh. XX, 20. Dependet itaque potestas remittendi peccata a Christo 1) ratione formae, quia est potestas delegata adeoque talis ac tanta solum, qualem quantamque Deus delegavit; 2) ratione normae; cum minister ecclesiae non ad proprium arbitrium sed juxta normam judicii divini poenitentes peccatores absolvere possit; 3) ratione exercitii, quia Deus in actu remissionis cum ministris concurrit et per eos absolvit; 4) ratione efficaciae, quia non nisi delegata adeoque causae principali subordinata vi ac potestate minister absolvere potest.

Icke significative utan effective: nam realiter ligant ac solvunt, non vero ligationem ac solutionem in coelis factam tantum annunciant; — quia, qui clavem accipit ut solvat et aperiat, ille non significat, ab alio aperiri sed ipse aperit. Neque enim clavis idem est, quod annuntiatio aperturae et solvere non est idem, atque solutionem ab alio factam duntaxat declarare. — Ministri per verbum Dei peccatores realiter et effective convertunt, regenerant etc. ergo etiam realiter et effective peccata remittunt.

Br. Quod voce ministri significatur, id ipsum revera contritis et credentibus, voce illa mediante, praestatur et exhibetur, vel confirmatur divinitus, tam firmiter, ac si coram Christus ipsemet poenitenti diceret, quod paralytico dixit, Mtth. IX, 2. —

Detsamma gäller om retentio peccatorum, seu ligatio, quae est denegatio absolutionis diciturque excommunicatio. Br. Quoad retentionem peccatorum ministri ecclesiae est, ut non solum uni-

versaliter (prout Paulus Gal. I, 8. 9. 1 Cor. XVI, 22) hominibus incredulis atque impoenitentibus omnibus denunciet iram Dei ac poenas, verum etiam in particulari aut singulari peccatoribus enormibus et notoriis deneget remissionem peccatorum, eosque ex consensu ecclesiae vel ab usu s. coenae tantum arceat (excommunicatio minor Mtth. VII, 6) vel prorsus ex ecclesiae societate ejiciat ac Satanae tradat (excommunicatio major 1 Cor. V, 3, quae non fit a pastore absque consensu senatus ecclesiastici) (ut veram poenitentiam agant et Deo atque ecclesiae reconcilientur. Holl.). —

12) Holl. Ministrum ecclesiae decet pietatem toto pectore colere (1 Tim. III, 2) et si impietas ejus sit notoria, censura ecclesiastica in eundem adhibenda est (1 Tim. V, 20). Impietas tamen ipsius non derogat efficaciae doctrinae, quam e verbo Dei proponit. —

13) Holl. Ob bonum ordinem, pariter atque donorum disparitatem utile et consultum est, distinctos esse gradus dignitatis et auctoritatis inter ministros ecclesiae, 1 Cor. XIV, 40. Eph. IV, 11. — Quen. Interim eandem potestatem ministerii in praedicatione verbi et administratione sacramentorum et potestatem jurisdictionis in usu clavium consistentem, omnibus ecclesiae ministris competere dicimus. —

§. 60. 2) **Magistratus politicus** [1]). **Den werldsliga Öfwerheten.**

Den werldsliga öfwerheten är icke mindre än läroämbetet ett af Gud insatt stånd [2]). Den åt densamma gifna myndighet med alla deß rättigheter kommer derföre äfwen ifrån Honom [3]); genom den will Gud befordra menniskornas yttre wälfärd [4]). Öfwerhetens närmaste bestämmelse är derföre den att waka öfwer uppehållandet af den yttre tukten och sederna [5]) och den har rätt och förpligtelse att werka derhän genom lagar, hwilka den efter eget godtfinnande, dock med bewarandet af den naturliga och gudomliga rätten, äger att stifta [6]). Men denna för den werldsliga öfwerheten gifna bestämmelse har dock till sitt yttersta ändamål äfwen det att befordra kyrkans trefnad; ty den genom den werldsliga öfwerheten åsyftade yttre wälfärden skulle i och för sig allena icke hafwa någon betydelse för kyrkan [7]). Derföre har den werldsliga öfwerheten tillika äfwen ett omedelbart kall med afseende på kyrkan (**officium circa sacra**); den skall derföre äfwen befordra och skydda christendomens stiftelser; den skall med den henne förlänta yttre magten afwärja alla fiendtliga angrepp och tillbakawisa alla skadliga inflytelser [8]). Men i det inre af läran och kyrkans förwaltning får den icke inblanda sig [9]).

1) Grh. Nomen magistratus dupliciter sumitur: 1) abstracte pro ipsa potestate et auctoritate, qua divinitus instructi sunt, quibus regimen est commissum; 2) concrete pro personis, quae gerunt magistratum et potestate imperandi sunt instructae. —

2) Holl. Causa efficiens principalis magistratus est Deus triunus, (Rom. XIII, 1. Prov. VIII, 15. Dan. II, 21.) qui certis personis officium magistratus committit vel immediate (Ex. III, 10. Num. XXVII, 18. I Sam. IX, 15.) vel mediate, Joh. XIX, 11.

Hodie ad officium magistratus personae habiles moderante Deo legitime perveniunt vel per electionem vel per successionem vel per justam occupationem.

3) Grh. Magistratum potestate aliqua instructum esse patet ex Rom. XIII, 1 etc. — Men: potestas illa magistratus non est absoluta, illimitata et indeterminata, sed ad leges et normam superioris alicujus potestatis restricta. Cum enim potestatem suam a Deo magistratus acceperit, ideo Deum superiorem recognoscere et illius voluntati ac legibus in usu potestatis hujus sese conformare tenetur. — Quando ergo politici absolutam postestatem summo magistratui tribuunt, id non est accipiendum simpliciter nec respectu superioris scil. Dei, sed duntaxat respectu inferiorum magistratuum.

Potestas politica består: 1) in ordinando, ut ferat leges honestas ac salutares ad subditorum et rei publicae commodum pertinentes (p. legislatoria); 2) in judicando, ut juxta legum normam in judiciis sententiam ferat ac justitiam subditis administret (p. judicatoria); 3) in vindicando, ut obedientes honestis legibus praemiis ornet, inobedientes vero ac delinquentes poenis coerceat (p. punitoria). Dädan jus gladii, Gen. IX, 6. —

4) Grh. Propter peccatum protoplastorum non solum spiritualibus et aeternis futurae vitae bonis sed etiam corporalibus et externis hujus vitae commodis genus humanum excidit; sed Deus ex miranda et nunquam satis praedicanda benignitate propter filii intercessionem non illa solum, sed etiam haec restituit et reparavit, ac media illis conservandis ordinavit.

Per magistratum politicum (Deus) conservat pacem et tranquillitatem externam, administrat justitiam civilem, defendit facultates, famam et corpora nostra. —

5) Grh. Illius (magistratus politici) opera conservatur tum disciplina externa, tum pax et tranquillitas publica.

Hutt. Praecipua officia magistratus politici sunt: 1) curam gerere utriusque tabulae decalogi, quod ad externam disciplinam attinet; 2) ferre leges de negotiis civilibus et oeconomicis, juri divino et naturali consentaneas; 3) sedulo providere, ut leges promulgatae veniant in executionem; 4) delinquentibus pro qualitate delicti poenas irrogare, obedientes fovere, et praemiis afficere. —

Holl. Magistratus civilis ordinatus est ad bonum publicum, idque quadruplex: 1) ecclesiasticum, sunt enim reges nutritii

ecclesiae et episcopi extra templum; 2) civile, dum civium commoda tuetur et hostes externos a finibus patriae propulsat; 3) morale, quatenus honestas praescribit leges, quibus subditi in officio continentur, ut vitam tranquillam agant in pietate et honestate, 1 Tim. II, 2; 4) naturale, quo imperantes prospiciunt subditis de commeatu et aliis necessariis. —

6) Hutt. Necessario debent christiani obedire magistratibus suis, et legibus, nisi cum jubent peccare; tunc magis obediendum est Deo quam hominibus, Act. V, 29.

7) Grh. Magistratus non minus quam ministerium ob ecclesiae collectionem, conservationem et propagationem a Deo est institutus, siquidem illius opera conservatur tum disciplina externa, tum pax et tranquillitas publica, absque qua ministerium eccles. convenienter munere suo perfungi et ecclesiae collectio ac propagatio locum habere vix posset, 1 Tim. II, 2.

Magistr. blifwer derföre kallad θρὲγκις ac septum ecclesiae Ps. XLVII, 10. nec enim tantum corpora et facultates nostrae hoc validissimo muro cinguntur, sed etiam ecclesiae munimentum praestatur, dum coercetur rabies eorum, qui omnia sacra eversa cupiunt, ut suis cupiditatibus libere indulgere possint. — Widare ecclesiae nutritius, Es. XLIX, 23. —

. . Fine eo per ordinem politicum conservatur disciplina externa, administratur justitia, adseritur tranquillitas et εὐημερία ut per ministerium verbi Deo ex genere humano colligi possit ecclesia. Cum enim per lapsum et post lapsum genus humanum tam misere ac horribiliter peccato sit corruptum, ut absque publico regimine omnia in eo sint confusa atque ἄτακτα, ideo propter ecclesiam etiam politias Deus instituit. . . .

8) Holl. Circa res sacras occupatur magistratus: sollicite observando et exercendo, quae omnibus hominibus salvandis sunt credenda et agenda Ps. II, 10—12. Externa gubernatione ecclesiam et religionem christianam dirigendo.

Hit hörer isynnerhet: (Br.) constituere idoneos ecclesiae ministros, scholas ac templa erigere ac conservare, ministris utrinque de honesta sustentatione prospicere, visitationes et concilia instituere, leges ecclesiasticas condere ac tueri; bona ecclesiastica dispensare, disciplinam ecclesiasticam conservare; in haereticos itemque in improbos ecclesiarum et scholarum ministros aeque atque alios similes quosvis inquirere, et, ut sese judicio sistant, compellere; convictos haereseos aut scelerum punire, manifestas et ab ecclesia damnatas haereses, cultusque idololatricos abrogare, ut ecclesia ab illis purgetur, curare. —

9) Holl. Interna sacrorum oeconomia et gubernatio, consistens in doctrina verbi, absolutione a peccatis et legitima sacramentorum administratione, propria est ministrorum ecclesiae. Hanc sine piaculo sibi vindicare nequit magistratus. —

Magistratus polit. non habet potestatem architectonicam circa sacra aequaliter et indifferenter ut circa civilia.

§. 61. 3) **Status oeconomicus.**

Det tredje ståndet i kyrkan bildas af familjen. I densamma hafwa wi att serskildt betrakta det äktenskapliga förhållandet, barnens till föräldrarne och tjenarenas till husbönderna [1]).

1) Det äkta ståndet [2]) är af Gud instiftadt och stadfästadt [3]). Genom detsamma skall menniskoslägtets fortplantning på ett Gudi wälbehagligt sätt blifwa försäkrad [4]). Under det kyrkan i följd deraf betraktar detta stånd såsom ett heligt, betygar hon det äfwen genom den högtidliga wigselhandlingen, genom hwilken hon offentligen tilldelar dem, som wilja äkta hwarandra, rättighet till äktenskaplig sammanlefnad [5]). Men emedan äktenskapet är det innerligaste band af andelig och lekamlig gemenskap, så är det i sig sjelft oupplösligt; och en upplösning af ett ingånget äktenskap äger blott då rum, när den ena parten genom äktenskapsbrott eller ondskefullt öfwergifwande har gjort det redan factiskt upphäfdt eller omöjligt [6]).

2) **Societas paterna, naturalis parentum cum liberis conjunctio, divinitus instituta ad sobolis educationem et totius familiae salutem.**

3) **Societas herilis, legitima dominorum et servorum conjunctio, divinitus instituta, ob mutuam utilitatem.**

De bägge sednare förhållanderna blefwo här icke widare widrörde af **DD.**, emedan de i utläggningen af Decalogen redan utförligen behandlat desamma.

1) Br. Tertius status intra ecclesiam occurrens quique velut seminarium est ecclesiastici ac politici ordinis, domesticus, qui conjugalem, paternam et herilem societatem complectitur — prodeunt enim ex societate domestica partim, qui ad ministerium ecclesiasticum, partim, qui ad magistratus civilis officium admovendi sunt. —

2) Holl. Conjugium est unius maris et unius feminae conjunctio indissolubilis, juxta institutionem divinam, ex mutuo utriusque consensu facta, ad generationem sobolis et mutuum vitae adjutorium.

Materia sive subjectum conjugii sunt personae, quae conjugio copulantur, numero duae, mas unus et una femina (Gen. II, 24. Mtth. XIX, 4. 5. 1 Cor. VII, 2. 4.) habiles ad obtinendos con-

jugii fines, atque extra prohibitos consanguinitatis et affinitatis gradus constitutae (Lev. XVIII, 7).

3) Hutt. Deus ipse auctor est conjugii, Gen. II, 18.

4) Quen. Finis ultimus et summus est Dei gloria. Subordinatus est 1) humani generis per sobolis generationem et educationem conservatio, Gen. I, 27. 28. 1 Tim. II, 15; 2) mutuum adjutorium, Gen. II, 18; 3) remedium adversus vagas libidines, 1 Cor. VII, 2.

5) Grh. Benedictio sacerdotalis necessaria est ad conjugium rite ineundum, non ex speciali quodam praecepto divino, nec propter conjugii naturam, quasi ea non sit integra absque sacerdotali consecratione, sed ob constitutionem ecclesiasticam et civilem publicae utilitatis et honestatis intuitu introductum. — Benedictio sacerdotalis novorum conjugum non requiritur ad rei ipsius, conjugii scilicet, essentiam sed ad publicum ejus testimonium, ut omnibus constare possit, legitime et honeste matrimonium esse contractum.

Holl. Solennis benedictio sive copulatio, quae ritu consueto fit a sacerdote, non ad contrahendum sed ad consummandum conjugium christianorum pertinet — 1) ut de legitimo contrahentium conjugio publice constet; 2) ut de sancto et indissolubili vinculo matrimonii, de divina benedictione, de officiis conjugalibus, de aerumnarum tolerantia contrahentes admoneantur; 3) ut novi conjuges per solemnes preces commendentur Deo, conjugii auctori. —

6) Holl. Vinculum conjugale mariti et uxoris, quamdiu superstites sunt, in se est indissolubile, cum ob mutuum consensum tum imprimis ob institutionem divinam, Gen. II, 24. Mtth, XIX, 6. Br. Interim duobus casibus contingere potest divortium sive conjugii legitimi et validi dissolutio, quoad ipsum vinculum conjugale. Adulterii casu nimirum, ubi ipso jure solvi potest et solvitur matrimonium ac parti innocenti licet aliud inire conjugium (Mtth. XIX, 9. V, 32.), et casu malitiosae desertionis (1 Cor. VII, 15) ubi desertor ipse de facto ac temere rumpit vinculum conjugale, ac parti desertae, declarante judice competente, potestas competit, novum inire matrimonium. — Grunden, hwarföre i dessa båda fall en äktenskapsskilnad äger rum, ligger tillika i sakens natur. Holl. Ex natura conjugii adulterium per se et directe repugnat unitati carnis, adeoqne etiam substantiae conjugii, per quod duo in unam carnem fiunt, Gen. II, 24. Quid enim adhaeret scorto, etiam cum scorto una caro fit, 1 Cor. VI, 16. adeoque non amplius est una caro cum conjuge. — Quidquid fidem conjugalem ipsam et usum tori immediate laedit, solvit vinculum conjugale, adeoque parti innocenti fores secundi matrimonii jure ipso aperit: atqui malitiosa et incorrigibilis desertio etc, Ergo. . .

Ifrån den egentliga äktenskapsskilnaden, divortium bör man åtskilja: Br. 1) quando personae illegitime conjunctae (in gradibus consanguinitatis, jure naturae prohibitis, aut ubi error personae, aut impotentia alterutrius conjugis intercessit) separantur, non tam divortium est, quam declaratio, quod in conjunctione illa non fuerit

vinculum conjugale (nempe quod vel persona altera cum altera, tanquam cum propinqua carnis, non potuerit valide contrahere; vel non cum ea, sed cum alia, revera contraxerit; vel alterutra inhabilis prorsus sit ad consuescendum, atque adeo de conjunctione matrimoniali contrahendum. —

2) Similiter, quando conjuges (v. gr. propter inimicitias graviores et quae incorrigibiles, imo cum periculo vitae alterutrius conjugis conjunctae apparent) quoad thorum et mensam tantum separantur, divortium proprie non est; sed suspensio actuum cohabitationis et officii conjugalis (vinculo conjugali salvo manente; ut neuter conjux matrimonium aliud inire possit: imo nonnunquam alimenta uxori maritus dare teneatur.) —



Pars V.

De Novissimis.

§. 62.

Menniskan uppnår icke sitt yttersta mål i detta, utan först i ett annat lif. Hwad som ligger emellan deßa båda lif, och hwad, som ske måste för att så wäl för enskilda menniskor, som för hela kyrkan tillwägabringa den sista fulländningen, är föremål för denna artikel [1]). Denna har till öfwerskrift: de novissimis (efter Syr. VII, 40), emedan deruti afhandlas det, som är det sista, hwarmed denna werldens wäsende slutar [2]). Efter den naturliga ordningsföljden hafwa wi här att handla: 1) de morte; 2) de mortuorum resurrectione; 3) de judicio extremo; 4) de consummatione mundi; 5) de damnatione et vita aeterna [3]).

§. 63. 1). De morte.

Mors (sensu proprio) est privatio vitae naturalis, ex dissolutione animae et corporis proveniens. Br. [4]). Den är en följd af syndafallet, hwadan ock alla menniskor äro honom underkastade (Rom. V, 12.) [5]). Med döden upphörer wäl menniskans naturliga lif, emedan detsamma är beroende af den egendomliga förbindelsen mellan själ och kropp [6]); men hennes själ förgår icke såsom kroppen, utan fortlefwer med alla de egenskaper och werkningar, hwilka höra till hennes wäsende [7]). För denna själens odödlighet har äfwen förnuftet ifrån långliga tider tillbaka uppstält en rad af bewis; men owedersägligt förwißade blifwa wi om densamma först genom den H. Skrifts

bestämda utsagor [8]). Af henne erfara wi äfwen om själens tillstånd efter döden så mycket, att deß lott strax efter döden är salig eller osalig, alltefter som menniskan här i lifwet har omfattat eller icke, frälsningen i Christo [9]). Såsom willfarelser äro derföre att betrakta lärorna om ett själens mellantillstånd, hwari hon, hwarken salig eller osalig, skulle befinna sig liksom uti en sömn [10]). Willfarande är ock den catholska åsigten, efter hwilken icke 2, utan 5 åtskilda ställen antagas, på hwilka wi skulle hafwa att tänka oß de aflednes själar, nemligen: infernum, purgatorium, limbus puerorum, limbus patrum och coelum [11]).

1) Br. Quia beatitudo summa seu ultima non in hac sed in altera vita; et similiter opposita summa miseria post hanc vitam demum contingit; dispiciendum nunc est de illis, quae ad finem hujus vitae et ingressum ad vitam seu statum ulteriorem, juxta divinam revelationem, pertinent.

Quen. Consideravimus hactenus media salutis proprie dicta, eaque tum δοτικὰ, ex parte Dei, verbum scil. et sacramenta, tum ληπτικὸν, ex parte nostri, nempe fidem; sequuntur jam media laxius sumta, videlicet quatuor Novissima, mors, mortuorum resurrectio, extremum judicium et consummatio seculi, quae non tam media sunt ad salutem obtinendam, quam via, per quam ad metam seu terminum, ad quem tendimus. Transitus enim piorum ex militante ad triumphantem ecclesiam fit per mortem, quam propterea Gregorius Nyssenus comparat obstetrici ad vitam vere sic dictam nos promoventi. Mortem sequitur judicium, cujus anteambulo est universalis omnium hominum resurrectio, pedissequa saeculi consummatio. —

2) Br. Vocantur alias Novissima, gr. τὰ ἔσχατα: et distinguuntur, quod alia respectu hominum singulorum; alia respectu universorum et mundi totius, Ultima sint et dicantur. Ad priorem classem pertinent mors et status animae post mortem. Ad posteriorem, resurrectio mortuorum et vivorum immutatio analoga, judicium extremum et mundi conflagratio. —

3) De sednare DD. afhandla på detta ställe blott mors, resurrectio mortuorum, judicium extremum et consummatio mundi, emedan de redan förut (strax efter läran de providentia) framställde läran om det ewiga lifwet såsom finis theologiae formalis; och läto läran om den ewiga fördömelsen såsom oppositum vitae aeternae följa derpå. Wi följa här de äldre DD. anordning. — Om indelningen af novissima: Grh. Novissima sunt vel μακροκόσμου vel μικροκόσμου. Novissima μακροκόσμου sunt duplicis generis. Vel enim sunt via ad terminum novissimum tendens, vel meta viam terminans. Illa pergit per duplicem vallem, mortis scil. Ps. XXIII, 4. et Josaphat seu judicii, Joël III, 7. quod judicium praecedet universalis resurrectio. Meta est, ad quam pervenit vel anima hominis soluta a corpore; vel totus homo post resurrectionem. Eaque gemina est sibi extreme opposita, impiorum infernus, piorum vita aeterna. Illud

ex hisce enumerationibus omnibus simul sumtis elucescit, quod sex in universum sint hominis ac mundi novissima. 1) Mors hominis temporalis, ad quam pertinet animae a corpore separatio ac corporis in sepulcro cinefactio; 2) universalis omnium hominum resuscitatio; 3) judicii extremi administratio; 4) mundi conflagratio; 5) impiorum aeterna damnatio; 6) piorum aeterna glorificatio. Cumque usitatum sit quatuor duntaxat novissima statuere, ideo sic progredi possumus: Novissima in genere accepta ratione duplicis objecti sunt duplicia: a) *μακροκόσμου* b) *μικροκόσμου.* *Μακροκόσμου* novissimum est seculi consummatio. Novissima *μικροκόσμου* sunt quatuor: a) mors; b) resurrectio; c) judicium; d) mora aeterna, piorum scil. in coelo et damnatorum in inferno. —

4) Quen. Mors proprie accepta significat animae a corpore separationem et vitae animalis privationem, cui ordinarie omnes tam boni, quam mali sunt subjecti, et haec significatio est hujus loci. — It. Mortis dulcia nomina: vocatur congregatio ad populum suum, Gen. XXV, 8. 17. XXXV, 29. XLIX, 33. Num. XX, 24. 26. Deut. XXXIV, 20. *ἀπόλυσις ἐν εἰρήνῃ*, Luc. II, 29. abreptio ante malum, Es. LVII, 1. requies in cubiculo, ibid. v. 2. somnus, Dan. XII, 2. Mtth. IX, 24. 1 Thss. IV, 13. — Grh. Mortis nomen in s. literis et scriptoribus ecclesiasticis accipitur vel proprie, vel figurate. Proprie pro morte naturali, quae est separatio animae a corpore. . . In hac significatione hoc loco accipitur, quando inter novissima hominis mors numeratur. Figurate usurpatur vel *μεταφορικῶς* vel *μετονυμικῶς*. Metaphorice pro morte temporali vel aeterna. Mors temporalis metaphorice sic dicta iterum duplex est, vel corporalis vel spiritualis. Mors corporalis methaphorice sic appellata complectitur omnis generis calamitates propter peccatum in hac vita homini tolerandas, quae sunt mortis caduceatores ac nuncii, Exod. X, 17. . . Mors spiritualis duplex est, fidelium et infidelium, illa est laudabilis ac fructuosa, haec detestabilis ac perniciosa. Mors spiritualis fidelium est, qua salutariter dicuntur mori 1) peccato, Rom. VI, 2. . . 2) legi, Rom. VII, 1. . . 3) ceremoniis legalibus V. T., Rom. VII, 4 et 6. Gal. II, 19. . . 4) mundo, Gal. VI, 14. . . Mors spiritualis infidelium est, qua mortui, et a vera illa animae vita, quae in Deo est, separati dicuntur, Mtth. VIII, 22. Luc. IX, 60. . . Mors aeterna damnatorum est finalis et plenaria divini consortii amissio, et ex ea consequens horribilis animae et corporis cruciatus, ac nunquam finienda miseria in inferno damnatis metuenda, quae vocatur a Joanne mors secunda, Apoc. II, 11 et XX, 14. respectu tum naturalis, tum spiritualis mortis infidelium propriae. —

5) Grh. Ex verbo divino constat, tres esse principales et primarias causas, propter quas homo morti est obnoxius. Prima est diaboli seducentis malitia. Altera hominis delinquentis culpa. Tertia Dei vindicis ira; quae causae certo ordine sese invicem consequuntur. Hfrffr. Si homo in integritatis nobilitate, in qua primum creatus fuerat, permansisset; sine morte, cujus omnis generis mala et calamitates sunt praecursores, absoluto hujus terrenae vitae periodo, ad aeternam illam et coelestem felicitatem translatus fuisset. Quia vero mandatum Domini praetergressus st; per peccatum mors introivit in mundum: cui omnes peccato

polluti homines, obnoxii manent. Et quamquam per Christum, restauratorem nostrum, ad vitam aeternam reparati sumus: haec tamen est via universae carnis: et nos qui credimus, per mortem sane transimus ad vitam: impii vero, per mortem corporalem, in mortem praecipitantur et damnationem aeternam.

Außer causis principalibus (s. remotis s. moralibus) führen DD. causas physicas s. propinquas. Holl. Causae physicae mortis aliae sunt naturales, aliae praeternaturales, aliae violentae. Causa naturalis est humidi radicalis absumtio, et calidi nativi exstinctio. Causae praeternaturales sunt morbi graviores. Causae violentae sunt res externae, tantam vim corpori inferentes, ut vinculum unionis naturalis, qua corpus et anima junguntur, rumpatur. —

6) Holl. Mors corporis formaliter consistit in privatione vitae naturalis. Grh. De forma mortis scriptura: Eccles. XII, 7. 2 Cor. V, 1. 4. 8. Phil. I, 23. 2 Tim. IV, 6. 2 Ptr. I, 14. Cum enim homo constet ex anima et corpore, essentiali vinculo invicem unitis, ideo mors hominis nihil aliud est, quam animae a corpore ἀνάλυσις s. solutio. Cum anima in corpore, velut in terreno quodam habitaculo, peregrinetur, quamdiu homo vivit, ideo mors hominis nihil aliud erit, qaam terrestris illius habitaculi ac tabernaculi κατάλυσις καὶ ἀπόθεσις, ac animae ex diuturna peregrinatione ad Deum ἐπαναχώρησις. Cum corpus sit quasi indumentum ac vestimentum animae, ideo mors hominis nihil aliud est, quam vestimenti illius ἔκδυσις s. exuitio. Cum vita sit actus animae in corpore, τὸ ζῆν ἔστι σύνθεσις καὶ σύνδεσμος ψυχῆς σώματι. —

7) Br. Facta dissolutione animae et corporis, adeoque morte contingente, anima tamen superstes manet, et suis operationibus extra corpus seorsim fungitur. — Puta his (operationibus fungitur), quae formaliter pertinent ad intellectum et voluntatem, tanquam potentias animae, quatenus humana seu rationalis est, essentiales, quas et ipsas superesse et non esse otiosas; verum intellectum quidem species intelligibiles, quas in corpore habuit, retinere; atque adeo etiam porro actus cognoscendi elicere posse; quibus deinde actus aliqui voluntatis circa objecta ab intellectu exhibita respondeant, recte creditur. Atque huc referri solet, quod Apoc. VI, 10 animabus martyrum notitia prioris status et desiderium quoddam adscribitur. — Quod autem animae defunctorum sciant distincte et determinate actiones et res singulorum viventium, quae post illarum e corpore excessum contigerunt, praesertim preces cultusque varios ad se directos, non dicimus. —

Grh. In vita arctissimo vinculo invicem sunt connexa (corpus et anima), unde affectiones et passiones corporis redundant in animam et vicissim affectiones ac passiones animae redundant in corpus, anima nihil quidquam agit extra corpus, nec corpus, quidquam agit extra animam; sed in morte anima a corpore separatur ac redit ad Deum, cujus judicio sistitur, a quo vel sanctis angelis deferenda in coelum, vel malis spiritibus detrudenda in infernum traditur, corpus revertitur in pulverem terrae, ex quo prima et antiquissima ejus origo prodiit, ac per putrefactionem ac cinefactionem in pristina principia redigitur. Post illam dissolutionem

ac separationem affectiones ac passiones animae non redundant amplius ad corpus, et vicissim affectiones ac passiones corporis non redundant ad animam, nec anima agit per corporis instrumentum, sed separata vivit ac subsistit, nec dissolvitur aut fatiscit, sicut corpus in sua principia resolutum, sed extra corpus subsistens immortalem agit vitam, atque ab omni corporis commercio semota in certo πoῦ adservatur, donec, constituto universalis resurrectionis die, corpus divina virtute excitatum eidem iterum conjungatur ac postmodum homo justam judicis sententiam experiatur. —

8) Quen. Quod animae humanae immortales sint, nec cum corporibus intereant, ex solis s. literis solide ac firmiter ostendi potest. Grh. anförer såsom skriftbewis: 1) ex diserta salvatoris nostri adsertione, Mtth. X, 28; 2) ex animae et corporis oppositione. In quo anima et corpus ἀντιϑετικῶς sibi invicem opponuntur, illud non potest de utroque ex aequo praedicari. Sed in mortalitate anima et corpus sibi invicem opponuntur, ita ut de corpore mortalitas adfirmetur, de anima vero negetur. Ergo mortalitas non potest de utroque ex aequo praedicari. cf. Eccl. XII, 7; 3) ex primaeva animae creatione. Brutorum animae ex eadem materia, qua ipsorum corpora, productae fuerunt, unde corporibus intereuntibus etiam ipsae intereunt, Gen. I, 20. Homini vero animam inspiravit, Gen. II, 7. unde sic inferimus: cujus origo a brutorum animabus diversa, ejus quoque non est idem cum brutorum animabus interitus. Jam vero animae humanae primaeva origo a brutorum animabus est diversa, quia non ex materia elementari, sicut brutorum animae, est facta sed divinitus corpori ex terra formato inspirata. Ergo corpori tribuitur πλᾶσις ex terrae pulvere, animae vero immediate Dei ἔμπνευσις; — 4) ex ipsa appellatione . . a. h. vocatur spiritus, Eccl. III, 21. Act. VII, 58. Hbr. XII, 23. 5) ex vitae post hominis mortem continuatione, Matth. XXII, 32. Mr. XII, 26. Luc. XX, 37. Habac. I, 12. 6) ex mortis descriptione, Gen. XXV, 8. XXXV, 29. XLIX, 33. Dan. XII, 13. Act. XXVI, 18. Col. I, 12 etc.

Men om själens odödlighet anmärker Grh.: Adde, quod anima non sit eo modo immortalis, quo Deus, οὐσιωδῶς, scil. et independenter; eo enim sensu solus Deus dicitur habere immortalitatem, 1 Tim. VI, 16. sed per creationis gratiam, quia sic a Deo condita est, ut non habeat in se internum corruptionis principium, sed sit natura incorporea, invisibilis et immortalis. Posset tamen Deus, si vellet, animam in nihilum redigere et penitus exstinguere, sed quia immortalem eam esse voluit, ideo per et propter illam creatoris voluntatem immortalis perseverat. Immortale est, vel quod absolute et simpliciter nulla potestate, etiam divina aboleri nequit, hoc modo solus Deus est immortalis, vel quod ita a Deo conditum, ut non intereat, licet per absolutam Dei potentiam aboleri possit; hoc modo animae hominum et angeli immortales sunt. — Om den bewisningskraft, som argumenta e lumine naturae petita hafwa Grh.: Distinguimus primo inter rationes praecedentes et subsequentes. Thomas: "ad aliquam rem dupliciter inducitur ratio, primo ad probandam sufficienter aliquam radicem, secundo quae radici jam positae ostendit congruere consequentes effectus."

Hoc posteriori modo immortalitas animae ex lumine naturae demonstrari potest, postquam ex scripturis s. immota consequentia eadem fuerit demonstrata. Deinde inter rationes cogentes et verisimiles. Argumenta, quae ex lumine naturae proferuntur, quandam verisimilitudinis persuasionem de animae immortalitate inducere possunt, sed firmum, immotum ac ἀμετάπτωτον fidei fundamentum nequaquam exhibent. — Såsom sådana bewis anförer Grh. följande: 1) anima rationalis est substantia per se subsistens, et spiritualis, ut patet ex operatione, quia actus cognoscendi nonnulli spirituales sunt in nobis; h. e. neque ex materia constantes, neque ex materia subjectove dependentes, sed inorganici in immaterialibus, universalibus et aeternis cognoscendis. Ergo etiam est immortalis; 2) anima humana est essentia simplex, invisibilis, immaterialis, Deo simillima, independens a materia; 3) est essentia sese primo movens; 4) desiderat naturae adpetitu aeterna, quod desiderium frustra illi ingenitum esse, non est verisimile; 5) contemplatur aeternas essentias, cum tamen nihil adsurgere possit ad contemplationem ejus, a quo toto genere essendi discrepat; 6) in abstractione a rebus sensibilibus magis magisque perficitur, ergo, quando a corpore separabitur, perfectissima evadet; 7) non est ex elementis orta, quia habet notitias naturaliter insitas, quas nulla materia elementaris imbibere potest; 8) habet insitum discrimen honestorum et turpium, ex quo colligit hanc justitiae regulam, quod bonis debeat esse bene, malis male. Jam vero in hac vita boni saepius non accipiunt sua praemia, nec mali promeritas poenas; ergo restat vita alia, ad quam immortalis anima adspirat, alias discrimen illud frustra esset menti insitum; 9) hominibus mali sibi propter scelera consciis metum injicit, ergo de secuturo post mortem statu naturaliter est sollicita, et suae immortalitatis sibi probe conscia, nisi enim anima post mortem superstes esset, nihil causae haberent homines male sibi conscii, cur de futuris poenis formidarent; 10) ecstasin quandam, h. e. intentam partis rationalis ad res sublimes absque ullo sensuum usu adplicationem naturaliter quandoque patitur, ergo etiam naturaliter per se subsistere potest, quia unumquodque, sicut ab altero in operando per se pendet, ita nec in essendo; 11) denique urgent consensum saniorum philosophorum, qui animae immortalitatem arguit esse ex numero eorum, quae sunt προλήψεις, anticipatae quaedam notiones ab omnibus concessae. —

9) Hutt. Piorum, sive in Christum credentium, animae sunt in manu Dei, exspectantes ibi gloriosam corporis resurrectionem et plenam aeternae beatitudinis fruitionem, Sap. III, 1. Luc. XVI, 22 och 23. Br. Imo piorum animas statim, postquam a corporibus sunt separatae, essentialem beatitudinem consequi (Phil. I, 23. Luc. XXIII, 43. Joh. V, 24. Apoc. VII, 4 och 15.) impiorum vero animas damnationem suam subire (1 Ptr. III, 19) credimus. Grh. De receptaculis et domiciliis. Scriptura generali appellatione vocat locum, Joh. XIV, 2. Luc. XVI, 28. Act. I, 25. Non quod sit corporeus aliquis ac physicus locus proprie sic dictus, sed quia est certum quoddam ποῦ, in quod animae a corpore separatae congregantur. Talia receptacula, habitacula, custodiae et promtuaria animarum scriptura enumerat tantum duo, quo-

rum unum animabus piorum praeparatum communissima adpellatione vocatur coelum, alterum animabus impiorum destinatum vocatur infernus.

10) Quen. Animae hominum a corporibus separatae non dormiunt aut insensibiles sunt neque ad tempus recuscitationis. — Neque piorum animae post mortem in refrigerio quodam et loco tranquillo degunt, et coelestis beatitudinis praegustum tantum aliquem habent; sed plena et essentiali beatitudine fruuntur; nec impiorum animae post mortem initia tantum cruciatuum sentiunt, sed perfectam et consummatam damnationem. — Själawandringen blifwer aldeles förkastad. Grh. Ante omnia removenda est absurda et bruta illa opinio, quae statuit, "migrare animas de corporibus vetustate ac morte confectis, et insinuare se novis ac recens natis et easdem semper renasci modo in homine, modo in pecude, modo in bestia, modo in volucre, et hac ratione immortales esse, quod saepe variorum ac dissimilium corporum domicilia commutent," quibus verbis animarum illam transmigrationem, sive transanimationem, μετεμψύχωσιν καὶ μετενσωμάτωσιν a Graecis appellatam describit Lactantius. —

11) Grh. Pontificii quinque animarum receptacula fabricant: 1) Infernum, in quem ablegant animas hominum extreme impiorum, qui incredulitate, impatientia et gravioribus contra conscientiam delictis sive peccatis mortalibus ex hac vita decedunt. 2) Purgatorium inferno proximum, in quod relegant animas eorum, qui nondum plene a peccatis venialibus purgati sunt, necdum pro temporalibus poenis peccatorum perfecte satisfecerunt, in fide tamen Christi ex hac vita discesserunt, illis tamdiu in purgatorio sudandum statuunt, donec peccatorum maculis purgatis puri et mundi in coelum subvolent. 3) Limbus puerorum, cui adsignant animas infantum non baptizatorum, qui propter peccatum originis, in quo absque baptismi remedio decesserunt, poena damni, non tamen sensus in hac cella subterranea adficiuntur, exclusi a gaudiis coeli, non tamen subjecti poenis inferni. Dicitur limbus, quia est quasi ora et extremitas quaedam inferni, sicut limbus vestimenti. 4) Limbus patrum, in quem introducunt animas patriarcharum et omnium sanctorum V. T. ante Christi inferos descensum demortuorum, quas in hac cellula poenam damni temporalem sustinuisse adferunt, donec, peccati originalis debito per Christi mortem dissoluto, ex ea liberatae ad fruitionem coelestis beatitudinis fuere introductae, cum Christus ad inferos descendisset. 5) Coelum, in quod animas sanctorum ab omnibus peccatis plene purgatas admittunt. Ordo illarum contignationum juxta pontificios talis est: Infernus in ipso terrae centro positus est, huic proximum purgatorium, quod est contignatio quasi secunda, illi contiguus est limbus infantum, cui proxime superincumbit limbus patrum, qui hodie, translatis in coelum a Christo patribus, prorsus vacuus est. — Läran om purgatorium blef isynnerhet af den Luth. kyrkan förkastad, såsom stridande emot försoningen allenast genom tron. Hfrffr. Quidquid expiationibus vel purgatorii vel suffragiorum adscribitur, id omne Christi merito, quod solum nos a peccatis purgat, derogatur. —

§. 64.

§. 64. 2) De resurrectione mortuorum.

Skilsmeßan mellan själ och kropp, hwilken genom döden förorsakas, räcker icke för ewigt; utan Guds ord lärer oß på det bestämdaste, ehuru obegripligt det än är för förnuftet, att en tid skall komma, då Gud åter skall uppwäcka kroppen och förena den med samma själ, som före döden tillhört honom [1]). Till substansen skall den wara samma kropp, med hwilken själen äfwen i det närwarande lifwet war förenad; men han skall då blifwa utrustad med nya egenskaper, som motswara naturen af de förändrade förhållanderna [2]). Men likasom själarnes tillstånd efter döden blifwer olika, alltefter som de i lifwet warit gudlösa eller fromma; så skola ock de uppståndnes kroppar erhålla serskilda egenskaper, alltefter som deras lott blifwer saligt eller osaligt lif [3]).

1) **Br.** Quemadmodum anima hominis post mortem superstes manet; ita corpus etiam, quod per mortem destructum est, resurget et in vitam revertetur: quod ex scripturis (Hiob. XIX, 25. Es. XXVI, 19. Dan. XII, 2. Joh. V, 28. XI, 23. 1 Cor. XV, 12. 1 Thss. IV, 16.) clarissimum est; ratione naturali autem cognosci equidem certe non potest, licet illi non repugnet. — Nempe quando scriptura revelat doctrinam de resurrectione mortuorum, tunc ratio, quae Deum scelerum vindicem et bonorum remuneratorem agnoscit, consentaneum sibi potius, quam adversum deprehendit, resuscitari corpora bene aut malefactorum organa, ad consortium poenarum vel praemiorum. Et quamvis non inveniat ratio, quomodo corpora numero eadem, quae in cineres resoluta sunt, resuscitari queant: tamen tantum abest, ut invicto argumento impossibilitatem ostendere possit, ut potius potentiae divinae illud relinquere cogatur. —

Holl. Resurrectio mortuorum formaliter consistit a) in reproductione s. reparatione ejusdem, quod per mortem cecidit, ex atomis seu particulis illius corporis, hinc inde disjectis atque dissipatis, b) in redunitione ejusdem cum anima.

2) **Quen.** Subjectum quod (resurrectionis) est totus homo, ante mortuus et cinefactus. Subjectum quo est idem numero ac substantia corpus, quod in hac vita gessimus, et quod per mortem ceciderat, (Job. XIX, 26. Es. XXVI, 19. Ps. XXXIV, 31. Rom. VIII, 11. 1 Cor. XV, 53. 2 Cor. V, 10. Phil. III, 21.) novis tamen atque spiritualibus qualitatibus vestitum, 1 Cor. XV, 41. (Observ.: Erit corpus, quod resurget, spirituale, non quoad substantiam sed quoad qualitates et dotes). Om deßa nya egenskaper **Holl.** Differunt corpora, quae in hac vita circumferimus, a corporibus resuscitatis non ratione substantiae sed 1) ratione durationis: illa corrumpuntur, et intereunt, haec immunia a corruptione

semper durant; 2) ratione formae externae. Illa fiunt cadavera deformia, pallida, foetida: haec erunt gratiosa, fulgida, pulcherrima; 3) ratione roboris. Haec seminantur in terram flaccida, sensu motuque destituta: illa erunt vegeta, robusta, sensibus eximiis pollentia, nulli defectui obnoxia; 4) ratione operationis et passionis. Illa subjecta sunt generationi, nutritioni, augmentationi, progressui locali, indigent potu, cibo, matrimonio: haec tota vacabunt actionibus spiritualibus, nec egebunt nutrimento, aut societate conjugii.

3) Illae ipsae corporum resuscitatorum qualitates, quarum ratione a corporibus animalibus in hac vita distinguuntur, adcurate sunt distinguendae. Quaedam enim communes sunt omnibus resuscitatis tam impiis, quam piis, tam incredulis quam credentibus. Tales sunt *ἀφθαρσία καὶ ἀθανασία*, incorruptibilitas et immortalitas, quia enim impiorum animae et corpora perdenda sunt (non interimendo sed cruciando) in gehenna, Mtth. X, 28. quia vermis eos rodens non morietur et ignis eos urens non exstinguetur, Ps. LXVI, 24. Mr. IX, 44. 46 cf. 48. ideo corpora eorum itidem resurgent incorruptibilia et immortalia, ab animabus nunquam separanda, sed ad aeternos et nunquam desituros cruciatus reservanda. Ex quo etiam intelligitur, *ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν* in corporibus impiorum longe diversam esse ab *ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ* piorum, tum ratione adjunctarum reliquarum qualitatum, tum ratione finis. . . Quaedam vero qualitates propriae sunt solis piis ad vitam aeternam resuscitatis, quae d. apostolus 1 Cor. XV, hoc recenset ordine, v. 43—49. Phil. III, 21; ex quibus colligitur, corpora piorum ad vitam aeternam resuscitatorum fore non solum incorruptibilia et immortalia, sed etiam: 1) glorificata, gloriosa, quia inenarrabili decore, splendore et gloria adeoque divino lumine, claritate et fulgore velut pallio vestientur, Mtth. XIII, 43. Dan. XII, 3. 1 Cor. XV, 41; 2) potentia, quia a *θνηταῖς δυσχερείαις* et prioribus infirmitatibus, doloribus ac morbis, quibus in hac vita fuere subjecta, penitus erunt libera, ac proinde firma, valida, impassibilia, agilia, subtilia, quibus nec pondus nec gravitas obsistere poterunt, quo minus in occursum Domini in aera rapiantur, 1 Thss. IV, 17; 3) spiritualia, non quidem ratione essentiae, erunt enim non *πνεύματα* sed *σώματα πνευματικά*, *ἰσάγγελοι* erimus, non angeli, aequales non iidem, Mtth. XXII, 30. sed ratione spiritualium qualitatum, non erunt amplius animalia corpora, cibi, potus, somni et aliorum subsidiorum indiga, sed spiritualia, in quibus nulla carnis et spiritus lucta, sed quae imperio spiritus perfecte subdita, quae plene a spiritu s. reguntur, quae nullis cibis vel adminiculis aliis ad sui sustentationem indigent; 4) coelestia, itidem non substantiae sed qualitatum ratione, quia coelesti luce et gloria fulgebunt, non erunt amplius terrenis infirmitatibus obnoxia, sed coelesti claritate conspicua, non erunt amplius deformia, sordida, manca, mutila, adspectu turpia, sed formosissima, adspectu decora, perfecta, honestissima, membris integra etc. quarum qualitatum exemplar in Christi ex mortuis resuscitati et ad dextram Dei collocati corpore, cui nostrum futurum est *σύμμορφον*, nobis proponitur. Impiorum vero ac damnatorum corpora, licet futura sint incor-

ruptibilia et immortalia, tamen non erunt impassibilia, sed aeternis cruciatibus obnoxia, nullo decore, nulla gloria, nulla potentia, nulla spirituali excellentia ornata, sed perpetua foeditate et ignominia notata, opprobrio sempiterno destinata et infernalibus tenebris oppressa. Sunt enim vasa adparata ad ignominiam et contumeliam, Rom. IX, 21. 2 Tim. II, 20. — Alltefter de egenskaper, hwilka de uppståndne såsom saliga eller osaliga erhålla, blifwer deras uppståndelse benämnd: resurrectio vitae, quae est piorum et vere credentium propria, et resurrectio judicii, quae est impiorum et incredulorum propria.

§. 65. 3) **De extremo judicio.**

På de dödas uppwäckelse följer den yttersta Domen; och med den inträder slutet af denna werld [1]. Således skola menniskor ännu lefwa på denna jord wid den tid, då den yttersta domen inträffar; och hos dem behöfwer således icke, emedan döden icke förutgått, först en återförening af deras själar med kropparne företagas; utan med deras kroppar skall på ett annat wis, nemligen genom förwandling, den förändring föregå, hwilken, såsom förut nämndt är, skall ske med de uppwäckta kropparne [2]. När tiden för den yttersta domen skall inträda, är oß förborgadt [3], men wäl skola wißa tecken föregå densamma, af hwilka wi kunne sluta till annalkandet af denna tidpunkt. Sådana äro isynnerhet satans då på det högsta sig utwecklande magt och menniskornas då lika mycket tilltagande säkerhet och gudlöshet [4]. När allt detta har nått sin högsta grad, skall Gud låta domen inbryta och således för de fromma warda hjelparen i den högsta nöden. — Domen skall hållas af Christus [5], hwilken, synlig för alla, skall wisa sig i sin herrlighet, de fromma till efterlängtad tröst, de gudlösa till högsta förskräckelse [6]. Då skall allt uppenbaradt warda, hwad alla gjort hafwa, så godt, som ondt. Efter normen af den dem på jorden gifna uppenbarelsen skola alla dömas [7] och domen skall gå i fullbordan på dem så, att de fromme skola blifwa upptagne i herrlighetens rike, och de gudlöse utstötte i det ewiga mörkrets rike [8].

1) Quen. Judicium universale resurrectione mortuorum ordine subnectitur, 1 Thss. IV, 16. Resurrectionem enim mortuorum universalem mox excipiet universale judicium. Resurrectio fiet omnium dierum ultimo sive novissimo, qui rerum mundanarum vicissitudini atque ipsi adeo tempori finem imponet, Joh. XI, 24.

Holl. Extremum judicium universale est actus solemnis, quo Deus unitrinus, per Dominum Jesum Christum, in visibili forma summaque gloria apparentem, angelos omnesque homines ad tribunal sistet, et cogitata, dicta, factaque omnia, piorum quidem ad normam evangelii, impiorum autem ad praescriptum legis dijudicando, illis aeterna gaudia, his aeternos cruciatus assignabit et conferet, ad misericordiae atque justitiae suae remuneratoriae et vindicativae gloriam. — Ifrån denna jud. universale s. extremum skiljer man jud. particulare, quo in hora mortis unicuique homini status gloriae aut ignominiae adjudicatur. —

2) Quen. Cognatum proximum resurrectionis mortuorum est immutatio eorum, quos dies novissimus deprehendet vivos, in momento et ictu oculi peragenda, 1 Cor. XV, 51. 52. 1 Thss. IV, 15. 17. — Ordningen för sjelfwa uppståndelsen är då denna: Hfrffr. Cum dies novissimus illuxerit, Christus (ingenti fragore coelo terraque per ignem transeuntibus) eadem, qua in coelos ascendit, visibili forma, in nubibus veniet: cum multis millibus angelorum, cum clamore seu tonitru maximo, in voce archangeli, et tuba Dei: ac tum mortui, vocem filii Dei audientes, suo quisque corpore resurgent primum: deinde nos, quos dies ille vivos deprehendet, in momento immutabimur, ut sistamur coram tribunali, 1 Thss. IV, 15.

3) Grh. Tempus judicii extremi duplex statui potest, inchoationis ac durationis. Inchoationis tempus vocamus praecise punctum illud temporis, quo Christus e coelo rediturus ad judicandum vivos et mortuos ad vitam suscitatos, ac utrosque coram tribunali suo ad audiendam definitivam sententiam mediante angelorum ministerio congregaturus. Futurum illud in die novissimo testantur s. literae, in quo etiam mortuorum resurrectio judicium antegressura et consummatio seculi judicium secutura peragetur, Mtth. XXIV, 30. XXV, 31. 1 Cor. XV, 52. 1 Thss. IV, 16. Apoc. XX, 11; quis vero dies ultimus ac novissimus sit futurus, ac proinde quo die, quave hora Christus ad judicium sit venturus, illud exacte et praecise hominum arbitramur scire posse neminem, ac proinde a temeraria et scrupulosa illius inquisitione merito esse abstinendum, Act. I, 7.

4) Holl. Ex voluntate et ordinatione Dei antecedent diem supremum signa divinitus revelata, e quibus magnum illum diem appropinquare cognoscere licet. Deßa signa skiljas såsom signa remota s. communia och signa propinqua s. propria. Holl. Illa saeculo non uno contingunt, ac saepe recurrunt aut continuantur. Haec sunt, quae proprius demum accedente judicio, non autem aeque prioribus seculis conspicienda sunt. Signa communia et remotiora, licet tempus judicii non significare videantur, tamen ex instituto et intentione Dei significant et christianos monere debent, quod judicium aliquod solemne sit exspectandum, ex vi justitiae divinae ac veritate praedictionum. Propinquiorum vero seu propriorum signorum ea differentia est, ut aliqua longiore intervallo, aliqua breviore, antecedant judicium: quae proinde nec ipsa certum tempus determinate significant. — Till de förra räknas (efter Grh.) 1) haeresium multiplicatio, Mtth. XXIV, 5. (Om detta

ſtälle ſäger Grh. quaesiverunt apostoli conjunctim, quando illa sint futura, quae de eversione templi praedixerat, et quodnam signum adventus ejus et consummationis seculi sit futurum? Mtth. XXIV, 3. Mr. XIII, 4. Luc. XXI, 7. Existimabant enim in secundo demum Christi ad judicium adventu destruendam esse Hierosolymam et templum ac cum ea totum mundum, adeoque omnium rerum finem futurum, ac tum demum omnibus innovatis Messiam novum suum regnum auspicaturum. Christus igitur ad utrumque quaestionis membrum distincte respondet, ac primo quidem de Hierosolymae vastatione concionatur, deinde vero de suo adventu, eo ipso significans, haec non ejusdem temporis sed diversorum fore. Quamvis ergo ea, quae in priori responsi parte a Christo proferuntur, ad tempora excidium Hierosolymae praecedentia proprie ac principaliter pertineant; tamen quae de adventu pseudoprophetarum ac reliquis malis Hierosolymae devastationem antegressuris ibidem praedicantur, secundario et consequenter ad statum temporum, quae judicium extremum praecedunt, commode referri possunt, quia excidium Hierosolymae fuit typus universalis excidii universo orbi destinati. Unde etiam ea, quae de temporibus Hierosolymae excidium antegressuris hic a Christo dicuntur, in aliis scripturae locis ad tempora finem mundi antecessura adcommodantur. cf. Dan. XII, 1. cum Mtth. XXIV, 21. et 2 Ptr. III, 9. cum Mtth. XXIV, 22.); 2) totius orbis per bella seditiones, et terrae motus conturbatio, Mtth. XXIV, 6—8. Luc. XXI, 9—11; 3) horribilis piorum persecutio, Mtth. XXIV, 9. Mr. XIII, 9. Dan. XI, 44. Ap. XI, 7. XII, 4 och 13. XIII, 7. XVII, 6. XVIII, 24. XIX, 2. XX, 4; 4) supinae securitatis et projectae impietatis inundatio atque extrema morum consceleratio, Mtth. XXIV, 12. 27—39. Luc. XVII, 28—30. XVIII, 8. 2 Thss. II, 7. 2 Tim. III, 1—5. 2 Ptr. III, 3; 5) universalis per totum terrarum orbem evangelii praedicatio, Mtth. XXIV, 14. Dan, XI, 44. Mal. IV, 2. — Såſom signa propinqua et propria anföres: 1) Insignis quartae monarchiae labefactatio (Dan. II, 31 sqq.); 2) Antichristi labefactatio (cum enim per pseudoapostolos in ecclesia Thessalonicensium sub doctrinae apostolicae nomine ac praetextu sparsa esset fama, quod dies novissimus proxime instet, monet Paulus Thessalonicenses, ne falsae isti opinioni fidem habeant, revelandum enim prius esse Antichristum, antequam veniat dies Domini 2 Thss. II, 3. De hac Antichristi revelatione et expugnatione per praedicationem evangelii agunt etiam alia scripturae oracula, Dan. VIII, 25. XI, 44. Jer. LI, 58. Mal. IV, 5. Ap. XIV, 6. XVIII, 2; 3) variorum signorum in omnibus totius universi partibus observatio, Mtth. XXIV, 29. Mr. XIII, 24. Luc. XXI, 25. (Br. singulares siderum ecclipses, casusque in terras — quamvis enim modum ac determinatam rationem signorum illorum coelestium, ac speciatim casus siderum in terram revelatam non habeamus: satius tamen est, literam scripturae in his retinere, ac modum rei, sapientiae potentiaeque divinae relinquere, quam deserto literali sensu metaphoram quaerere, aut amplecti; praesertim cum alias signorum coelestium, terrenis contradistinctorum, expressa fiat mentio, Luc. XXI, 25. — Holl. Sunt qui verba Christi exponunt mystice de insigni mutatione ecclesiae, de obfuscatione doctrinae coelestis, et ἀποστασίᾳ docto-

rum ecclesiae. Alii suadent, non deserendum esse sensum literalem.) Om ändamålet med de i den H. Skrift förutsagde signa Grh.: Christus fine eo praedixit, ut essent: 1) sui erga nos amoris demonstrativa. Amici ac benevoli animi judicium est, de futuris malis aliquem praemonere; 2) securitatis expulsiva; 3) περιεργίας alexipharmaca. Signa judicii prognostica Christus praedixit, sed certum judicii diem determinare noluit; illud proficit ad expellendam ex animis nostris securitatem, ne decretorium ac censorium istum diem longe adhuc abesse cogitemus; hoc vero ad tollendam curiositatem, ne id, quod Deus in sua potestate ac scientia posuit, temere scrutari audeamas. Quemadmodum mors certa est, sed incerta mortis hora, sic novissimum judicium aliquando secuturum certum est, sed hora judicii incerta est et hominibus ignota, Mtth. XXIV, 44. Luc. XII, 46; 5) μικροψυχίας remedia, quo plura et terribiliora mala piis obtingunt, eo magis diem ἀπολυτρώσεως καὶ ἀναψύξεως accelerant. —

Om Antichrist hafwa wi att märka följande: Ordet tages af DD. i twåfaldig bemärkelse. Holl. a) generatim pro quibusvis haereticis, qui falsas et doctrinae Christi adversantes doctrinas disseminant easque pertinaciter propugnant. De quibus 1 Joh. II, 18. qui communiter dicuntur Anti-Christi parvi; b) speciatim et κατ᾽ ἐξοχὴν pro insigni illo Christo adversario, 2 Thss. II, descripto, quem differentiae causa Anti-Christum magnum vocamus. — Åfwen skilja de: inter Anti-Christum orientalem et occidentalem. Quen. Orientalis est extra ecclesiam et ab Ezechiele c. XXXVIII, 2 et Ap. XX, 7 et 8 appellatur Gog et Magog. Occidentalis in ipso ecclesiae gremio sedet, et de hoc hic sermo est. Hunc patrum aliqui Judaeum futurum existimarunt, oriundum ex tribu Dan, quam sententiam Pontificii quoque sequuntur communiter, sed nos certi sumus, Anti-Christum non ex Judaeis sed ex ipso Christianorum coetu, sive ex illis, qui Christiana sunt professione, 2 Thss. II, 3. 4 sq. —

Om Antichrist gäller äfwen: Br. Non unum quoddam determinatum individuum humanum (est). Nam 1) Anti-Christus venturus erat, quando id, quod regno ejus erigendo obstabat (scil. imperium Romanum occidentale vetus, cujus sedes Romae erat), sublatum esset; duraturus autem usque ad adventum Christi gloriosum: quae sane duratio per tot secula unius hominis aetatem prorsus excedit. 2) Originem seu plantationem et progressus seu incrementa regni Anti-Christi et res in eo gerendas ita describunt scripturae, ut unius hominis aetate omnia fieri impossibile sit, videlicet si spectamus, quod occultis initiis, nec tam armis ac vi aperta, quam insidiosis artibus, quibus pedetentim occupantur animi hominum, atque in partes ipsius pertrahuntur, erigendum fuerit regnum, idque non in una gente ac populo; sed per maximam terrae partem: quodque ad satietatem et nauseam usque reges et populi societate ejus usuri sint atque auxilium ad persequendos sanctos ei commodaturi etc. juxta Ap. XIII. XIV. XVII. de bestia et meretrice magna. — På grund häraf förklaras Påfwen för Antichrist. Quen. Hi characteres Antichristi non seorsim et divisim sed conjunctim et complexe hic sumendi sunt, sicque sumti exacte Pontifici Romano competunt. Unde emergit conclusio: ergo

Pontifex Rom. est ille magnus a spiritu s. praedictus Anti-Christus. —

Till det, som skall inträffa före den yttersta domens inbrott räkna:

1) Några äfwen af den Lutherska kyrkan conversio Judaeorum universalis; dock förkastas detta af det wida större antalet af Theologer. Holl. Quamvis Judaeis aditus ad poenitentiam et fidem in Christum absoluto Dei decreto non sit praeclusus, multique eorum inde ab aevo apostolico successu temporis cum Deo in gratiam redierint: universalis tamen eorum, aut certe illustris et solemnis conversio sub finem mundi non est exspectanda. — Rom. XI, 26, hwilket ställe synes bestämdast tala för en sådan allmännare omwändelse, utlägger Holl. så: a) propositio Paulina est universalis, non absolute sed limitate. Limitatio habetur in hoc ipso capite XI, v. 2. it. v. 5. nec non v. 23. Quare limitatione adjecta hic emergit sensus: "omnis Israel, quem Deus praescivit crediturum esse in Christum, salvabitur"; vel, "omnis Israel, ad vitam aeternam electus, salvabitur"; vel, "omnes Israelitae, qui non permanent in incredulitate, salvabuntur". — At exinde concludere non licet: universa Israelitarum natio, vel maxima pars Judaeorum, convertetur; cum constet, nec fidem omnium, nec electionem multorum esse; b) particula ἄχρις οὗ, donec sive usque, non semper desitionem aut finem alicujus rei, sed frequenter in propositionibus affirmativis continuationem, ut aequipolleat τῷ semper, denotat. Quocirca mens apostoli est: quamdiu continuabitur conversio gentilium et horum introitus in ecclesiam: tamdiu successive convertentur Judaei. At gentilium conversio continuabitur toto N. T. tempore: ergo et Judaeorum. —

2) Utom kyrkan räknas dertill: adventus Christi, ante extremum judicium exspectandus, regni alicujus in terris hisce penes electos per mille annos instituendi gratiâ (Chiliasmus). Men Luth. kyrkans constanta påstående är uttryckt af Quen. Cum adventus Christi secundus, resurrectio universalis, extremum judicium et consummatio seculi immediate cohaereant, unumque alterum sine temporis intervallo excipiat, ex eo patet, nullum terrenum regnum et vitam omnibus spiritualibus et corporalibus deliciis affluentem ante consummatum judicium esse exspectandum, ut somniant Chiliastae vel Millenarii. — Man skiljer widare mellan: chiliasmus crassus et subtilis. Ille beatum millennium voluptatibus carnis illicitis; hic deliciis tam corporis quam animi licitis et honestis metitur (Holl.): Men så wäl den ena, som den andra förkastas.

5) Br. Judex erit Christus ipse (Mtth. XXV, 31. secundum utramque naturam Joh. V, 22. 27.), qui in assumta humanitate, gloriose apparens, ac velut pro tribunali sedens, omnibus conspicuus, auctoritate divina sententiam feret. — Habebit autem Christus assessores partim, partim ministros judicii homines sanctos, Mtth. XIX, 28. Luc. XXII, 30. 1 Cor. VI, 2. et angelos bonos, Mtth. XXV, 31. — Et angelorum quidem munus erit, non solum Christum ad judicium accedentem comitari, et sono ingenti excitato manifestare ejus adventum (1 Thss. IV, 15); verum etiam homines, cum e morte resuscitatos, tum vivos deprehensos, ex omnibus mundi partibus congregare (Mtth. XXIV, 31. Mr. XIII

27), segregare deinde pios ab impiis (Mtth. XIII, 41. 49); illis ad dextram, his ad sinistram collocatis (Mtth. XXV, 32): deinde damnatos ad infernum detrudere (Mtth. XIII, 42. 50). — Homines vero sancti testes et comprobatores judicii Christi erunt. —

6) Holl. Adventus Christi judicis erit publicus et longe gloriosissimus, impiis terribilis, piis exoptatissimus. —

7) Quen. Norma judicii hujus et quidem quoad homines judicandos generatim loquendo est tota doctrina coelestis, Joh. XII, 48. Rom. II, 16. speciatim vero et quidem respectu piorum, evangelium stricte sumtum, et quatenus legi contradistinguitur, Gal. II, 9. 12. Mtth. XXV, 34. respectu vero infidelium lex, Gal. III, 10. Rom. II, 12. 1 Cor. VI, 9. 10. Gal. V, 19. 20. 21. lex inquam, vero non sola et per se spectata, sed quatenus per evangelium collustrata est.

8) Quen. Forma judicii extremi consistit in causae cognitione, Mtth. XXV, 35. 42. 1 Cor. IV, 5. et cognitae decisione, nec non sententiae definitivae publicatione, Mtth. XXV, 46. et denique in sententiae exsecutione: Man skiljer mellan: judicium discussionis et retributionis. Holl. Judicio discuss. omnium hominum, tam justorum quam injustorum, cognoscetur causa et injustorum mala opera accurate examinata publicabuntur. Judicio retributionis pronuntiabitur sententia cuique conveniens, quod erit duplex: approbationis sive absolutionis, quo electis assignabitur et confertur vita aeterna, et reprobationis, seu condemnationis, quo reprobi ablegabuntur in ignem aeternum. Om sjelfwa sättet för processus Hfrffr. Non molestus ille et diuturnus judicii forensis strepitus, ubi certis articulis, interrogationibus, responsionibus, prolixis testium examinibus veritas eruenda et judex informandus est; sed cum praeses istius judicii sit verus Deus et homo atque cordium scrutator, non tantum ipse omnia cognita et perspecta habet, sed occulta quaeque impiorum dicta, facta, cogitata, studia et consilia, in manifestam lucem producturus, attestante illorum conscientia, et separatis malis a bonis, illisque ad sinistram, hisce ad dextram collocatis, sententiam contra impios, sine ulla interjecta mora, pronunciaturus et exequuturus est. Hic processus ab ipso Christo describitur Mtth. XXV, et a Paulo 2 Cor. V, 10. —

§. 66. 4) De consummatione mundi.

Efter den yttersta domen inträder det fullkomliga slutet för denna werld. Utom änglar och menniskor skall allt, som tillhörer denna werld, genom eld warda förbrändt och upplösas till intet [1]. Sålunda hafwa wi icke att wänta en werldens förwandling, utan ett fullkomligt upphörande af deß substanser [2].

1) Br. Peracto judicio statim sequetur mundi consummatio, ab iucoelum et terra, tenque caetera elementa et corpora ex ele-

mentis composita, quoad substantiam suam, mediante igne, peribunt. — Holl. Consummatio mundi est actio Dei triunius, qua is totam machinam coeli terraeque et omnes res conditas, creaturis intelligentibus exceptis, igne destruet et annihilabit, in veritatis, potentiae et justitiae suae gloriam et electorum hominum liberationem. — Om det medium, quo Deus mundum destruet Holl. Destruet D. mundum igne vero et proprio (2 Ptr. III, 12) sed cujus vis et indoles nulli mortalium est pervestigabilis.

2) Quen. Forma consummationis hujus non in nuda qualitatum immutatione, alteratione seu innovatione, sed in ipsius substantiae mundi totali abolitione et in nihilum reductione, Ps. CII, 27. 2 Ptr. III, 10. Ap. XX, 11. Es. XXXIV, 4. Luc. XXI, 33. Job. XIV, 12 consistit. —

§. 67. 5) De damnatione et vita aeterna.

Med domen har en fullkomlig, i ewighet fortwarande, skilsmeßa mellan de fromma och de gudlösa inträdt. De sednare hemfalla åt den ewiga fördömelsen, ett tillstånd, hwilket uti den H. Skrift äfwen warder betecknadt såsom en ewig död. (Mors aeterna, damnatio aeterna est status, plurium malorum aggregatione miserrimus, aeternum duraturus. Holl.)[1]. Om dem säger den H. Skrift, att de befinna sig i helwetet (ᾅδης, שְׁאוֹל), ett qwalfullt rum[2]), hwarest de efter graden af sin gudlöshet[3]) i ewighet skola med kroppsliga och andliga smärtor plikta för sina synder[5]). Men de fromme blifwa delaktiga af det ewiga lifwet[6]), det är, de njuta äfwen efter graden af deras fromhet[7]) den högsta, genom ingenting störda salighet i Guds åskådande[8]). Stället för denna deras salighet kallar den H. Skrift himmelen[9]).

1) Holl. Mors aeterna est separatio animae fidelis a beatifica Dei visione et fruitione aeterna. — Quen. Mors aeterna s. damnatio est infelicissimus ille status, in quo ex justo Dei judicio homines finaliter increduli a beatifica Dei visione exclusi, diabolisque in carcere infernali associati, quoad animam quidem, statim post hujus ex corpore discessum et tandem, lata in extremo judicio sententia, quoad utramque compositi partem, gravissimis atque ineffabilibus cruciatibus in aeternum torquebuntur in justitiae et veritatis divinae laudem et piorum gloriam et exultationem. — Holl. Mors aeterna dicitur etiam mors secunda, Ap. II, 11. XX, 6 ideo, quod privationem vitae alterius, quam expleta hac vita homo consequi poterat, importat; vocatur praeterea corruptio, Jud. v. 12. Mtth. VII, 13. interitus aeternus, 2 Thss. I, 9. non perinde ac si mors annihilatio substantiae, sed quia est privatio seu defectus felicitatis, opprobrium et ignominia sempiterna,

Dan. II, 2. damnatis quippe nihil erit contemtius coram oculis Dei, angelorum et beatorum, erunt enim nausea omni carni, Es. LXVI, 24. poena aeterna, Mtth. XXV, 26. afflictio et angustia, Rom. II, 9. — Skriftbewiset hemtar Quen. ur Ps. XLIX, 15. 20. Es. LXVI, 24. Dan. XII, 2. Zach. IX, 11. Mtth. III, 10. Luc. III, 17. Mtth. V, 22. XXV, 46. VIII, 12. Luc. XIII, 27. 28. Mtth. X, 28. XIII, 40. 42. XXII, 13. XXV, 41. 46. Luc. XVI, 23. — Grh. tillägger: Rationes et argumenta petita 1) a divinae justitiae conditione, 2 Thss. I, 6; 2) a legis div. maledictione, Deut. XXVII, 26. Mtth. XIX, 16. Rom. IV, 15. 1 Thss. I, 10; 3) a peccati turpitudine et confusione, Rom. VI, 24; 4) a propriae conscientiae testificatione; 5) ab infernalium dolorum degustatione, 2 Sam. XXII, 6. Ps. XVIII, 6. XXX, 4. XLIX, 16. LXXXVI, 13. LXXXVIII, 4. CXVI, 3; 6) ex articulo de Christi ad inferos descensione; 7) ab impiorum resurrectione; 8) ab extremi judicii administratione. —

2) Grh. Nomen inferni dupliciter potest accipi: 1) pro morte aeterna; 2) pro illo $\pi o \tilde{v}$, in quo miserrimam illam conditionem ac ineffabiles illos cruciatus patiuntur et in aeternum sustinebunt. — Ratione prioris significationes diaboli suum secum infernum dicuntur circumferre, ubicunque tandem vagentur. Ratione posterioris in infernum in die judicii dicuntur detrudendi, inque eo concludendi. In priori significatione nomen inferni accipitur interne et formaliter, in posteriori externe, subjective ac localiter, termino loci juxta phrasin scripturae Luc. XVI, 28 generaliter accepto. Quid sit infernus in significatione priore, non potest rectius intelligi, quam si descriptiones illae, quibus extrema damnatorum miseria in s. literis praefigurantur, colligantur et in certas classes distribuantur. Quid vero sit infernus in significatione posteriore, quaestionis est perquam difficilis et obscurae. Quidam posteriorem significationem plane repudiant, ac infernum non nisi per sensum irae divinae ac maledictionis aeternae ac horrorem conscientiae definiendum esse arbitrantur. Sed non videtur negandum esse certum aliquod $\pi o \tilde{v}$, in quo damnati supplicia sua persolvent. — Holl. Certum est, carcerem infernalem esse in loco reali (Luc. XVI, 28. 1 Ptr. III, 19), a beatorum sede distincto (Ap. XXII, 15. Luc. XVI, 23). Probabile etiam est, eundem esse extra hunc mundum habitabilem (2 Ptr. III, 10. Joh. XII, 31. Mtth. VIII, 12). At ubi locus ille definite sit, hominibus viatoribus est incognitum. —

3) Holl. Poenae infernales differunt gradibus, pro peccatorum qualitate et mensura, Mtth. XI, 24. Luc. XII, 47. Mtth. XXIII, 15. —

4) Hfrffr. Sunt animi et corporis (utrumque enim peccaverat) exquisitissimi dolores, orti ex pavore et sensu justissimae irae vindictaeque divinae contra peccata, quorum tristissimam conscientiam secum circumferunt: quorum turpitudo patet: quorum etiam nulla in posterum remissio et inde poenarum nulla mitigatio aut finis sperari potest. Unde horribili lamentatione et ejulatu pristinam impietatem suam, qua jussa Domini, qua fraternas admonitiones et omnia salutis assequendae media secure neglexe-

runt, miseri detestabuntur: sed frustra. Nam in perpetuo angore, stremore horribili, in pudore, confusione et ignominia, in igne exstinguibili, in fletu et stridore dentium, in aeternis et horrendis, avulsi a Dei gratia et favore, inter diabolos horrendum et sine fine in aeternum excruciabuntur. — Quae futura damnatorum tormenta omnem humanae mentis aciem longe excedunt, ut neque cogitatione magnitudinem illorum unquam assequi valeamus: ideo quinam aut quales illi futuri sint, verbis satis exprimi non potest. Scriptura tamen, ut maximos et exquisitissimos istos cruciatus esse ostendat: illis rebus eos assimilat, quibus in hac vita summus et animi et corporis dolor excitari solet. Propterea nunc igni, nunc stridori dentium, nunc vermibus, nunc tristissimis tenebris et quaecunque aliae res tristitiae et doloris plenissimae nominari possunt, comparantur, Es. LXVI, 24. Mtth. V, 22. VIII, 12. Ap. XIX, 20. — Quen. Forma (mortis aeternae) est omnis illa malorum damnatis destinatorum congeries. Suntque ea partim privativa, partim positiva. Privativa sunt 1) privatio beatificae Dei visionis, Mtth. XXV, 41. VIII, 12. XXII, 13; 2) separatio a consortio bonorum omnium, Mtth. VIII, 11. 12. XXII, 13. Luc. XVI, 23. 26; 3) exclusio a luce, quiete et felicitate coelesti, Mtth. VIII, 12. XXII, 13. XXV, 30. 2 Thss. I, 6. 8. 9; 4) omnis omnino commiserationis, tam divinae quam humanae denegatio, Prov. I, 26. Ps. LII, 8. 9. LVIII, 11. Luc. XVI, 24. 25; 5) omnimoda desperatio, Ap. VI, 16. 17. Positiva alia interna, alia externa sunt. Interna sunt, quae intra semet ipsos sentiunt damnati, animi scil. dolores et cruciatus inexplicabiles, Ps. XVIII, 5. 6. Es. XVI, 24. Mr. IX, 44. 46. 48. (Holl. Intellectus ipsorum cognoscet Deum judicem justissimum, et vindicem peccatorum acerrimum, Ps. CXXXIX, 7. 2 Thss. I, 9. Sap. V, 3. Voluntas torquebitur odio Dei, tristitia et impatientia furibunda.) Externa sunt, quae extra se persentiscunt tristissisma, nempe cum diabolis consociatio, Mtth. XXV, 41. squalidissima habitatio, Mtth. XXV, 13 et ustio sine combustione dolorissima, Luc. XVI, 23. 24. Ap. XIV, 10. 11. XX, 10. På frågan om beskaffenheten af denna eld swarar Holl.: Corpora cruciabuntur igni infernali proprie dicto, adeoque materiali. Nam sententia judicis denunciat ignem Mtth. XXV, 41. a quo fumus ascendit, Ap. XIV, 10. cujus flammae urunt, Luc. XVI, 14. Cui igitur spiritus s. nomen proprietatis et effectus veri ignis attribuit, ille non est metaphoricus, sed proprie dictus ignis. Atqui igni infernali etc. Ergo. — Non autem erit ignis elementaris, sed prorsus singularis. Ignis vulgaris tantum corpora urit; ignis infernalis etiam aget in animas. Ille deficiente pabulo cessat, hic alimento proprie dicto non indiget. Ceterum distinctius naturam ignis infernalis velle exponere, curiosum magis quam utile est.

5) Quen. (Affectio horum malorum est) aeterna continuitas, quae ultra omnem modum damnatorum supplicia accumulabit. Erunt poenae continuae, i. e. nullum habebunt intervallum, nullam interruptionem; erunt aeternae, nullum sunt habiturae finem, Es. XXXIV, 10. LXVI, 24. Ap. XIV, 11. XX, 10. Dan. XII, 2. Mtth. III, 12. Luc. III, 17. — Om tiden, då desza lidanden begynna. Holl. Cruciatus infernales animabus damnatorum simul atque illae a corpore discesserint obtingent, Luc. XVI.

6) Hfrffr. Vita aeterna est ineffabilis beatitudo, qua fideles, receptis gloriosis et spiritualibus corporibus, omni et peccato et corporis infirmitate liberati, in ipso Deo, cum s. angelis et beatis, maxima et sincerissima sine fine satietate et perturbatione, in aeternum perfruentur, quae felicitas appellatur et est vita aeterna.

Grh. Quid sit vita aeterna, generaliter et αἰνιγματικῶς ex verbi revelatione sciri potest, quod scil. sit beatissimus ac felicissimus ille piorum status, in quem post hanc vitam translati Deum a facie ad faciem videbunt, et ab omni molestia liberi in sempiterna laetitia et gloria ac ineffabili felicitate vivent et regnabunt; sed specialiter et exacte in hujus vitae infirmitate illud sciri nequit, quia oculus non vidit, auris non audivit, nec in cor hominis ascendit, quid praeparaverit Dominus se diligentibus, Es. LXIV, 4. 1 Cor. II. 9. — Likbetydande uttryck med vita aeterna äro: vita simpliciter, Ezech. XVIII, 6. Mtth. VII, 14. XVIII, 8. regnum coelorum, Mtth. V, 20. VII, 21. regnum paratum a constitutione mundi, Mtth. XXV, 34. haereditas, Act. XX, 32. Gal. III, 18. Eph. I, 24. gaudium piorum, Joh. XVI, 22. Quen. Esse hanc vitam constat ex Job. XIX, 25. Ps. XVI, 5. 6. 9. 11. XVII, 15. XXXI, 9. Es. LXV, 17. 18. Dan. XII, 2. 3. Mtth. XXV, 46. Joh. V, 29. X, 28. —

7) Grader af saligheten blifwa således wäl antagne, men detta mera, som tillkommer den ene än den andre, blifwer blott betecknadt såsom accessorium, emedan den till sitt wäsende lika saligheten tillfaller alla. cf. Ap. conf. III, 234. — Quen. Quoad praemia accessoria, futuros esse in vita aeterna gradus gloriae non essentialis sed accidentalis, constans est ecclesiae orthodoxae sententia. Potest autem beatitudo considerari dupliciter 1) ratione essentiae suae, quae consistit in clara et intuitiva Dei cognitione et sic dubium non est, quin omnibus beatis ea aequaliter conveniat; 2) ratione accidentium, quorum intuitu beati non prorsus aequales erunt, atque ita beatitudo essentialis eadem erit omnibus, in accidentalibus vero dotibus erit aliqua differentia. . Erit autem non solum aliquod discrimen inter beatos, et inaequalitas respectu claritatis et splendoris corporum, sed etiam ratione sessionis, aliorumque praemiorum accessoriorum. Nam varia ornamenta animae ac corporis ultra essentialem beatitudinem quibusdam sanctis in vita aeterna conferentur, Dan. XII, 2. 1 Cor. XV, 41. 42. — Men: hujus inaequalitatis causa non in meritis humanis sed in liberrima divinae benignitatis dispensatione et gratuita promissione quaerenda est. —

8) Holl. Aeterna et summa nostra beatitudo consistit in perfecta Dei visione et fruitione. Illa est operatio intellectus; haec voluntatis: illa Deo summo bono potimur; hac eodem perfruimur et acquiescimus. — Visio Dei beatifica est actus intellectus, lumine gloriae collustrati, quo is Deum clare et immediate, ut in se est, cognoscit. Fruitio Dei est actus voluntatis, quo beati in patria coelesti Deum, summum bonum, avidissime complectuntur, suavissime percipiunt, et eodem plenissime satiantur, Ps. XVII, 15. — Visionem et fruitionem Dei beatificam indivulse comita-

buntur amor Dei ardentissimus, gaudium cumulatissimum (Mtth. XXV, 23. Ps. XVI, 11), sempiterna nominis divini celebratio, Ap. IV, 8. ἀναμαρτησία, s. immunitas a peccandi periculo et sanctitas constantissima, Eph. V, 27. Ap. XIX, 14.

Quen. Forma (vitae aeternae) consistit generatim loquendo, in ineffabilii, plenissimaque ac nullis seculis finienda incomprehensibilium bonorum perceptione. Bona vitae aeternae sunt vel privativa vel positiva. Br. Privativa sunt absentia, tum peccati, tum causarum peccati, vid. carnis irritantis, diaboli suggerentis, mundi seducentis, tum poenarum peccati, cujusmodi sunt variae calamitates, Ps. CXVI, 7—9. Es. XXV, 8. XLIX, 10. Ap. XXI, 4. mors temporalis, Es. XXV, 8. Os. XIII, 14. 1 Cor. XV, 26. Ap. II, 7. XXI, 4. mors aeterna, Os. XIII, 14. 1 Cor. XV, 25. Ap. II, 11. XX, 14. Huc etiam pertinet immunitas ab affectionibus et actionibus corporis animalis, qua talis; cujusmodi sunt fames, sitis, esus, potus, usus conjugii etc., Ap. VII, 16. 1 Cor. VI, 13. Mtth. XXII, 30. 1 Cor. XV, 42. 43. Bona v. aet. positiva alia interna, alia externa sunt. B. interna totius compositi sunt, quae et corpus et animam beatorum afficiunt, inter quae eminet beatifica et immediata Dei visio. B. interna alterutrius compositi sunt vel animae vel corporis. Animae sunt 1) perfecta intellectus illuminatio, 1 Cor. XIII, 9. 10; 2) consummata voluntatis et appetitus rectitudo, Ps. XVII, 15. Eph. IV, 24. V, 27; 3) summa de perpetua hujus beatitudinis duratione securitas, Joh. XVI, 22. Corporis sunt 1) spiritualitas, 1 Cor. XV, 44—47. Mtth. XXII, 30. Luc. XX, 36. Phil. III, 21; 2) invisibilitas, 1 Cor. XV, 44; 3) impalpabilitas, 1 Cor. XV, 44. 47; 4) illocalitas, ibid.; 5) subtilitas, ibid.; 6) agilitas, 1 Thss. IV, 17. 1 Cor. XV, 44; 7) impassibilitas, Ap. VII, 16. XXI, 4; 8) immortalitas et incorruptibilitas, 1 Cor. XV, 42—48. 53. 2 Cor. V, 4. Ap. XXI, 4; 9) firmitas et sanitas, 1 Cor. XV, 43; 10) claritas, Dan. XII, 3. Mtth. XIII, 43. 1 Cor. XV, 41. 43; 11) formositas, 1 Cor. XV, 43. Phil. III, 21. — B. externa sunt, quae beati extra semetipsos persentiscunt. Eorum duo praecipua sunt: dulcissima cum Deo (Luc. XXIII, 43. Joh. XII, 26. XIV, 3. XVII, 24. 2 Cor. V, 8. Phil. I, 23. 1 Thss. IV, 17. Ap. XIV, 4. XXI, 3) angelisque (Hbr. XII, 12) et beatis omnibus (Mtth. VIII, 11. Luc. XIII, 28. 29. Hbr. XII, 23) conversatio, in mutua adessentia, suavissimisque colloquiis et mutuo honore cum amore mutuo conjuncto, consistens: et pulcherrima nitidissimaque habitatio. — Dertill ansluta sig 2:ne frågor: 1) ergone Sancti mutuo sese cogrituri sunt in altera vita? 2) annon gaudium v. aet. contaminabitur ex eo, quod beati multos suorum conjuuctissimorum in inferno torqueri videbunt? Den första frågan besvarar Hfrffr. så: Maxime. Quia perfecta reparata imagine Dei, ad quam initio conditi eramus, perfecta quoque sapientia et cognitione instructi erimus. Hinc si Adam ante lapsum statim cognovit costam suam Evam: multo magis in altera vita, cum omnia isthaec dona multo perfectiora erunt, nos mutuo cogrituri sumus, Luc. XVI, 23. Mtth. XVII, 1. — Den andra Hutt. i följande: Minime vero: nam beatorum voluntas per omnia erit conformis voluntati divinae. Deinde affectus hujusmodi carnales,

qui hac in vita infirmitatis nostrae sunt indicium, omnino cessabunt in altera illa vita, ubi omnis noster amor tantum erga eos sese extendet, quos Deus ipse sibi habet caros haeredesque aeternae vitae constituit. In damnatis vero summam Dei justitiam summe et admirabuntur et aeternum celebrabunt. —


9) Grh. Nomine coeli intelligendum est certum illud ποῦ, in quo beati Deum videbunt et coelesti illa gloria ac laetitia perfruentur, Matth. V, 12. VI, 20. Luc. VI, 23. XII, 33. 1 Ptr. I, 4. —



Rättelser.

Sid. 26 r. 19 uppifr. stridiga l. twistiga
— 28 r. 25 regenerant l. regenerantis,
— 37 r. 9 ecclesiae l. traditiones ecclesiae
— 43 r. 13 nedifr. regulum l. regulam
— 51 r. 12 nedifr. auct. spiritus s. l. auct. scripturae s.
— 59 r. 9 nedifr. tessarae l. tesserae
— 63 r. 1 nedifr. a l. ac
— 84 r. 24 uppifr. talet l. antalet
— 94 r. 6 in essentia l. essentia
— 115 r. 23 att anwändas l. komma att anwändas
— 124 r. 11 sst l. est
— — r. 12 beatudinem l. beatitudinem
— 129 r. 20 och deras l. och den
— 136 r. 12 corruptibilitas l. incorruptibilitas
— 137 r. 27 futurus l. futuros
— 139 r. 14 concreta l. concreata
— 147 r. 8 det ursprungliga tillståndet l. detta ursprungliga tillstånd.
— 152 r. 9 nedifr. Adamii l. Adami
— 165 r. 20 anmärker l. anmärker dock
— — r. 41 påstående l. påståendet
— 185 r. 9 ehuru l. huru
— 190 r. 12 äfwen från l. äfwen för
— 195 r. 12 motsäge l. motsäga
— 201 r. 6 nedifr. antager l. antog
— 210 r. 24 afgifne l. angifne
— 214 r. 3 medgifwa l. medgifwa det
— 242 r. 13 nedifr. εντυ χανειν l. εντυγχανειν
— 251 r. 9 uppifr. framställe sig l. framställa sig
— 265 r. 21 om fide l. de fide
— 269 r. 21 om den l. att den
— 323 r. 17 nedifr. justicamur l. justificamur
— 325 r. 14 nedifr. pari- l. parit
— 344 r. 8 uppifr. αxοτελεσμα l. αποτελεσμα
— 353 r. 6 nedifr. alii l. alio
— 369 r. 22 uppifr. betraktadt l. betraktade
— — r. 36 antoge l. antogo
— 372 r. 8 hos andra l. bland andra
— 382 r. 28 i l. in
— 384 r. 2 nedifr. samma och på l. och på samma
— 385 r. 25 Deras församling l. inbegreppet af dem
— 394 r. 7 nedifr. Ecclesiam l. ecclesiae
— 397 r. 3 detta l. deßa
— 400 r. 11 åt hwilka l. hwilken
— — r. 39 warseblifwa l. se
— 406 r. 16 θρὸγκις l. θριγκὸς
— 407 r. 7 skall l. skulle
— 410 r. 6 nedifr. förgår l. förgås
— 411 r. 7 nedifr. μαxροxοσμου l. μιxροxοσμου.




LIBRARY OF CONGRESS
0 017 525 541 2